1:6 3

IOANNIS ALEXANDREI PHILOPONI IN TRES LIBROS DE ANIMA ARISTOTELIS BREVES ANNOTATIONES, EX DISSERTA-

tionibus Ammonij Hermæi, Cum quibusdam Proprijs Meditationibus

NVPER E GRAECO IN LINGVAM LATINAM TRADVCTAE.



Cautum Priuilegijs, Summi Pontificis, ac Illustrissi. Senatus Veneti, nequis hunc Librum in aliquo suæ ditionis loco imprimat, aut alibi impressum uendere audeat.

Venetijs apud Hieronymum Scotum.

M. D. XXXXIIII.

IOANNIS ALEXANDREI PHILOPONI PROOEMIVM IN LIBROS DE ANIMA ARISTOTELIS.



VM nos de anima Sermones audituri simus, de potentiis ipsius animę primum dicendum est, quot scilicet in partes distribuant, & quale unaquęq; nomen consecuta sit, deinde quot antiquorū de illis opiniones fuerunt, & inter hæc ueram de illis opinionē ex diuisione seligere. Primum igitur animales potentiæ in duas partes diuisionē suscipiunt. ipsarum nanq; aliæ sunt rationales, aliæ uero rationis expertes, atq; harū utraq; rursum dupliciter diuiditur, earum enim, quæ ratione utuntur, partim sunt uitales, & appetētes, partim uero cognoscentes. eodē quoq; modo diuidūtur eæ, quæ ratione carent. Rursus autem quæ rationis, & cognitionis sunt animales potentiæ trifariam diuiduntur, alia enim quædam est opinio, alia cogitatio, & alia intellectus. opinio igitur ipsa uersatur omnino circa uniuersale, quod in sensibilibus est, ipsum nanq; cognoscit, illud enim scit, quòd omne album est disgregatiuum uisus, quòdq; est omnis homo bipes. Verūtamen cogitabilium quoq; conclusiones absq; ratione cognoscit, illud enim scit, quòd anima est īmortalis, quare autem sit immortalis anima, ipsa nescit opinio, nanq; illud cogitatiōis est opus, opinionis uero hoc solum scire, quòd est. Quapropter opinio ea est, quę & uniuersale in sensibilibus, & cogitabiliū cōclusiones cognoscit. Unde & Eleates Zeno in eo dialogo, qui Sophista inscribitur, opinionem ipsam bene diffinit, cum eam ipsius cogitationis esse extremum dicat, nam cogitatione ratiocinante quod anima sit īmortalis, ipsa opinio conclusione accepta hoc solum nouit, quòd īmortalis est. At cogitatio est ueluti uia quædam transiens à propositionibus ad cōclusiones, ex quo etiam nomē ipsum τῆς διανοίας .i. cogitationis traxit, id uidelicet cogitatio quærit, unde est quòd anima sit īmortalis. deinde ex his, quę magis aperta sunt, incipiens, ad illud, quod exquiritur, transit, ita dicens, anima ipsa sponte mouetur, quod per se mouetur, & semper mouetur, hoc īmortale est, anima igitur ipsa est imortalis, & hoc quidem cogitatiōis est opus. Intellectus uero munus est applicationibus simplicibus, atq; ita melius, quàm per demonstrationem in rerum cognitionem uenire. Quēadmodum enim sensus occurrēs fortasse albo, uel huic figuræ melius habet eius cognitionem, quā per demonstrationem (non enim ad hæc indiget syllogismo, qui hoc album esse demonstret. sed simplici applicatione hoc ipsum cognoscit) eodem quoq; modo intellectus ipse intelligibilia simplici applicatione melius, quā per demonstrationem cognoscit. Intellectus autem operatio in hisce solum uersatur, quibus in summitatem purgationis, & scientiæ perueniendi facultas data est, quæq; per purgatiuas uirtutes absq; imaginatione, & sine sensu operari cōsueuerūt; quia scilicet est intellectus habitus animę perfectissimus. Vnde Plotinus de eo dicens inquit. Quicunq; operatus est, hic ipse, quod ego dico, cognoscit, quasi status hic neq; uerbo possit interpretari. Versatur igitur intellectus circa intelligibilia, quæ Timæus diffiniens dicebat esse intelligētię cum ratione cōprehensiblia. Cogitatio autem circa cogitabilia uersatur; opinio uero circa opinabilia, q̄ quoq; opinabilia Timæus explicans asserit opinioni cum sensu irrationali opinabilia esse. harum uero potētiatum ordinem primum tenet intellectus ultimum opinio, medium cogitatio, quæ nostrę animæ familiaritate coniuncta est, quoniā quoq; in uniuerso medium ordinem tenet, & per hanc ipsam (dico autem cogitationem) nostra anima, in intelligibilium contemplationem reducitur, quæ quidem nostrę animæ perfectio est. Quia uero simul cum sensibilibus nata est, & connutrita anima nostra, ob eam, quā habet cum sensibus consuetudinem, nō potest in contemplationem intelligibilium, atq; īmaterialium seipsam reducere. Verum sibi id persuadet illaq; esse corpora, & habere magnitudines, & quęcūq; sunt in sensilibus, ibi etiam ea imaginatur. Quare Plato in Phędone dicit hoc eē omniū, quę sunt in nobis, difficillimū, quòd cum paulisper à corpore tracti otium nacti fuerimus, cōtemplationiq; diuinorum uacare uoluerimus, imaginatio ipsa intercidens nobis perturbationē mouet, & facit nos suspicari deum ipsum corpus esse, magnitudinemq;, & figurā habere, neq; nos de deo absq; corpore, & sine figura ītelligere permittit. Quare oportet animam ad sui perfectionem tēdētem, primum per cogitationem operari, quæ quodam modo rerum media habet, talia autem sunt cogitabilia, qualis est anima nostra, & contemplatio de illa, necnon mathematica, quæ īmaterialem habent essentiam, quāuis substantiam nequaq̄, ut ipsa

poſtq̃ conſueuerit in iis agere ſine materia hac uia progreſſa ad ea,quę perfecte ſunt à materia ſeparata (diuina dico)ſecedat.Vnde etiam Plotinus,ducantur inquit iuuenes per mathematica ad conſuetudinem naturæ incorporeæ.At uero ſi quandoq; cogitatio de intelligibilibus ratiocinatur, nõ tamen per ſe, ſed intellectui complicata id facit, quemadmodum quoq; de ſenſilibus imaginationi coniuncta ratiocinatur. huius igiť intellectus etſi non multi ſumus participes, ueſtigia tamẽ quædam huius,atq; ſimulachra ſunt in nobis tranſpoſita,eę autem ſunt cõmunes animi notiones,quas multo melius abſq; demonſtratione,quá cum ea plerięq; omnes cognoſcimus,ut hæc,quod eidem rei æqualia ſibi inuicem æqualia ſunt:quòd ſi ab æqualibus ęqualia auferátur,reliqua ſunt ęq̃lia; quòd in omnibus aut eſt affirmatio,aut negatio,quòd omnia bonũ cupiũt,& alia,quæcũq; ſunt iis ſimilia,nõ enim ad horum faciendam fidem ꝑparationis indigemus,at hæc ipſa ꝑ applicationẽ primum factam melius,quá per demonſtrationem cognoſcimus. hæ igitur cõmunes animi notiones (quemadmodum diximus) per omnia procedentes ipſius intellectus manifeſte ſimulachra ſunt. Quamobrem intellectũ ipſum ſcientię principium uocant,quo intelligibilia cognoſcimus,de quo Ariſtoteles in demonſtratiuis contra eos,qui non eſſe ſcientiam putabát,exponebat ita, non ſolum eſſe ſcientiam dicimus,uerum etiam principiũ ſcientiæ,quo terminos ipſos cognoſcimus, appellat uidelicet terminos ipſas cõmunes animi conceptiones,& terminos,qui ſunt in ſyllogiſmis,oportet enim quòd omnis ſyllogiſmus à cõmunibus animi conceptionibus principium habeat,quę quidẽ (ueluti dictum eſt) ab intellectu ueniunt ad nos,nácq; ſcimus abſq; demonſtratione,quod hoc qd, eſt homo,aut anima,aut aliquid iſtiuſmodi,uel intelligibilia ipſa terminos dicit,ut fines eorũ,quæcunq; ſunt,terminus nácq; eſt(ut inquit geometra) qui alicuius finis eſt,principium igitur ſcientiæ eſſe intellectũ dicit.Quia ꝑ ipm cõmunes cogitationes habemus,unde cogitatio uelut à principiis ſcientificas demonſtrationes facit,terminos uidelicet intelligibilia dicit,quia ſunt eorum,quæ ſunt, extrema.dicimus igitur,inquit,eſſe intellectum,quẽ ſciẽtiæ principium uocauit,quo quidem intelligibilia cognoſcimus,hęc enim ſunt termini,ut fines.At quęrere dignum eſt,quoniá dicebamus opinionem ipſam ipſum quidẽ/quod/ſcire, ipſum uero/cur/ignorare,dicebamus quoq; uniuerſale ipſum in ſenſibilibus,necnon cogitabilium concluſiones non ignorare,dignum eſt/inquá/quęrere unde ſit opinioni cognitio hæc uniuerſalis in ſenſibilibus,quo enim demõſtrante qđ omnis homo ſit bipes,hanc ipſam concluſionem accipiens totá ſibi illa habet? queádmodum etiam in cogitabilibus ipſa cogitatione demõſtrante qđ aia eſt imortalis,concluſionẽ ipſam accipiens opinio retinet, neq; enim huiuſce rei cogitatio demonſtrationẽ fecit,huiuſce/inquá/quod eſt omnis homo bipes, quodq; Hinnitus eſt omnis equi ꝓprium,uel iſtiuſmodi quęcũq; alia,neq; enim fieri id poteſt,ut ex particularibus uniuerſale credatur,id enim dici non poteſt,quòd Xanthus,& Balias,& alii equi, qui ſunt aut hoc,aut illo in loco,quadrupedes ſunt,ideo eẽ oẽs:neq; qđ hic,aut ille æthiops niger eſt,ob eam rem ſcilicet omnẽ eſſe æthiopa nigrum.Manifeſtum eſt igiť ipſam cogitationẽ nequaq̃ ſenſibile demonſtrare:multoq; magis etiá patet neq; imaginationẽ, neq; ſenſum illud haud quaq̃ facere,quod,quádo hiſce de rebus dicemus,perſpicuũ erit,nácq; harum unaquęq; particulare aliqd cognoſcit.Vnde igitur opinio ſenſibiliũ cognoſcit uniuerſale? dicimus id ut plurimũ poſſe fieri,ut cogitatio in ſenſibilibus uniuerſaliter ratiocinetur, queádmodum fecit in aſtris Ariſtoteles, qui cũ uellet ea eſſe ſphęrica demõſtrare,una re,luna ſcilicet id credibile fecit,dicit enim,quod ea,quę eiuſdem ſubſtátię ſunt,ut in uno ſe habent,ita in omnibus ut ſint neceſſe eſt:aſtra autem omnia eiuſdẽ ſubſtantiæ ſunt,lunam uero ſphæricam eſſe demonſtratum eſt,ideo id patet,quòd alia quoq; aſtra ſphærica erunt.poſſunt etiam,qui ſumũ uident,argumentari quod ibi ſit ignis,ubi ſũmus eſt, hoc modo,fumus eſt in hoc loco,ſumus omnis eſt ex igne,igitur ignis eſt in hoc loco.fortaſſe igitur(ut ego dicebam)fieri poteſt ut ipſa cogitatio ratiocinetur uniuerſaliter de quibuſdam particularibus, & ſi non in omnibus.Dico tamẽ,quòd anima ipſa rationis particeps in ſe rerum rationes cõſubſtátiales habet.Verum qa demerſæ ſunt in materia,ferè ſunt obrutæ,uelut in cinere ſcintilla latet,quẽadmodũ igitur,cum quiſpiam cinerem aliquátulum fodicauerit,ſcintilla ſtatim reſplendet,neq; iis, qui cinerem dimouit,ſcintillam fecit, ſed ea ſolum, quę erant impedimento abſtulit:eodem modo quoq; opinio ab ſenſu prouocata rationes exiſtentium rerum proponit, ſimiliter etiam magiſtros inquiunt non nobis in animũ inducere cognitionem,ſed quæ in nobis ueluti latens eſt,eam ipſam manifeſtam facere,nam ſi rationes rerum non eſſent in nobis,quomodo,cum quiſpiam pręter naturá rerum differeret,intelligeremus? ut fit,cum duos de anima diſputátes audimus,hunc quidem contra iudicamus,atq; arguimus naturæ rerũ minime conſonare,cum illo uero cõuenimus,& magis uera proferre fatemur . cur igitur iudicátes eorum dicta hunc quidem uera, illum autem falſa dicere affirmaremus,niſi ipſa rerũ ratio nobis ineſſet? nonne perſpicuũ illud eſt,quòd ipſi nos per

eas,

eas,quæ ſunt in nobis recōditę de anima cōmunes notiones diſputantiū uerbis excitatas,iudicantes
dicimus hunc ipſum uera,illum aūt falſa dicere?pari igitur modo & ipſam opinionem fatemur,cū
ſcilicet ſenſus didicerit hunc,atq; hunc eſſe bipedem,prouocatam,inquā ſenſu recordari,quòd eſt
omnis homo bipes.at cōmodius eę dicantur cōmunes animi conceptiones,& intellectus adumbra
tiones,omnia enim quęcūq; melius,quā per demonſtrationem ſcimus ea,per cōmunem animi con
ceptionem ſcimus,quæ uero demonſtrationis indigent,ut à nobis cognoſcantur,eorum concluſio
nes abſq; demonſtratiōe cognoſcere opinionis eſt opus,etenim ſine ratiōe ſcit ipſa,qđ aīa eſt imor-
talis,quare horum cognitio cum demonſtratione eſt,neq; melius quā per demonſtrationem,qué-
admodum ſine demōſtratione id ſcimus,quòd omnis hominis riſus eſt proprium,Potentiæ uero
animæ,quæ ratione carent,aliæ ſunt cognitionis,& aliæ appetitus,& uitæ,ad ipſam cognitionē ſen
ſus,& imaginatio pertinēt.Senſus autem ab imaginatione differt ideo, quia imaginatio intrinſecus
habet cognitionem,ſenſus uero ad ea,quæ ſunt extra,producitur.Senſus enim,quod adeſt ſolum,
quodq; extrinſecus aſſumit,id cognoſcit,at imaginatio ſenſibiliū formas ab ſenſu captas,ipſa ſecum
confingit.Vnde eam uocat Ariſtoteles intellectum paſſiuū, intellectum uidelicet, quia intus habet
cognobile,& id ſimplici applicatione,quēadmodum non per ꝓparationem conſequitur intellectus.
Paſſiuum uero uocat,quia cum impreſſionibus ipſis,neq; ſine figura cognoſcit,ea autē imaginatio
dicitur græce phantaſia,quaſi quędam ſit phātaſia,imagnatio enim ſtatio eſt imaginum,nāq; ſtant
in ea,quæ uiſa ſunt extrinſecus,uterq; uero ſcilicet ſenſus, & imaginatio circa particulare extendi-
tur,etenim licet hoc album,non tamen omne album uidet.hoc autem differūt inuicem,quod alter
extrinſecus,altera uero intriſecus cognoſcit,& ipſa quidem imaginatio quinq; ſenſuum impreſſio-
nes amplectitur.Vnus autem quiſq; ſenſus, quod eſt proprium ſibi ſenſibile,illud cognoſcit.Quæ
uero ſunt appetitus,& uitæ,alia eſt ira,& alia cupiditas.At quiſpiam quærere poſſet, quid ita dica-
mus inter iram,atq; cupiditatem diſtinctionem fieri.Quid enim?nonne cupit ira eum mœrore cō
tra afficere,qui nos in mœrorem compulerit?Quid etiam,nōne ratio ipſa diſciplinasq;,& contem
plationes cupit?ad hoc igitur dico,quod cupiditas ipſa magis cōmuniter, magisq; etiam proprie
dicitur.quemadmodum enim diſpoſitio & cōmuniter,& in habitu dicitur, & adhuc ꝓprie diſtin-
cta ad habitum,ſic ipſa quoq; cupiditas,& cōmuniter in omnibus animæ potentiis, at uero magis
proprie ad iram ſeparata dicitur.Etenim ex quo nos huc prouidentia miſit,ut ea,quæ ſunt hic,or
nemus,nobis hanc hęreditatem, quam cōſeruare nos uult,ipſa credidit,& ut hoc ipſum faciamus,
quoniam multa ſunt,quæ hanc hęreditatem lædunt(eſt enim fluxa, atq; corruptibilis natura)no
bis iram,atq; cupiditatem dedit,ut illa à nobis lædentia repelleremus,hac uero, quod eſt fluxū,ſuf
fulciremus,eæ igitur ſunt,quæ ratione utuntur,quæq; illa carent,animales potentiæ. Quæ igitur
ſunt rationis,& ad cognitionem pertinent,eæ diuſæ ſunt potentiæ.Actiuæ uero ſunt uoluntas,&
electio,& ipſa quidem uoluntas attinet ad ſolum bonum,ſed electio ad utrūq; refertur. Voluntas
rurſus ipſius per ſe eſt animæ rationalis,electio uero irrationali complicata eſt.Quādo enim extra
generationem ipſa anima eſt,ſecūdum uoluntatem ſolam operatur, propterea quod eſt in ſolo bo-
no:cum uero in generatione eſt: quia ſibi complicatas irrationales potētias habet,ob cauſas,quas
dicemus,tunc implicata parti, quæ rationi repugnat, electionem tenet.Quare mō pro ratione,mō
contra rationem ſtat,atq; alterum pro altero diligit,eæ igitur ſunt animæ rationis compotes potē-
tiæ.præter has uero ſunt,quas plantales uocant uirtutes,eæq; ſunt tres nutricatio,augumentatio,
& generatio,dicunturq; ideo plantales, quia in plantis ſolę uidentur,etenim ſtercorationibus,atq;
irrigationibus nutriunť,& augenť,ſuiq; ꝯſilia ꝑeant,uitis enim de uitæ,& olea ex olea procreať.
ut igiť ſummatim dictū ſit,& hoies,& aialia,& uegeta ſumus, & ex quo ſumus hoies,quas enume
rauimus uirtutes rōnales, habemus, ex quo aūt aialia,eas,q̄ ſunt extra ptē rōnis,ex quo uero uege
ta, plātales, uegetas enī dicimus ipſas plātas,uegetorū nāq; ē augeri,nutririq;,& ſui cōſilia ꝑducere.
Quare ipſa ēt dicunť & uiuere,& mori,uita autem,atq; mors animæ præſentia,& abſentia fit.quæ
cunq; igitur uitas meliores habēt,neceſſe eſt,ut ea etiam deteriores habeant,uerum è diuerſo non
fit,non enim fieri id poteſt,ut ii potentias rationales habeant,quibus nō prius deteriores datę ſint:
atqui neq; in ſenſibus melioris poteſt eſſe particeps is, qui non ſit compos deterioris, quæ igitur
ſunt conſortia uiſus,hæc eadem ſunt & auditus,& reliquorum,item quęcūq; habent auditum,illa
eadem tenent & odoratum,& guſtum,& tactum,non autem omnino uiſum,ueluti talpa.at profe-
cto quædam ſunt omnibus carentia ſenſibus,præter quàm tactu,ut ſpongiæ. Quamobrem nullo
modo poteſt is eſſe melioris compos,qui non ſit deterioris particeps,hoc autem non ideo,quia me
liores prioribus indigeāt,ut inde ſuſtineantur,ſed è conuerſo corpus meliorum non poteſt eſſe cō
ſors,niſi prius deteriores acceperit, nō enim corpus uim ratiōis expertem participare poteſt,quod

Sensus, et Imaginatio differunt
Intellectus passivus
Cupiditas
Ira
Voluntas
Electio
Virtutes plantales

plantalis prius partē non assumpserit, neq; habere rationalem potest, nisi harum utriusq; particeps fuerit, etenim, quia oportebat ut nulla species corrumperetur, neúe propterea mūdus imperfectus esset (est enim mundus ipsarum specierum plenitudo) neq; id fieri poterat, ut quæ generarentur, & corrumperentur, hic eadem numero manerent, ideo & ipsæ, quam potuerunt, ęternitatem cœpere. Deinde quòd omnia immortalitatem cupiunt ipsius primi, ueluti id sit proprium cuiusq; principium, cuncta, quam pro sua unumquodq; mensura capere potest, immortalitatem participant, ob eam rem, quæ sunt hic, cum numero non possint esse æterna, eorum unumquodq; sui simile procreando consors eius æternitatis efficitur, & hoc est opus naturę maxime consyderatum, quod scilicet in naturalibus unumquodq; sui consimile alterum producat, igitur quoniam generationis indigemus, ipsaq; generādi uirtus est in magnitudine definita, ꝑpterea augumentatione nobis opus est, at quia augumentatio per nutrimentum fit, ideo uis nutricādi nobis est necessaria. quas ob res & nos, & bruta naturalium potentiarum participes sumus. Quare cum quid agimus, per has ipsas uirtutes, quemadmodum plantæ faciunt, operamur: cum uero per iram, aut per cupiditatem, similiter atq; animalia ratiōis expertia facimus, at cum ratione utimur, tunc hominis munere solū fungimur. hac de causa Plotinus diuinissime dixit, qui furore quodam perciti secundum nutriendi uires agunt, eos cum periculo tentare, ut in arbores mutentur. Enimuero dignum est, ut consyderemus, quænam differentia sit cupiditatis aduersus naturales uirtutes nutriendiq;, & generandi, non enim uidemus agere cupiditatem circa aliud quodpiam, præterq̄ nutrimenta, & generandi uires, unde id experitur cupiditas, ut cum potentiis plantalibus eadem sit. Quid igitur dicimus? non est idem, quia cupiditas agit cum sensu, plantales uero uirtutes sine sensu agunt. hinc est quòd animalia etiam rationis expertia cum fœminas uiderint, in appetitū mouentur. quapropter cum cognitione quadam cupiditas est, non autem sic operationes plantales, atqui dormientes etiam sæpenumero nullo neq; sensu, neq; imaginatione adducti semen emittimus, pari modo uidelicet operantes, ac plantales ipsæ uirtutes faciunt. Quemadmodum enim cum rationalis potentia est in seruitutem mancipata eius, quæ ratione abutitur, omne consilium mouet in cibi, uenereorūq; expletionem, neq; propterea cum plantalibus potentiis esse eandem rationem dicimus, simili quoq; modo fatemur in cupiditate. Verum uirtutum plantalium illud est proprium, quod simpliciter nutrimentum, genituráq; sine sensu concupiscunt, cupiditatis uero, quod escam talem, talemq; coitionem, & simpliciter suauitatem desiderat. Quid igiť? duarum potentiarum, scilicet cupiditatis, & plantalis unus, & idem effectus est? non est unus inquā, uerum simplici modo eius uirtutis, quæ pertinet ad plantas, nutrimētum est, aut genitura, cupiditatis uero finis est ipsa uoluptas, est autem is ipsius cupiditatis finis, ut (quemadmodum dixi) eo ipso desiderio & sortem nostram, & generis successionem conseruemus. at rationis, cum ea cupiditati deseruit, quemq̄ esse talis operationis finē nequaq̄ dico, nāq; ꝑter naturā rōni talis est finis, q̄ autem præter naturam sunt, ad aliquem finem minime respiciunt. etenim ratio, cum seruit, nō suum, sed cupiditatis finem uoluptatem pręparat. At ne quispiam in illam uulgarē dubitationē ueniat. Quid? igitur tres animas habemus? & tribus gubernamur? Dico enim quòd uelut aīa huic coniuncta corpori uidetur qdē unū quoddā facere, uere tamen non est unum quid, eodem quoq; modo rationis experti potentiæ copulata, & plantali singularem quandam continuationem facit propter propinquitatem, ea enim, quæ ratione uacat pars continenter illi, quæ ratione utitur, exaptata est, plantalis uero huic, quæ rationis haud est particeps, atq; ideo propter eum, in quo simul sunt, affectum, consensum esse unum dicimus, tum etiā quia rationalis potentiis reliquis, uelut instrumentis utitur. Harum autem uirtutum, plantalium scilicet, & brutalium, aliæ quidem magis, aliæ uero minus rationali animæ proximæ sunt. hæ propiores sunt, quæ rationem non habent, natura enim ita comparatæ sunt, ut exaudiant ipsam rationem: quare nos cupiditates cum increpamus, mitiores ipsas facimus.

Increpuit uerbo perculso pectore corda.

et rursus,

Corde feras, nāq; & peius quandoq; tulisti.

Consuesce te ipsum moderari ab ira, à uoluptate, ab tristitia, & quæcūq; consimilia sunt. at qd ego dico hæc in nobis? nōne quoq; ferarum multæ ratione ipsa mansuetiores redduntur? Plātales uero, utpote quæ rationem non exaudiant, ab anima rationali spatio longiore distare? nō enim nutritiuæ uirtuti ad imponendum est, quantum nutrire debeat, aut augumentatiuæ quantum augere, sed neq; generatiuę, quare & inuiti sæpenumero semen in somnis emittimus. Quòd si ipsam generandi uim modestiorem facimus, illud est manifestum, quòd non ipsam potentiam simpliciter, uerum cupiditatem ipsam reprimimus, etenim potētia ipsa nihilominus manet, & si nihil operetur,

retur. & hæ quidem sunt animæ uirtutes, quæq; ratione utuntur, quæq; illa carent, & demum, q̄ in plantis uegetant. Vniuerse uero animam alii dicunt esse incorpoream, alii autem corpus, q corpus eam dicunt, alii simplex esse, alii uero compositum, & qui compositum fatentur, alii quidé ex coniunctis corporibus, alii uero ex disiunctis. At eorum, qui simplex esse corpus animam dixerūt, alii exposuerunt eam esse corpus ętherem, quod idem est, ac si diceremus coeleste, quemadmodú ipse Ponticus Heraclides, alii autem illam esse ignem differuerunt, ut Heraclitus, qui quoniá omnium, quæcūq; sunt, ignem esse principium dicebat, ideo quoq; animam propter facilem motum igneam esse asseuerabat. Alii uero aeream, uelut Anaximenes, & è Stoicis quidam, alii autem ex aq̄ eam constare uolebant, ut Thales, & Hippon, is, qui uocatus est Atheos, quòd enim uiderunt humanum semé ex humiditate constare, ꝑpterea principium omnium, quæcūq; sunt aquam ipsam nominauerunt. Verum terream eam esse nullus ausus est dicere, cum grauitatem, atq; immobilitatem terræ cognoscerent. igitur, qui simplex corpus esse dixerunt animam, quoniam & quinque sola corpora simplicia sunt, illi possunt, & soli quidem inter eos, qui corpus illam esse dixerunt, imortalem fateri, qui uero compositum corpus esse eam crediderunt, partim uoluerunt esse ex elementis haud adiunctis, ut Democritus, & Leucippus. & simpliciter, qui atomos, hoc est indiuidua corpora introduxerunt, ii enim principia rerum esse dicebant indiuidua corpuscula & uacuum, atq; ob eam rem animam ipsam propter facilem motum sphęricis ex atomis constare dicebant, partim uero de coniunctis factam disputabant, ut Critias, qui ex triginta fuit unus. is nāq; animam eé sanguinem dicebat, etenim (inquit ille) sanguis hominibus est intelligendi cordata uis, ex his autem, qui animam esse incorpoream opinati sunt, aliqui illam esse à corporibus separabilem dixerūt, aliq uero separari nō posse, & horū q nō eé eā sepabilé uolebāt, alii eé eā rōné tēperamenti dicebāt, ut cū duplus ignis aquæ admistus sit, uel sesquialter, uel aliquid tale animam facit, ratio enim dupla uel sesquialtera, quæcūq; accidit, ea est anima. Alii autem ipsum temperamentum, alii uero entelechiā esse uolebant, est autem entelechia perfectio, & species ipsius subiecti, à temperamento autem ipsa ratio differt, nāq; ratio in ipsa quantitate cōsyderatur in sesqaltero, uel in duplo, uel in alio quodá, & simpliciter habitus alterius ad alterum pro quātitate determiatus, ipsa temperatorum ratio est; temperamentum uero qualitas est ex admistis qualitatibus perfecta, ueluti cum de calido, & frigido tepidum temperametum quoddam factum est, uel ex albo, & nigro fuscum. At ipsa entelechia est ipsa rei subiectæ perfectio, de tali uidelicet elementorum compositione materiæ species adueniens, ueluti coeno testę cum species aduenit. ii uero, qui separabilem differuerunt, animam quidé totam, & rationis participem, & rationis expertem, & eam, quam uegetatiuam dicunt, ab corpore separabilem esse dixerunt, ut ipse Numenius, qui errauit in uerbis Platonis in Phoedro dićtis omnem esse animam immortalem, cum Plato eo in loco manifeste de rationali hominum aīa sermonem faciat. Quòd enim brutorum animam mori Plato intellexerit, id eius uerba in medium adducentes aperte satis demonstraturi sumus. Qui uero esse eam inseparabilem dixerūt, eam esse mortalem propterea uoluerunt, quod esset inseparabilis, de quorum numero est Alexander Aphrodiseus, qui & Aristotelem in opinionem suam conuellere tētat. Alii autem separabilem quidem eē rationalem, uegetatricem uero, & quæ ratione caret, haud ullo modo separari. Sed horum aliqui dixerunt utrasq; ab huiusce corporis crassitudine separabiles, aliqui uero ab hac uegetatricem solam non esse separabilem, quæ autem rationis est expers, ab hoc quidem separari, ab alio uero quodam corpore spirabili scilicet, nequaquā. quæ opinio, quemadmodum demoustrabimus, uera est, & eam Plato, & Aristoteles in primis habuerunt. Quòd enim talis Aristotelis fuerit opinio, & aliā quidem separabilem, aliam uero non separabilem intellexerit, de pluribus locis manifeste demoustrari potest. In fine igitur tractatus de partibus animalium, qui ante hoc opus continēter est, ubi dixisset unamquāq; animalium partem scd̄m quandam uitalem operationem formari, ueluti cor, & epar, & cerebrum, & reliqua: utrum (inquit) hanc operationem animā uocare oporteat, an animæ partem, an non sine anima quærendum est quare multam quidem latitudinem, imo profunditatem animarum uidit. Præterea utrum (inquit) de omni anima naturalis Philosophi differere interest? an non de omni? uerum de ea, quæ non sit absq; materia? hinc ergo à materiá separabilem esse animam cognouit. Si enim (inquit) de omni anima naturalis disputabit, id patet, quod etiá de intellectu. Quòd si de intellectu, necesse est, quòd etiam de itelligibilibus loq̄tur, intellectus nāq; intelligibilium est intellectus, quemadmodum quoq; sensus est sensilium sensus, hæc enim sunt ad aliquid dicta. de intelligibilibus autem disputare ipsius primi Philosophi interest. Accidet igitur quod ipse naturalis de omnibus tractabit, quæcūq; sunt, quod quidem absurdum est, deq; sensilibus propter sensum, deq; his, quæ intelliguntur intellectus causa. Atq; etiam in tractatu de ge-

neratione animalium dicit. Videtur enim extrinsecus ingredi intellectus,& esse diuinus,nãq; cum
alio nullo eius operatio cõmunicat,corporis enim operatio est. Rursus etiam hoc eodem in libro
cum de affectibus animæ dixisset ira,cupiditate,atq; aliis,quòd scilicet à corpore separari nõ pos-
sunt:Propterea (inquit) speculari naturalis interest,uel de omni anima,uel de ea,quæ nõ sit absq;
materia.cognouit igitur aliquam esse animam,quæ à materia separaretur.In secunda etiam dispu-
tatione postquàm de potentiis aliis animæ quæsiuit:utrum sit unaquæq; anima,an pars animę:
de intellectu autem(inquit,deq; potentia contemplatiua nondum patet.Sed aliud esse animæ ge-
nus,& hoc solum posse separari uidetur,quemadmodum ab corruptibili æternum, item in tertia
disputatione,siquidem est(inquit)intelligere,ut sentire,aut pati aliquid,utiq; erit ab intelligibili,
aut alterum quidpiam tale,impatibile igitur esse oportet: & paulopost.hoc solum separatur quod
est,& hoc solum immortale,atq; æternum.Verum quòd hoc sit impatibile, non memoramus, in-
tellectus autem,qui patitur,corruptibilis est.Manifeste igitur per hæc,& impatibilem,& immorta-
lem,& æternum esse intellectum dixit,atq; etiam secũdum se separabilem.imaginationem uero uo-
luit esse corruptibilem,eamq; ipsam patibilem intellectum uocauit,intellectum quidem,qđ apud
seipsum cognobile habeat,patibilem uero,quia cum impssionibus.in eodem sermone rursus ita p-
sequitur,is ergo,quem animæ intellectum uocaui (cum autem intellectum uoco,quo anima ipsa
cogitat, & deprehendit) nihil est operatione eorũ,quæ sunt,anteq̃ intelligat,quare neq; ipm com-
mistum esse corpori consentaneum est.item paulo infra secernens ab intellectu sensum, dicit ipm
sensum,cum ex his,quæ sentiri possunt,maiora percœperit,ea,quę minus sentiantur,percipere nõ
posse.Sed intellectum,quanto ex his,quæ in ipsum ueniunt,apprehendat maiora,eò facilius mino-
ra comprehendere.huius autem rei esse causam dicit,quòd ipm sensitiuum non sine corpore est,
intellectus uero separabilis est ab eo. Rursus etiam sic,atq; is intellectus separabilis,& immistus, &
impatibilis substantia.item quoq; ante hæc in primo sermone hoc modo scripsit . intellectus au-
tem uidetur innasci substantia quædam existens,neq; corrumpi,maxime enim ab ea,quæ fit in se-
nio languens debilitas,corrumperètur item,qualem enim particulam,aut quomodo itellectus cõ-
tinebit,difficile est fingere,item de intellectu autem,& speculatiua potentia nondum patet,sed ani-
mæ genus aliud eẽ uidetur,& hoc ipsum solum separari posse,uelut à corruptibili æternũ. Quare
esse ipsum ab corpore separabilem,neq; agere cum corpore,atq; insuper eẽ eum æternum uult. Ac
hæc de multis,quibus demonstrare possemus Aristotelem uoluisse rationalem esse animam imor-
talem,& ab corpore separabilem:dicta sufficiant. Enimuero superfluum putamus esse dicere Pla-
tonem cognouisse animam rationis compotem immortalem esse.quòd autem rationis expertem
morti esse obnoxiam intellexerit,in Timæo satis idonea dicta sunt.Postq̃ enim (inquit) opifex om-
nem diuinam naturam creauit, tum quæ aperta, tum quæ occulta est , ad ipsos ait, adhuc genera
tria mortalia ad ornamentum mundi deficiunt,terreum uidelicet,aëreum,& aqueum, quæ nisi fi-
ant, hic erit mundus imperfectus , hæc autem per me facta , & uitam participantia diis adæquata
sint,ut igitur mortalia quoq; sint, & hic mundus uere sit omne , uertite uos secundum naturam
in animalium mortalium creationem transferentes exemplum de potẽtia mea circa generationem
uestram,atq; eius quod in ipsis tale futurum est, ut cum immortalibus appellatione conueniat,di-
uinumq; uocetur,principatumq; teneat,ego uobis seminaq;,& initium tradam,uos exequi cæte-
ra par est,ut immortali naturæ mortalem attexentes faciatis , generetisq; animalia. Quare rationis
expertem animam rationi adnexam mortalem esse manifeste dicit.Quodcunq; autem rationale
mortalibus inest animalibus,illud principale,diuinũ,atq; imortale est,atq; ideo principẽ penitus eẽ
rationem pfert.Quòd igit̃ & Platoni & Aristoteli uideatur aia neq; ois à corpore separabilis,neq;
omnis nõ separabilis,at rõnalis qdem separi,reliq̃ uero nequaq̃,id manifestũ est; etenim nõ oportet
in enũtiationibus antiquorũ acqescere,uerũ oĩum rerũ demonstrationes colligere, nãq; ex oi parte
dogmata hæc ad uitã nostrã pertinẽt,maxime aũt quòd nobis nihil est magis pprium, quã ut nos
ipsos cognoscamus.igit̃ singulatim quęcũq; dicta sunt,ostendemus,quòd.s.omnis est aia incorpo-
rea,quòd ab oi corpore rõnalis una separat̃,atq; ob eam rẽ imortalis est.qđ item ea,q̃ rõne caret,ab
hac ipsa crassitudine sepabilis est,q̃ tamen à spiritu non sepatur,etiã si sit oĩno hoc ipm spiritale cor-
pus.item quòd in tps aliquod post huiusce corporis exitũ perseuerat, quòdq; hoc in crasso corpe
anima ipsa plantalis eẽ habet,atq; cum eo corrũpit̃.Quod igitur oẽs,qui opinãtur,& dicũt esse cor-
pus aiam siue simplex,siue cõpositum,ii falsò dicant,atq; opinẽtur,ne una sola rõne redarguamus,
cõmune ad oẽs cõtra adduximus argumẽtũ. Nullum ergo posse eẽ aiam corpus declaret hoc mõ.
corpus oẽ suapte natura dissolubile est,atq; in infinita partiri põt,quare sustentationis eget auxilio.
Quoniam aũt anima,uel alia q̃dam potentia,ipsa est, q̃ sustinet,utrũ corpus est aia,an incorporeũ:

nam si ea corpus est alio rursus indiget sustentante,& sic deinceps illud idem interrogabimus,utrũ corpus,an incorporeũ?& hoc,in infinitũ,necesse est igit̃ ut q̃ corpora sustentat potentia,ea sit incorporea,at aĩa est aĩatorum corporũ sustentatio,oĩs igitur aĩa est incorporea.In hoc aũt libro Aristoteles,postq̃ multipliciter,& uarie has ipsas opiniones redarguit,hoc etiã addit.qd (inquit) ego in alus dico? potentiarũ animę,q̃ pertinẽt ad cognitionẽ, sensus est ultimus,q & ipse icorporeus linealibus necessitatibus demõstratur.igit̃ si ultima potentia est incorporea, tanto magis non eẽ corpus potẽtiores credimus.Quomodo ergo illud ostendit? nullũ (inquit) corpus eodẽ tẽpore in eadem parte contraria suscipit,non enim tẽpore eodem digitus totus & albus,& niger esse põt, neq; simul eodẽ momẽto & calere,& frigescere,sensus aũt uno,& eodẽ tẽpore pariter cõtraria cõprehẽdit,in legendo enim simul albũq;,& nigrũ suscipit.quare scit hoc esse primũ,hoc aũt scdm in secernẽdo ab albo nigrum.Quonam mõ igitur eodẽ tẽpore cõtraria uisus apprehendit? utrũ ne in parte eadem? an in altera quidem nigrum,in altera autem album? Siquidem igitur in eadem parte,uidelicet indiuidue eadem percipit, etiam est incorporeus.Sin autem in una,& altera parte, Simile est (inquit) quemadmodum si hoc ego,tu uero illud sentires.Veluti si dicas (inquit) quod ego uidi,id aliud est ab eo,quod uidisti tu, nãq; unum,& idem iudicans esse oportet,& in eodem discreta percipere,corpus autem in eodem tempore circa eandem partem contrariis,uel simpliciter diuersis occurrere non potest.At sensus eodem temporis interuallo & albo, & nigro obiicitur,indiuidue igitur occurrit,est ergo propterea incorporeus. etenim si in altera,atq; altera parte nigrum, atq; album perciperet,non quidem ab nigro album diiudicare posset,nemo enim quod ab se uidetur, discernit ab eo,quod ab altero uidetur. quòd autem & imaginatio sit incorporea , atq; sine partibus, inde patet , quod nulla causa est , unde formæ succedentes deleant eas,quæ in ea prius impressę fuerant. Quòd , siquidem corpus esset, accideret quemadmodum fieri in cera uidemus,ubi q̃ prius erãt signa,ea delentur ab iis,q̃ succedunt.at etiã plantalis aĩa,q̃ sensu iferior est,& ipsę ẽt plãtales rõnes apte partiri nõ posse demõstrantur,neq; ꝓpea corpus eẽ,nãq; in unaquaq; seminis particula rõnes plãtales eo mõ sunt,ut partiri nõ possint,qũo ẽt in omni semine & nutriẽdi,& augumẽtãdi,& formãdi rõnes sunt.ut eni si cõceperit uterus iniectũ semẽ totũ,aial absolutũ ꝑficit:sic,licet nõ totũ,sed partẽ seminis accepit,nihilominus ipm faciet.igit̃ si plãtales rõnes animalis corpus eẽnt,nõ & q̃ capitis,& q̃ pedũ,& q̃ oium partiũ sunt rõnes,in eadẽ pte simul eẽ possent,nũc aũt sunt in hac ipsa pte,sunt ergo icorporeæ.est eni idẽ idiuiduũ qđ incorporeũ,uelut ẽt in tota arbore sic in ramo,sic in palmite,sic in ipso grano & nutricãdi,& augẽdi,& generãdi uirtus ẽ.At fortasse qspiã dubitauerit q̃rẽs,unde igit̃ mõstra? nõne ea aut defectu,aut supabũdãtia seminis fiunt? itẽ cur si abscindat̃ frumẽti particula,reliquũ nõ germinat? item qd ita cortex pullulat,nõ frõdes? uel tale aliqd,atq hę ipsę sunt arboris ptes.De mõstris igit̃ dico.qđ materia est ipsorũ cã,qm̃ p quãtitate,& q̃litate ipsam materiã cõgruere oportet,aialis aũt materia sunt ipsa mẽstrua,q̃ qdẽ materia si superet,aut deficiat,aut p̃ter naturã q̃litatẽ habeat,ipsa est mõstrorũ cã.& uniuerse qdem dico eas ipsas potẽtias eẽ incorporeas,uerũ sine subto corpore nõ eẽ,atq; moderati subiecti idigere & quãtitate,& q̃litate,ut sint.Veluti circulus,& simplr̃ figura demõstratur.ipsa eni figura p se sine quãtitate,& magnitudie,& simplr̃ incorporea nõ cõsisteret,nisi in definita magnitudie,& q̃litate subta pcipere͂t.in corpore uidelicet paruo,& breui nõ qdẽ circulus cõtinere͂t,neq; in liqdo, aut p̃terfluenti cõstare posset.igit̃ eodẽ mõ & in hac re dico,qđ,& si eę rõnes per se sint idiuiduæ,tamen ex quo in subto corpore id habẽt,ut sint,nõ generalr̃ omne corpus,uel qđcunq; acciderit,eas rõnes suscipere põt.Quare subiecti cõueniẽtia necessaria est.qđ si penitus in tota arbore,& in partibus potẽtię omnes perfectæ inueniunt̃,id est uidelicet nullã aliã ob cãm,nisi qđ ipsæ per se sunt indiuiduę, nãq; si essent corpora,nõ qdẽ in abscisso ramo totæ essent,ipsaq; eẽt arbor mutila. Si uero qspiam dicat se posse dicere hæc eẽ corpora homœomeria,q̃ per totũ ueniunt, est enim corpus homœomeriũ,qđ eiusdẽ spẽi est in pte,atq; in toto,uelut in carne(pars.n.carnis caro est)ad hoc ita dicamus,qđ ea, si qdem corpora essent homœomeria,nõ qdẽ tota p tota subta ꝓcederẽt,nõ eni fieri illud põt ut corpus p corpus ꝓcedat.igit̃ si deteriores aię potẽtię sunt icorporeę,tãto magis ipsa rõnalis,cũ sit aliis multo melior,est icorporea,quẽadmodũ p cões rõnes demõstratũ est.nũc aũt,q̃ i ea sunt ꝓpria, dicamus ita.Nullũ ex corpibus seipm noscit,neq; ad se cõuertit̃,nõ eni seipsa nouit manus, aut aliud ex corporibus qddã,at ne qdẽ potẽtiæ rõnis exptes,quãq̃ sunt icorporeę nouerũt ipsę se, non enim aut uisus,aut auditus,aut simplr̃ sensus seipm noscit,neq; cuius naturæ sit,ipse q̃rit,uerũ ipsa ẽ rõ, quę de sensibus inqrit,aĩa uero rõnalis cognoscit ipsa se,q̃re ipsa ẽ q̃rẽs,ipsa q̃sita,ipsa iueniẽs,ipsa iuẽta,ipsa cognoscẽs,& :cognitamanifeste ergo eã eẽ incorpoream patet.Potẽtiæ aũt,q̃ sunt in subto corpore cũ corpore ipso uigẽt,& obsolescũt,tales igit̃ sunt sensus,ira,cupiditas,aĩa uero rõnalis ecõ

Aĩe potentiar[illegible] q̃ ptinẽt ad cognitione[illegible] sensus est ultimu[illegible] et in corporeu[illegible] et uno et eodẽ tempore [illegible] cõtraria suscipit.

Imaginatio est incoporea

Plãtales rõnes nõ possũt partiri.

Monstra unde [illegible]

Homœomeriu corp[illegible]

corpus nullũ nos[illegible] seipum


trario,flaccescēte enī corpore ipsa uiget,nō est igiť in subto corpore. Præterea nihil est qđ subtum suū corrūpi curet,eteni qcūq; sunt,oia ea ēē cupiūt. At aīa rōnalis corpus ipm puipēdit,atq; laboribus p uirtutē domat,ipmq; sæpenumero penitus derelinqt,igiť in subto corpore non habet ēē.qđ ergo nulla aīalis potētia sit corpus,id demōstratū ē. Adhuc aūt demōstrare oportet aīam rōnis participē ab oī corpore subam seīrctā tenere,reliqs uero eā ipsam in corpore hēre,q̄ rōne caret ī spiritu, quę uegetat,in hac uidelicet crassitudie.quo igiť hæc ipsa ostēdamus,illud breuiter anticipemus. Regulā qđā nobis in pœmio,ppositi libri tradidit Arist.q̄ qdē cōiter oibus Phis placuit,& iis,q̄ immortalē,& iis,q̄ mortalē aīam crediderūt.ea aūt regula talis est. Oportet(inqt ille)ex opatiōibus iudicare subas,una enī queq; suba coordinatā habet opationē,nulla igiť(inqt)separabilis est à corpore suba,q̄ nullā à corpore actionē separabilē tenet. Si nāq; ea,q̄ suba est separabilis, nullā sine corpore opationē habet,postq̄ sepata est à corpore,nihil qdē,circa qđ agat,habebit,atq; ideo frustra erit.at nihil neq; deus,neq; natura frustra qcq̄ faciut,nō igiť fieri id pōt,ut suba separabilis nullā sine corpore operationē habeat.itē alia regula est hæc,qcunq; habet à corpore separabilē opationē suba,necessario quoq; ipsa erit à corpore separabilis. Qđ si minus erit separabilis,illud acciderit,qđ.s.à cā pductū sua cā dignius erit,qđq; indignius digniore magis dignū,qđ qdē absurdū est. Semp enī causam effectu meliorē ēē oportet,qđq; est natura prius,inferiore dignius,qđ.n.natura prius est,id est melius.nōne igiť ita est hoc?nos qdē scimus opationē de potētia ēē oēm,deq; suba potētiā oēm pcedere,atq tertia est à suba in ordie opatio. Qđ si à corpore iseparabilis suba est, opatio uero separabilis,& si dignius est inseparabile eo,qđ separať,ideo quā suba melior opatio fereda est,atq; idē dicēdū qđ est esse sua cā dignius,qđq; natura scdm,imo tertiū sit,id ēē primo superius,qđ qdem absurdum est nō igiť fieri id pōt ut actio separabilis à corpore,nō ē substātia,atq; eadē separabili,descendat. Hæ igiť Aristo. regulæ nobis psunt. Scda qdē ad rōnē de aīa rōnali:prima uero ad ea,q̄ ptinet ad reliqs. Quare de rōnali hactenus diximus,an nulla à corpore iseparabilis suba habeat actionem separabilē Demōstrabimus aūt in aīa separabilē à corpore opationē,penitus ēē & ipsam separabilē: quāobrē cū de itelligibilibus aīa cōsyderat,& sibi dei notiones pponit,id est aptum,qđ istiusmodi operationē ab toto corpore sepabilē tenet,pari quoq; mō cū seipsa qrit,nusqͣ enī neq; cooperante in hisce utiť,neq; ipsa circa corpus opať. Qualis talis oīs actio à corpore,atq; imaginatiōe separata est. Qđ si separabilis est opatio,necessario & ipsa sepabilis erit suba.at suba separabilis necessario oino erit æterna,cōiter enī hoc oēs fatentur,uidelicet qđ ois à corporibus suba sepabilis est æterna. Considera.n.si separabilis nō est æterna,uerū genita,& corruptibilis,aut ea prius q̄ generareť, generari potuit,aut nō potuit,qđ si nō potuit,nō qdē facta est,nō enī fieri id pōt,ut qđ generari nō dať, id genereť. Qđ si potuit,oino qdē materialis erat. Hoc.n.qđ.s.aliquid possit aliquādo ēē,ul nō ēē, ad ipsam materiā ptinet. Sin aūt immaterialia sunt à materia separabilia,de potētia ad actum non ueniēt,sed semp actu erūt. Itē aliter.qcqđ corrūpiť,id duobus modis corrūpitur,uel enī more corporum facta resolōne in elemēta,uel incorporeorū cū spēs extinguiť discrepātia subti,in quo dať illi esse. Veluti etiā harmonia remissis chordis corrūpiť.neutro ergo horū modorū aīam rōnalē corrūpi licet,nā neq; ut corpora,est enī incorporea,neq; ut ea,q̄ & si sunt incorporea,in corpore tamē subiecto illis ē ēē datū. Demōstratū nāq; id ē,eā esse à corpore separabilē,qđ si notum est,illud etiā simul patuit,qđ ea est æterna,atq; hæc qdem de rōnali anima dicta sint. Præterea autē de reliquis quoq; dicamus,deq; ea,quæ rōne caret,deq; ea,quæ uegetandi uis est.quod enim ipsæ sint iseparabiles,ex pdicta regula id patet. Quòd si demōstrabimus nullam eas à corpore separabilē operationem habere,necesse erit oino eas ipsas nō esse separabiles,in corpore igiť,& circa corpus earū sunt omnes operationes,nāq; & nutritiua,& augmētatiua,& generatiua sunt in corpore,& p corpus operātur,& circa corpora.atqui ira etiā,atq; cupiditas,ira enim sanguinē circa cor mouet,epat autē quomodocūq; cupiditas afficit,in corpore igiť,& per corpus,atq; etiā circa corpora ualēt.uel enim cibariorum,uel uitoris,uel uniuersę rerū,quæ ad corpus pertinēt,appetitus est ipsa cupiditas,ira autē nititur eum cōtra ad tristitiā torquere,q tali in re quicquā nocuerit. Quare si nō sunt harum sine corpore actiones,ex necessitate substātiæ quoq; sunt ita. quorsum enim sepatatæ à corporibus operabūtur?quid nutrient?aut quid augebūt?aut quid tādem generabunt? quem iterū tristitia contra complectentur?at neq; ipsa cupiditas quicquā suauius habebit, unde ad appetitū moueať. Quare frustra erūt. Quod si nō id fieri potest,ut.s.aliquid frustra fit,illud certe credēdū est,quòd illa nō est à corporibus separata substātia,de qua tales pcedunt operationes. Eniuero uegetandi uis nō est ab hac crassitudine separabilis,cū qua etiā corrumpitur,& id patet ex qbus ipsæ potentiæ sunt,& in plantis,in qbus spiritale corpus nō uidetur. demōstrantur autē post animę ipsius exitum permanentes adhuc in corpore breue qddam tempus:alioquin unde illa putrida,&

Vngues, et Pili in mortuis augentur

quæ facile dissolui pōt auctio?In mortuis.n.& ungues & pili augenť.Si autē auctiuæ facultatis ēē
post mortē est in corpore aliqđ uestigiū,nutritiuæ quoq; facultatis aliqđ esse uestigiū necesse est.
Propter auctionē.n.alimētū est.Hinc ergo manifestū est,ꝙ in hoc corpore esse suū hñt hæ faculta
tes.Qđ si hñt,& generatiuā quoq; hr̃e necesse est.In eadē.n.est serie,& coordinatiōe.Quare ubi il
lę sunt,& ipsa quoq; necessario uideť ineē.Huius autē & in mortuo corpe dixerit aliqs uestigiū eē
aliqđ pp ea,q̄ ex mortuis corporibus generanť,aīalia,uespas,& apes,& uermes,& eiusmodi.Irrōna
lis aūt in hoc amplius eē suū nō habet.Remanet.n.etiā post aīę ex corpore exitū,uehiculū & substrā
hñs corpus spiritale.Qđ & ipm est ex q̄tuor.Diciť aūt ex abūdāte aere,quemadmodū & hoc terre
nū ex eo,qđ est amplius.Et unde manifestū est si in eo eē suū habet uita irrōnalis?imo prius unde
oīno est corpus spiritale?Hoc.n.prius oportet q̄rere an est oīno:Deinde demōstrare,ꝙ in eo est ir
rationalis uita.unde igiť sciemus,qđ est spūs?Aīam qdē nr̃am post discessum ex corpe in cōfesso
est,uel potius demōstrať ad iferos uenire,& eorū,q̄ in uita male gessit,illic poenas luere. Non.n.ut
simus solū curā gerit ꝓuidētia,sed ēt ut bene simus.Quāobrē aīa,q̄ ad id,qđ est ꝑter naturā, dela
psa fuerit,nō negligiť.Sed qua par est ei diligētia & sollicitudine ꝓuideť.Et qm̄ ei usu uenit,ut ꝑ
delicias & uoluptatē peccaret,necessario ut per dolorē quoq; purgeť eueniet.Nā & hic quoq; ꝯtra
riis cōtraria medicamēta adhibenť.Quò fit ut in iis,quæ sub terra sunt,ad iudiciū exercēdū para
tis locis punitæ dolore afficianť.Sed si incorporea est aīa,fieri nō pōt ut patiať.Qūo igitur puniť?
Necesse est ergo oīno aliqđ ei eē adiūctū corpus,qđ,cū nimio æstu,aut algore uel imodice dissol
uiť,aut supra modū cōcrescit,dolore aīam afficit per cōsensum.Quēadmodū & hic quoq; corpo
re dolorē patiente,pp naturale uinculū &,qui ex eo ꝓcedit,cōsensum sentit aīa dolorē. Ipm.n.per
se incorporeū à nullo patiať.Cuiusmodi ergo est ei corpus adiūctū?Non hoc qdē.In ea.n.ex qbus
cōpositum fuit resolutū est;sed id qđ spiritale dicimus.In eo ergo ꝑpea sunt oīno tanquā in subto
animus,& cupiditas,& ab eo separari nequeunt:Nisi.n.essent,sed statim post exitū ab hoc corpore
ab his affectibus esset liberata,à generatiōe quoq; eēt oīno pura.Qđ si à generatiōe & ꝑturbatiōi
bus esset liberata,sustolleretť,neq; in subterraneis iudicii locis eēt.Sicut.n.diximus,cū ea in genera
tionē descēderet,dati sunt ei illi affectus,ꝑpter eas,quas diximus causas.fieri aūt nō pōt ut à gene
ratione libereť,quæ nō seipsam purgauerit.Qm̄.n.ipsa per se est mobilis,& sua spōte à bono exci
dit,oportet eā rursus,ut sustollať,seipsam purgare.Subterranea enim illa iudicii loca eā sustollere
nō possunt,sed ipsam tātum ad seipsam cōuertūt.Quò fit,ut cū resipuerit,eāq; errorū suorū poe
nituerit,ꝑprio suo ipetu purgeť,& corporeū illū,cui sua spōte alligata erat,affectuū cōsensum sua
spōte abiiciat.Quare ait illā post subterranea iudicii loca hic rursus tādiu consistere,donec à seipsa
purgata,& à generatiōe liberata,sublata fuerit.Tunc itaq; & irā,& cupiditatē unà cū illo uehiculo,
id est spiritu,deponit.Esse aūt ei postea aliqđ aliud perpetuo adiūctum corpus cœleste,id est,æter
nū,qđ radiorū uel astrorū formā & silitudinē hr̃e inquiūt.Cū.n.ipsa ex mūdanis rebus sit,eam ne
cesse est oīno munus aliqđ hr̃e,qđ gerat,qđ mūdi quoq; pars sit.Et si est semp mobilis,& eā semp
operari oportet,oportet eā perpetuo aliqđ corpus adiūctū hr̃e,qđ semp uiuificabit.Propterea splē
didum & luminosum corpus eā habere inquiūt,qđ sit æternū.Propter hæc itaq;,q̄ dicta sunt,spi
ritale corpus eē necesse est,& aīum,& cupiditatē ab eo separari nō posse.Manifestū est aūt, ꝙ quē
admodū uitales & appetitiuæ irrōnalis facultates sunt in spiritu,ita & cognitiuæ.Si eni deteriores
ab hoc crasso corpore sunt separabiles,multo magis meliores.meliores aūt cognitiuę:dico aūt ima
ginationē & sensum.Sed etsi in illo esse suū habeāt irrōnales facultates,ueniūt tamē etiā ab illo ue
stigia q̄dā ad hoc crassum corpus.Quēadmodū & à mēte mentis cōceptus ad oēs uenire dicimus.
Quòd.n.etiā ad hoc usq; corpus irrōnalis aīæ illuminatiōes ueniāt,manifestū est.Ira.n.mouet san
guinē,qui est circa cor,& eius ebullitionē quādā facit.Cupiditas aūt iecur sic uel sic ad suos motus
afficit.Et sensus oēs cerebrū illumināt.ex eo.n.ad sensoria per neruos suppeditatur sensoria facul
tas,eoq; male affecto,sensus fiunt actionis expertes:ut demōstrant Medici.Cum enim id, quod me
ningæ custos appellatur,meningæ,quæ membrana est cerebrum tegens,superposita fuerit,& sen
su,& motu carens animal efficitur.Et cum dorsalis pars male affecta fuerit,ægroti quidē pars supe
rior sensu fruitur,inferiora autem sensu carent,eo quòd non amplius suppeditetur à cerebro sensi
tiua facultas,cum instrumētum,neruus scilicet,passum fit.Et si alligatus fuerit neruus,sensu rur
sus uacua fit pars inferior:superior autem manet sensu prædita.Ex dictis igitur manifestum est ꝙ
& spiritale corpus est,& ab eo separari nequeant animus,& cupiditas.Multo autem magis apertū
euadit,uel ex ipsa rerum operatione.Vnde enim in sepulchris umbrarum formam præ se ferentia
spectra apparent?Neq; enim figuram ullam habet anima,uel omnino uideri potest.Sed non pur

gatas aiũt animas, postquam ex hoc corpore excesserint, cum spiritu aliquãdiu errare, idq; circa sepulchra apparere. Quare adhibenda est diligentia ut recte uiuamus. Ab hoc enim ex improba uiuendi ratione condensato spiritu circa affectus aiunt animam attrahi. Habere enim & ipsum aiũt aliquid naturalis uitæ: Nutriri enim: Non sic autem nutriri, ut hoc corpus: sed per uapores, non p partes, sed sic, uerbi gratia, ut spongiæ uapores recipiũt. Et propterea studiosi, subtilioris, & siccioris uitæ rationis curam gerunt, ne crassescat spiritus, sed subtilis fiat. Ad hæc autem & purgatiões aiunt ipsum suscipere. Hoc enim corpus aqua colluitur: illud uero purgationibus, quæ per exhalationes fiunt. per quosdam enim uapores nutritur, per alios autem purgatur. Ipsum autem non per uaria esse instrumenta diuisum, sed totum per totum secũdum sensus agere, & sensilia apprehendere. Quare & Aristoteles in Metaphysicis inquit. Quòd sensus proprie unus est, & sensorium proprie unum, sensorium appellãs ipsum spiritum, in quo sensitiua facultas tota per totum uaria sensibilia apprehendit. Quomodo igitur apparet in sepulchris membris & instrumentis preditũ, & aliquando quidem hominis figuram, aliquãdo uero etiam alicuius alterius animalis formam habens? Ad hoc dicunt. Primum quidem illud, quòd sæpe contingit ipsum hominis habere figuram à flagitiosa uiuendi ratione incrassatum, & simul à cõtinenti corpore impressum. Quod etiã in glacie usu uenit, ut cum iis, in quibus concrescit uasis, simul imprimatur. Quomodo igitur diuersas habens figuras apparet? fortassis, inquiunt, quando anima ipsum uult demonstrare, mouẽs imaginationem ipsum simul imprimit: uel etiam diuina forte cooperatione adiuuante, & apparere, & rursus euanescere, densatum, & rarefactum. Cum enim sit aereum, quando coactum condẽsatum fuerit, fit uisibile, & rursus euanescit dispersione, & rarefactiõe. Ad hæc autem omnia dicet aliqs dubitans an humanæ sint animę, quæ per ꝑprios spiritus in sepulchris apparẽt, & nõ impostores aliqui dæmones, qui suapte natura facile possunt se in omnia mutare, propter eis annexum spiritale corpus, quod in quasuis figuras nullo negocio se potest transformare, quod quidem assidue uidentur facere. Quomodo autem uel ad aliquod tempus hic errauerint animæ? utrum sua sponte & electione, an non? Si enim electione, hinc nũquã migrauerit anima. Ad subterraneã enim iudicii loca fit migratio. Si autẽ citra electionem à prouidentia cogitur manere, quomodo eius augetur ad improbitatem facultas, & maiora, quã hic, potest? Sinautẽ, tãquã deposito hoc crassi corporis onere: oportebat potius ueluti põdere liberatam, &, quæ prope sunt, iudicii, & pœnarum loca ueluti prẽsentiscentem, modestiorem fieri. Nunc autem ea mala facit, quæ ne hic quidem facere poterat. Differit autem in primo quidem libro de iis, qui ante se de anima opinati sunt: eorũ.n. opiniones exponet, & quæ eis recte uisa sunt admittet: si quid autem de anima non recte existimarunt, redarguet. In secundo autem libro propriam de anima opinionem exponet, & de ea differet. Primum quidem cõmunius & crassius. Deinde seorsum de unoquoq; animali facultate. & in scdo quidem postq̃ de anima cõmuniter differuerit, differet seorsum, & de plantali seu uegetatiua aut naturali, & irrationali. In tertio autẽ de rationali. Meminit autem & in secundo de rationali, & in tertio de irrationali. Quẽadmodum autem solet in omnibus tractatibus naturalibus facere circa tractatuum finem, ut se attollat ad eas, quæ à rebus naturalibus separatæ sunt, causas, ita & hic facit. In physica enim ad finem cum de motu differeret, & principii causam quæreret, seipsum ad primam causam, & motus principium eleuauit. Ait enim oportere primum mouens esse imobile. Si enim & illud moueretur, ne ea quidem, quæ mouentur, in motu manerent. Quare si sunt, quæ semper mouentur, necesse est id, quod ea mouet, esse immobile. Deinde cum prẽconiis & laudibus id extulisset, quod est incorporeum, & æternum, & omnipotens, à tali, inquit, principio dependet cœlum, & mundus. Oportet enim pfectum physiologum, postq̃ naturales causas tradiderit, etiam ad separatas ascendere, & nõ in eis manere. Sic etiã fecit in libro de Generatiõe & corruptione.

FINIS PROOEMII.



IOANNIS ALEXANDREI PHILOPONI IN LIBRVM PRIMVM DE ANIMA ARISTOTELIS BREVES ANNOTATIONES EX DISSERTATIONIBVS AMMONII HERMÆI CVM QVIBVSDAM PROPRIIS MEDITATIONIBVS.

Matthæo à Boue Veronenſi Interprete.

Cum cognitiones rem bonam, atq; honorificam eſſe exiſtimemus:



CONTEMPLATIONIS, quę fit circa animam, laudes & exhortationem in huiuſce rei cognitionem procemium continet: immo exhortationē ad ea, quæ bona, & ſtudio digna ſunt in huiuſcemodi contemplatione, diſſuaſionē uero earum, quę hiſce contraria ſunt, etenim duobus propoſitis procemiis, per unum uidetur hortari, per alterum uero diſſuadere. Cum enim dixerit bonam eſſe, atq; pretioſam cognitionem, & honorificentiſſimam, & maxima diligentia dignā de anima contemplationem: uidetur ad hanc ipſam omnes homines exhortari, rurſus autem cum dicat uſquequaq; difficillimum eē de ipſa aliquam ſuſcipere fidem, diſſuadere uidet, quaſi per hęc duo demonſtret ſe ſtudioſos hortari ſolos ad orationes de contemplatione animæ, poſt autem laudem, atq; cohortationē cauſam profert: quare ſcilicet contemplatio de anima ſit adeo difficilis. Deinde quędā problemata in ſermone de anima quærenda exponit. Alexāder igitur (ut ait Plutarchus) cum ſuas uellet exponere ſententias, atq; Ariſtotelis in utilitatem ſuam decreta contrahere, tractatū hunc ipſum cōmentari finxit. ex procemiis igitur ſuam ipſius ſententiam contortam demōſtrans, ipſum procemium peruerſo ordine narrauit, inquit enim dictum eſſe imperfecte, nam ſic cum cognitionē rem bonam & honorificam eſſe exiſtimemus, quid ita exiſtimemus? dicit id ſcilicet ſubaudiēdum eſſe eam eſſe bonam, atq; honorificam. Sic Alexander quidem. Attici autem interpretes quod naturæ per ſe magis conſentaneum eſt. illud expoſuerunt, nāq; dicit cognitionem, bonam, atq; honorificam exiſtimamus: hæc autem conſuetudo eſt Ariſtotelis, ut laudibus ipſam cognitionē extollat. Quare & in metaphyſicis hoc modo exordium cœpit, oēs hoīes naturaliter cognoſcere deſiderant. Signum uero eſt ipſa ſenſuum dilectio. Sed eſt operępretium quærere quid ita cognitionem bonam, atq; honorificam dicat. utrum cognitio omnis, atq; etiam malorum ſit bona? ſic equidem dico, quòd etiam malorum cognitio eſt bona & uere cognitio. Quemadmodum enim dicitur à Platone (& quidem bene dicitur) ipſius mali cognitio nos à malo ꝓfugere facit, ignorantia uero boni cauſa eſt, ut in malum incidamus. Quapropter & èconuerſo, ignorantia quidem mali incidere nos facit in malum, cognitio uero boni ad amplexum ſuipſius hominem præparat. Tribus autem modis cognitio dicit uel ſcientia dicitur cognitio, ut ait Plato in Phædone, nāq; ſcire idem eſt, quod acceptam ſcientiam tenere, & non amiſiſſe. & in Gorgia, uel rurſus uniuerſalem, & craſſiorem notionem, uelut ipſe ait in phyſicis. quoniam cognoſcere, & ſcire circa omnes ſcientias, per illud enim (quod ait) cognoſcere uniuerſalem notionē ſignificat, per hoc uero quod ſcire dicit: exquiſitam, uel cōmuniter in omni notione dictam, quam quoq; & hic, & in metaphyſicis accepit.

Cognitio oīs ē bona

Cognitio, tribus modis dr.

At alteram altera magis, vel quòd verior ſit, vel melior, & admirabilior: hiſce vtriſq; probabiliter in primis animæ hiſtoriam ponimus.

Tota aūt pœmii ſentētia ſic ſe habet. oēm (inquit) cognitionem bonam, atq; honore dignam eſſe

existimamus,at esse aliam alia digniorem,& honestiorem duabus de causis,uel quia subiectũ,circa
quod ipsa cognitio uersatur,sit melius,uel quod ipsa sit magis certa cognitio,uelut astronomia ip/
sa est exquisitior,ꝗ medicina,nãq; habet ipsum subiectũ magis dignum,hęc enim circa coelestia,illa
uero circa corpora humana uersatur.at etiam cognitione est exactior astronomia,quam medicina.
Quare ipsa astronomia certior est quã medicina per hæc utraq; subiectum scilicet,& genus cogni
tionis,item geometria per hęc ambo quã mechanica,exquisitior est,ideo,quod ipsa geometria circa
illud imaterialia est subiectum habet,ipsę enim per se figuræ incorporeę sunt,& sine magnitudine,
nãq; si circulus haberet magnitudinem,penitus quidem definitus esset, ut cubitalis, quod siquidẽ
esset,nõ esset circulus bicubitalis, aut tricubitalis, neq; alius quispræter magnitudinẽ cubitalem.
Quòd si quoddam eẽt corpus, definitum quidem penitus esset,ueluti si esset ex ære,non quidem
ferreus,aut ligneus esset circulus,neq; omnino quodpiam corpus aliud,præterꝗ æreum,quare pe/
nitus imateriale subiectum est in geometria,sed mechanicę corpora,& magnitudies subiectę sunt.
est igitur geometria exactior,quã mechanica,exactior inquã cognitione etiam, non enim peccatur
in geometria,nam semper omnis trianguli tres anguli duobus rectis sunt ęquales,non quidẽ cras/
siores uerum cum omni perfectione,nec tantula qdem breuitate differens,nãq; semp lateri diame/
ter est inæqualis.Mechanica uero non habet exactas rationes,ut illa quę circa corpora,& magnitu/
dines uersatur,quomodo & arithmetica,& musica se habent. Arithmetica enim siquidem circa ra/
tiones numerorum uersatur,subiectum,ut imateriale,habet pſtãtius,quã musica, quæ chordas,&
sonorum magnitudines circa corpus habet.quapropter arithmeticæ cognitio exquisitior est.Quo
niam igitur ipsa scientiarum optima est,quæ circa alterũ aliquod horum excellit,inq; ipsa aĩa hæc
utraq; contemplamur,ideo utrorũq; causa ait animæ contẽplationem esse bonam,atq; honorabilẽ,
honorabilis igitur est animæ contemplatio,quia se habet circa animam ipsam,subiectu quidem ue/
nerandum,quod est eorum,quæ sunt hic,optimum, præterea ut exactior cõtemplatio de anima,
est honorificentior,at quomodo illa sit exactior sic didicimus. in demõstratiua scientia nobis duas
regulas Aristoteles tradit,quatenus id quod exactius est,iudicare oporteat,inquit enim si duæ sint
scientiæ,uelisq; cognoscere utra earum sit exactior,duabus de partibus illud nosces.quando enim
altera alterius principia demonstrat,ea quæ principia demonstrat,exactior est, ut inquisitio rerum
naturaliũ certior est, quã medicina,ea enim principia medicinæ demonstrat.item geometria est ma
gis exacta quã mechanica, mechanicæ enim principia geometria declarat. arithmetica item plenior
est harmonica,principia nãq; harmonices ostenduntur in arithmetica. Vniuersaliter autem prima
philosophia , nam principia omnium ipsa demonstrat . Rursus ait eam esse certiorem scientiam,
quæ circa imaterialia subiectum habet. Veluti geometria,arithmetica,Theologia Quare ait in me/
taphysicis cognobilium contemplationẽ facilem esse,atq; difficilem,facilem quidẽ,quod sit è rebus
existentibus,quæ semper eodem modo se habẽt.clarissima nãq; diuina sunt, ut imutabilia prorsus
substantia,potẽtia,& actione,ob eas igitur res facilis est, difficilis autem propter nostram imbecilli/
tatem,non enim cum simus in corpore perturbationibus obnoxii in illorum lumen intueri possu
mus,quod etiam uespertiliones patiũtur,sole enim maxime lucescente propter oculorum infirmi/
tatem radios ipsius perspicere nequeũt.unde illis lumẽ astrorum splẽdidius esse uideretur,quod
ipsis magis cõmensuratum esset,hoc igitur modo in nobis quoq; intelligibilium contmplatio con
ueniret,quoniam igitur quæ circa imateriale subiectum uersatur scientia,uel quæ aliarum princi/
pia demonstrat,ea est exquisitior,utrum ne de anima contẽplatio est exactior,uidelicet quod ima/
teriale subiectum habeat .non enim demõstrat aliarũ principia? quod si penitus materia caret,atq;
est imortalis anima:quare hunc ipsum locum Alexander corrumpit? extrinsecus enim eam per ad/
ditionem innasci asserit,at alia magis quã alia,uel quia certior,uel quod ex melioribus,& admirabi
lioribus sit,ut non hunc interpretando locum sit coactus exquisitionẽ dicere de anima contempla
tionem,ueluti subiectũ imateriale habentẽ ipsam animã iuxta ipsius Aristotelis regulas. nam si id
concesserit animam esse à materia remotam,illud quoq; ut cõcedat necesse est, animam scilicet esse
imortalem, ex melioribus autẽ, & admirabilioribus, illud enim quod scilicet sit ex melioribus, est
ex rei natura,hoc uero,ex nostro iudicio est,quod est admirabilius. His utrisq; probabiliter in pri
mis animę historiam ponimus.His utrisq; Alexander ait,quia bona,& honorabilis est,utpote locũ
sanum corrumpens.Dicit autem hisce utrisq;,tum propter contẽplationis certitudinem,tum pro
Historia pter subiecti nobilitatem.historiã uero pro notione posuit,historicos enim scientes dicimus.in pri/
mis ponimus.nõ dixit in maxime primis,at in primis,maxime enim prima est intelligibiliũ contem/
platio,quæ penitus tum substantia,tum potentia, tum actione imutabilia sunt.de anima autẽ con/
templatio

templatio secunda est, quoniam licet imutabilem substãtiam teneat, actionem tamẽ non ita habet. Quare imortalibus ipsam æquiuocam Plato dixit. unde illud est ꝓprie imortale, quod per omnia est immutabile, ipsa autem quia pro actione mutatur, propterea æquiuoca est immortalibus, quomodo etiam cœlestia cum immortalibus æquiuoca diceres, ipsa enim si non substantia, at loco mutantur, in primis igitur scilicet eorum, quæ post eam sunt. namq; post intelligibilia ordinem primum tenet. Immortale proprie

Videtur autem & ad veritatem omnem cognitio ipsius magna conferre.

Et ipsa quidem (inquit) per se animæ cognitio admirabilis quædam est, atq; honorifica. Deinde ait & hoc ad omnem ueritatem conferre, uidelicet ad omnem philosophiam, nãq; idẽ dicimus ueritatem, & phiam. Quoniam & uere sapientia Veritas est, in ipsa enim nihil est mẽdax. Quare si cõfert ad omnem phiam, illud etiam patet eam conferre ad moralem, ad Theologicam, & ad naturalem, ad moralem igitur confert, id enim nullo modo fieri potest, ut nos humanis moribus adornemur, nisi prius animæ potentias considerauerimus, disputat autem moralis quoq; de anima, propterea & ipse in moralibus inquit. Si quidem enim uirtus est animę ornamẽtum, ornamẽtum uero modestia est animæ potẽtiarum. has ipsas ordinare nõ potest is, qui non ipsarũ naturam considerauerit. at etiã confert ad Theologiam. Quoniam quęrimus de intellectu separabili, qui in nobis est, quod & ipse est imortalis, nãq; intellectus intelligibilium est intellectus, eorũ uero, quę sunt ad aliquid aliam spẽm, & reliquam intelliget, id. s. apertum est quod nostri cõtemplatio itellectus magna quoq; ad Theologiam confert, unde & ipse in tractatu de partibus aialium dicebat, haud esse naturali Pho de omni anima disputãdum, nãq; si de omni, de intellectu quoq; disputet necesse est, quòd si de intellectu, de intelligibilibus quoq; disputabit, intellectus enim est intelligibilium intellectus, hoc autẽ ad ipsam Theologiam, primãq; philosophiam pertinet. Iuuat etiam nos animæ cognitio ad ipsam naturalem philosophiam, siqdẽ naturalis est opus de corporibus disputare, deq; speciebus ipsorũ, atq; potentiis, anima uero inter spẽs corporum est optima. Veritas Phia

Maxime vero ad naturam.

Hoc maxime uero ad naturam apposuit, nãq; collatum aliud est ab eo, cui confertur, in morali igitur tractatu, atq; in Theologia non confert, at inde propositi contemplatio, de anima contemplatio est: de deo enim differens ad intelligentias, atq; diuina conuertitur, quiq; sunt ibi, inquit ordines, conuersa autem ad intelligibilia, ad seipsam quoq; conuertitur, deq; substantia sua atq; ordine disputat, intelligibiliũ enim atq; diuinorum anima est ultima. Preterea de moribus uerba faciẽs, ordinesq; uirtutum contemplans, de suis ipsa disputabit potentiis, quarum sunt ipsę uirtutes in tractatu autem naturali confert, alia nãq; natura est, & alia anima. quo igitur cõferet: subintulit.

Est enim velut animalium principium.

Principiũ & ut efficiẽs, & ut formale, & ut finale, ꝓprie enĩ sunt ipsa principia, est ipsa igitur uelut efficiẽs principiũ, sola nãq; uoluntate mouet ipsa aial, neq; alicuius indiget motu, formale uero quia ipsa informat animal, & simpliciter animata, dicuntur enim animatę formæ illud ipsum esse scdm animam, quod enim in unoquoq; naturalium melius est (ut ipse dicit Aristo.) uniuscuiusq; est forma, quod autem in animatis melius est, ipsa est anima. finale uero, quoniã eius causa est corpus, alicuius enim gratia est corpus, ipsa autẽ sui gratia est. unde & apparatus aialiũ uarius est pro uniuscuiusq; aiæ proprietate. aliter hoium, aliter uolatiliũ, aliter terrestrium, & aliter aquatiliũ se habet apparatus, & in unoquoq; horum multa profunditas instructæ rei ad potentiam, quæ animam continet, aliter sunt ea, quæ pro ira designantur, aliter quæ pro cupiditate, de quibus dicere non est præsentis temporis. apposuit autem/uelut quia principium continuum animalium, natura est, non anima.

Inquirimus autem contemplari, & cognoscere naturãq; ipsius, atq; substantiam.

Contemplari quidem significat uniuersalius aggredi sermones de anima, cognoscere autẽ, scrutari diligenter, dicimur autem contemplari aliquid, cũ simpliciter illi incumbimus, cognoscere uero ipsum: quando ea, quæcũq; insunt illi didicimus, naturam autem atq; substantiam, ex utraq; uidelicet idem est sentiendum, ut primi uocabuli sit expositiuum scdm, naturam dico pro substã Contemplari Cognoscere

ipsa sit obscurior, uelut ipse inferius exponit.

Etenim cum sit hæc quæstio multis quoq; alijs cōmunis.

In multis inquit rebus cōmunis de diffinitione est quæstio. multis autem dixit, quoniam nō fieri illud potest: ut omnium diffinitiones reddantur: neq; enim generalissima diffiniuntur, neq; indiuidua, uerum per descriptionem hęc ipsa significamus: Vniuersalissima quidem per ea, quę per se propria sunt, indiuidua uero per ea, quæ priuatim acciderunt.

Dico autem de eo, quod est circa substantiam, & de eo, quod quid est.

Quoniam substantiæ nomē multa significat, nāq; & genus, & materiam, & diffinitionem, & aliquando omnem existentiam significat, ꝓpterea postq̄ dixit de eo, quod est circa substantiā, hoc addidit dicens, & de eo quod quid est, ut diffinitionem significet.

Videbitur autem fortasse cuipiam quædā esse vna methodus in omnibus. de quibus volumus substantiam cognoscere: quemadmodum quoq; in proprijs secundum accidens demonstratio est. Quare hæc ipsa quærenda est.

Aliud est accidens, & aliud secundum accidens. accidēs quidem est ex opposito diuisum ad substantiam, quod per se non substitit, neq; secundum substantiā existit in rebus, at ipsis extrinsecus accidit, ueluti nigrum, aut album corporibus: secundum accidens uero est, quod ex necessitate substātiis adest, quemadmodū propositionibus accidere conclusionem dicimus, non quod acciderit propositionibus conclusio: uerum quòd ꝓpositiones ipsas necessario cōsequitur. ferimus autem nomē accidētis in talibus, propterea quod aliis quibusdā accidit, & si ex necessitate quoq; ut hæc sint, accidens autem proprie non id sequitur ut hæc sint, potest igitur, & coruus albus intellectione formari. dicit igitur hic secūdum accidens propria primo, & per se existētia rebus, quæ & coaccipiunt, & coaccipiuntur. Velut homini, ut sit animal scientiæ capax, & omni trigono ut tres angulos duobus rectis æquales habeat, uel duo latera reliquo maiora, hæc autem primo & per se rebus inesse dicuntur: primo quidem, quia ipsis solis subest, & nulli alii: per se aūt, quia secundum substantiam. Quare etiam conuertūtur, si nāq; est homo, est quoq; scientiæ capax, & è cōuerso: & si trigonus est, necessario quoq; tres anguli duobus rectis sunt ęquales, & duo latera reliqu maiora, &o ècōuerso. hæc igitur ipse secundū accidens propria uocauit, est igitur hoc primo, & per per se: per se autē est, quod secundum substantiā est, non autem si quid est per se, hoc etiam primo est, magis enim quod per se est, quā quod primo. animal enim homini per se quidem adest, non autem primo. Quare & si non sit homo, animal tamē est, ideo nō primo subest homini. Similiter quoq; figura trigono per se quidem inest, non quidem primo, & si enim non sit trigonus, figura tamen est. uerum quid ego figuram dico? at neq; rectilineus primo subest trigono, cum quidem per se sit, est enim rectilineus, & si trigonus non sit. hæc igitur (inquit) per se propria primo existentia, quę rei neq; soli, neq; omni, neq; semper adsunt, & per se, quare & cōuertuntur ad rem. De iis in demonstratiuis inquit, quod horum solum demonstratio est, nō autem accidentium, neq; eorum, quæ per se quidē, non autem primo sunt, & hoc merito, ex quo enim demonstratio scientia est, & scientia à peccato imunis, & cōgruens circa ea, quę semper eadem sunt, & eodem modo se habent, propterea non esse illud potest, ut accidentiū sit demonstratio, quæ quidē accidentia alias aliter se habent, & fiunt, & corrūpuntur. Rursus demonstratio est eorum, de quibus dubitatur, quæ autem per se sunt, & non primo, ea ut plurimum sunt indubitata, uelut animal homini, & figura trigono, quorū neq; proprie demonstratio est. demonstrat igitur in illis neq; generalissimorū generum esse demōstrationem, quoniā neq; definitio, sed illa per descriptionē significamus. omnis enim proprie demonstratio est, quę de causis causatorum fidem facit, de uniuersalibus magis particularia. uelut unde homo substantia, demonstramus per animal medium, nāq; omne animal substātia est, & causa quod homo sit, substantia ea est, quod omne animal substantia est. hoc autē uniuersalius est, quod enim sit omne animal substātia, magis est, quàm qđ homo sit animal. Rursus quia trigonus est, ideo tres angulos duobus rectis æquales habet. & rursus quoniā trigonus est, duo latera reliquo habet maiora. nō autem trigonus est propterea, quod angulos tres duobus rectis æquales habeat. hæc ipsa igitur proprie demonstratio est. At etiam coniecturalis dicitur demonstratio, quæ de causatis causarū fidem facit, quēadmodum ipse in libro de coelo fecit, qui de luminibus lunę, sphæricam esse lunā demonstrauit: & qui

dem conueniebat è conuerso demonstrare eam esse sphæricam, propterea quod eo modo splendet, hac igitur demōstratione usi sumus, ubi causarum manifestius est, quá causa. Dico auté rotundam esse eam quoniam id quidem scimus, quod in mense bis quidem fit falcata, quando scilicet à coniunctione digredit, & quádo coitura progreditur, bis semiplena, bis utrinq; gibbosa, & semel plena quod alia de causa nō fit, nisi quia luna ipsa rotunda est, si nāq; esset discus, statim & cumulate aut illuminanda, aut non illumináda esset núc aút quoniam Sol superior est, quádo quidem sit Lunæ ex diametro oppositus, nos quoniá medii sumus, totum quod ad nos hemisphærium spectat, cui quoq; sol obiicitur, illuminatū uidemus, cum uero ꝓpius accedat semper eius partis, quæ uergit ad nos, lumen īminuit, additq; parti illi, q̄ super nos est (ut enim dixi. Luna superior est Sol) & hoc modo paulatim donec per ipsam ad perpendiculū factus illi adeo, ut amplius amborum nō simus medii, sed ambo nobis ab uno latere sint, eam parté quidé, quæ spectet ad nos absq; lumine faciet, eam uero, quę sit supra nos, illuminabit. huius autem rei fidem accipere licet quoq; nobis hic apud nos, nam si quispiam sphæram magnam fecerit, atq; deinde leuerit alterum quidé hemisphæriū colore albo, alterū uero nigro, deinde in altum sphærá sustulerit, paulatimq; ipsam declinauerit, albo, si ita accidat, colore superius existenti: postea inclinata sphæra táquam tenuis umbella quædá facta uidebitur. deinde particulatim sphęra inclinata reliq̄ figurę, & albi hemisphęrii totius infra cōuersi finis, si multa sit altitudo, hemisphęrium dealbatum figura disci uidebitur. hęc igitur extra propositum. talem hanc autem demonstrationé cōiecturalem dicimus, si fumus hic est, igit & ignis, nāq; per fumum ignis coniecturá facimus, cōiectura autem signum est insolubile quemadmodū ipsius ignis est fumus, quod ipsa luna sphęrica est, quoniam sic illuminatur. Solubile aút non coniectura, sed signum dicitur, hoc autem est, quando non omnino causatum causa sequitur, ueluti pallida est, quia peperit, non igitur palliditatem partus sequitur, est ergo solubile hoc non argumentū, sed signum, uelut adesse corpori nuper occiso interfectionis est signū. Quare & ille dicit, eorum igitur quę secúdum accidens propria sunt, quæ diximus primū nos & esse per se, demonstratio est. Dubitauerit igitur quispiam dicit quod, horum tanq̄ sit una methodus demōstratiua, sic dicit, & in capienda uniuscuiusq; diffinitione est una quædam methodus, quod si & una est, id quærendū, qualis nam ea sit.

Quo'd si non est vna, & cōmunis quędā methodus circa quod quid est, id etiam ꝑtractare fit difficilius, oportebit enim circa unūquodq; quis nam sit modus, accipere.

Si quidem erat una, hoc solum habebat inquisitio, quidnam sit ipsa, quoniam uero plures una sunt, plura sunt inde quæsita, & quot numero, & quales specie, & quali sit pro rerū qualitate utendum. hoc enim oportebit circa unumquodq; quisnam sit modus, accipere, illud significat, q̄li methodo pro rerum qualitate sit utendum.

Quando autem manifestum sit an demonstratio, an diuisio, an alia quædam sit methodus, multas insuper dubitationes, multosq; errores habet ex his.

Hoc uelut in suppositione dicit, postq̄ inquit omnia, quæ enumerata sunt, inuenerimus, quádo uidelicet nobis erit apertum, hanc esse methodum, per quam diffinitiones inueniamus, uerbi gratia, aut demonstratiuam, aut diuisiuam, aut indicatiuam, alia rursus nō minor dictis dubitatio succedit, qualis autem sit illa subinfert.

Ex *quibus oportet quęrere, aliorum nāq; sunt alia principia, veluti numerorū, atq; superficierum.*

Videlicet sub quale genus rem propositam reducemus, nāq; eorum, quæ sunt, nō unum genus est, at decem, & alia sub aliud genus referuntur, ut inquit numerorum, & superficierum, dicit igit horum principia numeri quidem, quantitatem diffinitam, superficiei uero, continuum, uel & ipsorum principia dicit, numeri quidem, unitatem, superficiei uero, uel lineam, uel punctum, punctus enim diductus lineam generat, linea uero flués superficiem producit, uerum ipsa qdem sunt principia composita, & ueluti ordinata, continuatione autem, & distinctione selecta, sæpenumero auté nobis ordinata principia in relationem diffinitionis obiiciuntur, uelut in numeris, dicimus enī numerum esse multitudinem ex unitatibus compositam. Quærimus igitur (inquit) sub quale genus id, quod propositum est, reducatur, multis enim genus dubitabile est, ut postq̄ inuenerimus, & in proprias differentias exceperimus, diffinitiones hoc modo reddamus.

Primum autem fortasse necessarium est aperire. in quonam genere sit ipsa anima, & quid sit, an scilicet sit, quod quid est & substantia, an qualitas, an quantitas, an aliud quoddam prædicamentorum, de quibus disserimus.

Postq̃ ipleuit ea, quæ communiter de diffinitionibus, quæ uidelicet de anima dubitantur, hinc incipit quoq; de iis, quæ in anima ad acceptionẽ definitiõis dubia sunt. oportet igitur inquit, & in anima quærere sub quale genus ipsam reducamus, de hac enim re multa dubitatio est, alii nãq; ipsam sub substãtiam reducunt, alii sub quãtitatem, quorum est & Xenocrates, animam enim numerum seipm mouentem dixit esse, numerus autem sub quãtitatem reducitur. siquidem hoc ipse dicebat, non aliud quiddam per hoc obscure loquebatur, alii uero ad qualitatem referebãt ipsam, de quorum numero sunt quoq; medici, temperamẽtum eam esse dicentes, huiusce quoq; opiniõis illi sint, qui entelechiam talem dicunt (discemus enim quomodo illam entelechiam dicat Arist.) Qui uero proportionem esse elemẽtorum eam dicũt, illi sub pdicamẽtum ad aliquid illam reducere uidentur, nãq; duplum, & sesquialterum sunt ad aliquid, nãq; duplum est alicuius duplũ. ambiguũ igitur est tãdem genus, at postq̃ nos inuenerimus eam esse substãtiam, rursum quærimus utrum corpus, an incorporeum. Quòd si corpus, simplex ne, an compositum, sed si incorporeum sit, utrũ separabile, an inseparabile, & utrum una in unoquoq; aĩa, an multæ. Quòd si una, aut unius speciei, aut multiplicis potentiæ, & quæ sit potẽtiarum differentia, quæ si multæ sint, utrum numero multæ, an specie quoq;, qd si specie, utrum quoq; genere, an non, q̃ enim specie differunt, non omnino genere quoq; sunt inter se differentia, uelut homo, & equus. quæ uero genere distant, ea necessario specie quoq; differũt, ut lapis, & animal. hæc igitur, & his plura ad animæ diffinitionẽ capiendam, quærenda sunt. primum autẽ fortasse necessarium est aperire, in quo nam genere sit, & qd est, uidelicet ex diuisione genus ipsius capere oportet, quod quidem genus prædicatur in eo quod quid est, hoc aũt in introductionibus didicimus, genera in eo, quod qd est pdicari, interrogati enim quid est homo, dicimus animal: & cuipiam interroganti quidnam palma sit, arborem esse respõdimus, oportet ergo ante omnia cognoscere quid sit anima, nam, quẽadmodum diuinus Plato dicit in Phædone, principium est unum, bene consulendi, scire oportet de quo nam sit cõsilium, uel tota errare uia necesse est. igitur cũ de anima quærimus, nisi prius didicerimus quid ipsa sit, utrũ substantia, an quantitas, uerum pro substãtia, si substantia sit, ut est, ipsam esse, aut quantitatem, aut q̃litatem, aut aliquod ex aliis prædicamẽtis necessario consequenter principio ea, quæ deinceps ordinantur cõcludentes, omnino pererrabimus alia pro aliis inquirẽtes. Aristoteles quoq; in physica inquit, quoniam cognoscere, & scire accidit circa omnes modos, quorũ principia sunt, uel causæ, uel elementa ex eo, quod ea ipsa cognoscimus, pinde, si ad rerum cognitionẽ principia cognoscere necesse est, alia autem sunt aliorum principia, quodnam sit animæ principium quærendum est, & eo magis, quo dubiosior aliis in anima principii inquisitio est.

At etiam vtrum sit eorũ, quæ in potentia sunt, an magis entelechia q̃dam, non enim parũ differt.

Semper per diuisionem pcedens, ueram diuisionis particulam capit, & hanc ipsam subdiuidit. postq̃ igitur dixit, an substantia sit, an quantitas, an qualitas, an ex aliis pdicamentis aliquod, alia quidem prætermisit, id autem accepit, quod substãtia sit, hanc quoq; deinceps & in corpus, & in incorporeum diuidit, cum enim uellet corpus, & incorporeum dicere, dixit utrum sit eorum, quę in potentia sunt, an magis entelechia quædam, per id quod dixit in potentia sunt, corpus inuens, per entelechiam uero, incorporeum, nãq; omne corpus uniuersaliter potentia est, qd autem potentia est, uel est scdm substantiam, uel scdm aut quantitatem, aut qualitatem, aut in locum trãsmutationẽ, igitur in generatione, & corruptione omnia corpora per omnia, ex eo quod potentia est, significata, sunt in potentia, nãq; potentia sumus homines in spermate, & in menstruo, & cum pueri sumus, potentia habemus uiri magnitudinem. Similiter quoq; in qualitate, frigidi sumus potentia, cum tñ simus calidi, & potentia mouemur cũ sedeamus. Cœlestia autẽ in trãsmutatione scdm locum solum illud habent, qd potentia est, nãq; sol ex oriens in meridie potentia est, atq; ibi cum sit actu, potẽtia est in occasu, atq; in aliis cœlestibus eodem modo. Quoniam igitur in omnibus corporibus, quod potẽtia ẽ speculat, ppterea, per id qd dixit potẽtia demẽando corpus declarauit, at qd ita in corpore. struxit hoc, in potentia, in incorporeo uero nõ dixit in entelechia per ablatiuum casũm, uerum potius entelechia quædam per rectum: dico igitur q aliud est potentia, & aliud in potentia, item aliud entelechia, & aliud in entelechia, materia nãq; solum est potentia, omnia enim sunt potentia,

actu autem nihil,forma autem solum entelechia est,quod uero cōstat materia,& forma,id & in potentia & in entelechia est,hæc enim pariter concurrunt,quodq́; est in potentia,hoc idem quoq; est in entelechia,omnes enim formæ potentia sunt in materia,quę modo hoc,modo illud actu fit,nūc enim cum sit ea homo potētia,actu quādoq; fit homo,magis autem simul habet,& qđ actu,& qđ potentia est,quoniam autem materia nūquā forma nuda est,ea uero forma actu quidē est hoc aliquid,at aliud potentia,nāq; spermatis forma potentia est homo,qđ igitur in his potentia est, in illis uero actu,quodq́; in diuinis,& incorporeis non est aliquod potētia,quoniam neq; ibi materia, neq; propterea quicquā actu,non enim sunt actu hoc aliquid,uerū sunt ipsæ per se formæ agentes puræ sine materia,quare & in libro de interpr̄tatione inquit,eas esse sine potentia actiones, non aūt eas dixit actu esse:propterea distinguēs īmateriale,& incorporeū à materiali,& composito natura, hoc ait,utrum sit eorum,quæ in potentia sunt,uidelicet ea corpora sunt,quæ in potentia sunt hoc est in materia,uel entelechia quædam,scilicet forma quędam pura,& īmaterialis,differt autem nō parum,uidelicet non parum corpus,ab incorporeo distat.

Considerandum quoq; an partibilis sit, an impartibilis.

Nos possumus,quemadmodū quoq; Alexandro uidetur,hoc scilicet an partibilis sit, an impartibilis,accipere in potentiis animæ,nāq; illud quæri potest utrum multiplicis potentiæ sit,an impartibilis,illam enim ipsam dicit Democritus impartibilem,non autem esse multiplicis potētiæ,idem narrans esse noscere,quod sentire,atq; hæc ab una potentia procedere.Hunc locum sic interpretari quoq; possumus: utrum simpliciter anima una quædā sit in unoquoq;,an in diuersas animas diuidatur,quod in unoquoq; sint animæ plures,id autem patet,quòd unam possumus,& plures dicere,plures quidem,quòd inuicem specie differunt,uegetatiua,rationalis,& irrationalis,atq; etiam mutuo separantur.unam uero propter earum coniūctionē,& affectum cōmunem,etenim de rōne actiones trāseunt usq; ad uegetatiuam,& harum motus,& uitæ ferè sibi ipsis rationem simul disponunt,sic igitur una est,& non una.hoc autē modo pulchrius est enarrare illud partibilis,an impartibilis.utrum inquit una q̄dam est anima in omnibus animatis,an multæ.quòd si multæ, utrū specie differunt solum,an quoq; genere. dicerent autem unam esse eam,qui temperamentū dicūt, ad proprietatem nāq; temperamenti,quod in unoquoq; sit eam uariari,uelut unus aer cōmuniter undiq; inspirans secundū eam proprietatem,quæ est in unoquoq; animaliū.illi autem hanc faciunt sursumq́;,& deorsum,effectus causis meliores facientes,inanimatū nāq; corpus animę est causa,qđ uita caret,uitæ,imobile mobilis,irrationale rationalis,& quæcūq; sunt istiusmodi.

Et vtrum sit eiusdē speciei anima,an non.Quò d si non sit eiusdem speciei,vtrū specie differat an genere,nunc enim qui de anima dicunt,& quęrunt,humana de anima sola perscrutari videntur.

Consequens est,postq̄ propositum sit an una,an multæ sint,datūq́; multas esse,ut quæratur an sit eiusdem speciei anima,an non, hoc autem non ut ad animas in unoquoq; plures existentes dici potest,at simpliciter omni de anima,quæ sit in animatis,quod quidem magis credendum est,quæ enim dictio sequitur,hoc declarat,id enim dicit,qui de anima quæsiuerūt,de sola humana pscrutati sunt.Quare de omni anima ipsum loqui manifestū est,& hoc,partibilis nempe,an impartibilis, magis ad hoc excipiēdum est, ipsæ igitur(inquit)animę simpliciter in omnibus animatis an solum specie differunt,an quoq; genere?assumit enim rursus ex diuisione qđ uerum est,atq; concessum, scilicet eam specie differre,etenim nunc quidem dicit.Qui quærunt de anima,de humana scrutari uidentur.quidam uero dicunt,in quorum numero Alexander est,ipsum obscure loqui cōtra Platonem.Videtur enim Plato,& alibi frequenter quidem,maxime autem in Timæo de aīa quoq; irrationali differuisse.fortasse igitur in physicos,in Democritum,& in alios obscure loquitur. At habemus etiam super his,quod respondendum sit,illi enim dicerent in humana anima omnem animalem potentiam contemplamur,de humana igitur aīa differentes,de omni qdē disputamus.

Cauendum est autem ne nos lateat,utrū sit eius una ratio,uelut animalis,an alia sit uniuscuiusq;, vt equi,canis,hominis,dei.

Cum dixerit,utrum eiusdem generis animæ sint,an diuersi,rursus hic de genere ipsarum dicit, si quidem genus est,oportere cautos esse,& quærere utrū de omni anima diffinitio una reddi possit,an nō.Vna autem redderetur diffinitio,si cōmune genus haberet,uelut animalis,cum sit genus

equi,

equi,hominis,& reliquarum ſpecierum,diffinitio redditur una,ſubſtantia animatã ſenſitiua;quæ diffinitio animalibus propter cõmune genus conuenit,quòd ſi nõ habeant unum cõmune genus, non quidem diffinitio una reddatur ipſarum,non habent autem,quomodo?hoc quidem prius,illud uero poſterius natura in illis eſt,in quibus autem prius & poſterius eſt,horum cõmuniter ꝓdicatum non eſt genus,prius autem natura eſt id,quo ſublato tolluntur alia,non autem illud,quo ſublato,reſtant alia,& illud quod infertur,non autem qđ infert.eſt igitur in animis prius,& poſterius natura,ubi nãq; rationalis eſt,ibi quoq; irratiõalis,& uegetatiua,atq; ubi irratiõalis,ibi quoq; uegetatiua eſt,at ubi uegetatiua eſt,ibi non ſunt reliquæ,neq; ubi irrationalis,ibi rõnalis eſt,& ſublata uegetatiua ſuſtulit quoq; reliquas è ſubiecto.Quare in ipſis eſt & prius,& poſterius natura. prior enim uegetatiua eſt,non dignitate,ſed quòd aliæ ſine ipſa eſſe non poſſunt,& eodem modo rationali irrationalis prior eſt.quòd ſi prius,& poſterius in ipſis eſt,nõ eſt igitur harum cõmuniter prædicatum genus,uidelicet anima,ſed ipſa eſt uox æquiuoca,uelut ea,quæ ab uno,& ad unũ. Quare neq; ipſarum ſit una diffinitio,quoniam neq; ullius eſt æquiuocorum,ſed animarum diffinitiones diuerſę ſunt,ut hois,& canis,& equi uarię dant̃ diffõnes,unde & ipſe de aïa quãdã cõem redditurus rõnem,non per diffinitionẽ, uerum ex conuenientia quadam, quemadmodũ uidebimus,loquutus eſt, ſiqdẽ cõe quoddã in omni aïa dicere oportet,qa.ſ.diffinitio cõis haud eſt.

Animal autem uniuerſale aut nihil eſt,aut poſterius,& ſimiliter ſiqd aliud cõmune ꝓdicatur.

Putauerunt aliqui de ideis ipſum obſcure loquentem hoc dicere contra Platonem,at hoc non ita ſe habet,etenim quoq; ipſi uidentur eſſe genera & ſpecies,quæ ante multa ſunt,in metaphyſicis igitur (inquit)qđ,quemadmodum duplex eſt ordo,alter in exercitu,alter in militibus,& ex ordine exercitus,fit ordo militum:duplex quoq; ſanitas,altera in medico,altera autem in ſano corpore,& ea,quæ in medico eſt,eam facit,quæ eſt in corpore,eodem quoq; modo in mundo,qui eſt ordo:ex ordine opificis factus eſt.Quare & ipſe rationes abſtractas rerum cognouit,in hoc etiam tractatu(inquit,)eſt aũt ĩtellectus in actu res.euge & hi,qui aïam ſpecierum locum dixerunt, hoc idẽ dixerunt,in metaphyſicis quoq; de intellectu diuino rurſum differens ait.omnium ſpecies in ipſo eſſe.dicit igit̃ quòd ſe ipſum uidens,res uidet,cũq; res ipſas uideat,ſe ipm̃ uidet,& alia ĩfinita eiuſdem ſentẽtiæ,quæ ex ipſius auctoritate poſſemus afferre in medium.Quapropter hic ſermo non de ſpeciebus eſt,quæ fuerunt ante multa,uerum de poſterioribus generibus,ideo non ſimpliciter dixit animal nihil eſſe,ſed appoſuit uniuerſale,qa ſcilicet animal ut ſubſtantia eſt,& diffiniri poteſt. Vniuerſale autem animal nõ eſt in ſubſtantia,non eſt enim ſimpliciter uniuerſale animal,quod aliquid particularium nõ eſt,quare ut uniuerſale,& ut genus aliquod animal uel nihil eſt,uel poſterius,hoc eſt intelligibile.habet enim ſubſiſtẽtiam dum intelligit̃,ut enim per ſe ſubſiſtens nihil eſt, & hominem diffiniens,& equum,non inquãtum cõmune eſt in multis uiſum indiuiduis ipm̃ diffinit,at inquãtum natura q̃dam eſt,& ſubſtantia,horum nãq; multitudo ꝓpter materiam,non propter ſpeciem eſt,id etiam patet qđ animal,& homo diffiniuntur inquãtum ſubſtantia eſt,non autẽ inquãtum de pluribus prædicantur.Etenim ſi unus fuerit homo/ ẽt diffinitio hominis ꝯgruit.Similiter amplius animalis.Sic quidem Alexãder.Ariſtoteles autem,quoniam mentionem fecit animalis inquiens,omnis animæ nõne eſt una diffinitio,uelut animalis?ideo id appoſuit,quod ut uniuerſale,uel nullum eſt animal,uel poſterius.Si igitur omnino diffinitionem animalis uult eſſe,diffinitiones autem generum,quæ ſunt ante multa,nõ ſunt,non enim fieri id poteſt ut illa uideant rationes rerum productrices cum ſunt,diffinimus autem ĩtelligibilia,nãq; eam diffinimus intelligẽtiam,quam de rebus habemus,ea autem ſunt poſteriora genera,bene ergo diximus hæc eſſe dicta de generibus poſterioribus.

Ad hoc ſi non multæ ſunt animæ, ſed partes,utrum prius oporteat quærere animam totam,an partes?difficile autem,& harum determinare quales aptæ natæ ſint alteræ abinuicem eſſe ,& utrũ partes oporteat quærere primum, an ipſarum opera uelut intelligere,an intellectum,& ſentire,an ſenſitiuũ? ſimiliter quoq;,& in aliis.q̃ ſi prius opera,rurſus quiſpiã dubitabit,& ſi quæ, ſunt prius inquirendũ ſit,uelut ſenſibilę priuſquã ſenſitiuũ,& intelligibile priuſq̃ intellectiuũ.

Poſtq̃ dixit utrum una,an multæ,quodq; ſi multæ,utrum ſpecie ſolũ,an quoq; genere ſint alteræ,nunc alteram partem diuiſionis exquirit.Si enim (inquit) non animæ multæ,ſed partes. Hoc

autem non multæ, rursus dupliciter interpretabimur cum superiore, uel enim in unoquoq; nostrũ, & etiam simpliciter animatorum non multæ animæ, ut in homine uegetatiua, irrationalis, & rationalis, & harum partes, sed una quidem est anima, partes autem eius sunt hę, uidelicet diuersę potẽtiæ, uel quod simpliciter anima non diuiditur ut genus, in species multas animarũ in rationem, in iram, in cupiditatem, & reliquas, uelut unumquodq; horum sit anima, quod quidem supra dixit utrum separabilis, an inseparabilis, genus enim diuiditur in species. quare in unoquoq; animatorũ non anima, sed pars est. uel partes animæ, animæ inquã simpliciter, quæ tota est, non genus. igitur inquit si non multæ animæ, sed animarum sunt partes, potẽtię scilicet multæ sunt, siue hoc modo, siue illo acceperis. Rursus inquit multas habet oratio dubitationes. id enim quęrendũ est, unde incipiendũ sit, à doctrina, an à contẽplatione, utrum à partibus, an à toto, utrũq; enim rationabile esse uidetur. nãq; putabit quispiam oportere incipere à toto, tanq̃ a manifestiore, partibus enim totum manifestius est. è conuerso putabit hoc oportere magis incipere à ptibus, tanq̃ simplicioribus, oportet enim eum, qui cogniturus est aliquod compositum, cognitionem prius habere eorum, de quibus compositum est. iterum quoniam potentiæ habẽt opera quædã, uidelicet operationes, omnis, nãq; operatio ex potẽtia est, illud quærendũ an ex operationibus incipiendũ sit primum, an ab ipsis potentiis. ex quo igitur substantiæ rerum sunt incertę, certæ aũt sunt operationes, ppterea oportet à manifestis incipere. nãq; ex operationibus habitus, cum sint habitus incerti, cum aũt didicerimus habitus, quod idem est ac si diceremus potẽtias, ex ipsis quoq; substãtias ponderamus, omnis enim potentia est ex substantia, & omnis operatio ex potẽtia. At postq̃ (inquit) hoc quoq; à nobis erit inuentum oportere ex operationibus incipere: Quoniam sunt ad aliquid operationes, ueluti intellectio intelligibilis & sensus sensibilis, & imaginatio imaginabilis, & cogitatio cogitabilis, & reliq̃ similiter, hæc autem ad aliquid, oportet autem sciẽtem ea, quæ sunt ad aliqd, illud quoq; scire ad quod ea sunt, necesse est inquit iterum quęrere utrum oporteat ex operationibus incipere, an ex iis, circa quæ operantur, & quoniã manifestiora sunt operationibus ea, circa q̃ operantur, manifestius enim id quod sentitur, quam sensus, & quod opinamur, quam opinio, & eodem modo reliqua, ex his igitur incipiendum, differt autem solum in intellectu & in intelligibili, hic enim intelligibile est incertius ĩtellectu, nãq; noster ẽ ĩtellectus, intelligibile uero est supra nos. hoc igit̃ oportet eũ, qui intelligibilia cognoscere uult, scire prius quidnam sit intellectus. Sic igitur & Aristoteles in hoc solo facit, prius de intellectu, postea de intelligibilibus docẽs. Difficile autem est & in his diffinire qualia apta nata sint abinuicem esse diuersa, nãq; illud incertum est an sensus, & imaginatio sit idem, an alterum, uel imaginatiuũ, & locale motiuum, & in reliquis similiter, atq; utrum partes oporteat quęrere prius, an opera ipsarum, partes enim potẽtias ipsas, opera autem ipsarum, operationes ipsas, ut intelligere, an intellectum, intellectũ quidem potentiã, intelligere uero operationẽ, & sentire, an sensitiuum, sentire rursus operationem, sensitiuũ autem ipsam potentiam, similiter & in aliis uidelicet potentiis & opationibus in intellectu, & intelligibili, & in opinione, & opinabili, & in reliqs. Quòd si opera, prius rursus quispiam dubitarit an opposita horũ prius, an opera quærendũ sit, hoc est an operationes, opposita aũt dicimus operationibus, sensibile sensui, & reliqua similiter, opponunt̃ aũt hæc, uelut ad aliqd, sensus enim sensibilis est sensus, & sensibile sensitiui, & intelligibile intellectiui, dicere oportebat sensibile sensus, & intelligibile intellectionis, hęc enim sunt operationũ significatiua, Verum per abusum dixit intellectiui, & sensitiui, quæ quidem sunt potentiarũ significatiua.

Videtur autem non solum quid est cognoscere vtile esse ad contemplandum causas eorum, quæ substantijs accidunt.

Postq̃ exposuit eas, quę debebãt quæri ppositiones, & cõmuniter in omni diffinitione, & priuatim in ea, quæ ad animam pertinet, iam nobis uult ipse per hæc methodũ quãdam, atq; facultatem inuentionis diffinitionum tradere. est autem methodus hæc, non solum inquit rerum diffintio nobis confert ad cognoscendũ substantialiter existentia in rebus, ueluti cum dicimus animã substantiam per se mobilem, per hoc enim concludimus quòd & immortalis, & quòd per se subsistẽs est: animæ ĩmortalitatem dabimus ex diffinitione, & rursus cum cognouerimus quid est trigonus, inuenimus ex hoc qđ habet reliquo duo latera maiora, quodq́; tres angulos duobus rectis ęquales tenet, non solum igitur inquit in cognitionẽ eorũ, q̃ per se inexistunt rebus, conferunt nobis diffinitiones, at aliquando quoq; è conuerso ad cognoscẽdũ, quæ nam sit ppositæ rei diffinitio, confert nobis sæpenumero cognitio eorũ, quæ p se, & primo rebus inexistũt, hæc enĩ dicit accĩtia hic, ut

quoq; superius diximus. At si hoc est, uidebitur esse mutua demonstratio, nãq; si per diffinitiones accidentia cognoscimus, & per hęc è conuerso diffinitiones, mutua est demõstratio. dico igič quòd non est mutua, non enim de eisdẽ accidentibus utraq; dicit, sed altera quidẽ, quæ per diffinitiones cognoscimus, & altera rursus, per quæ in diffinitiones facultatẽ habebimus, hæc enim manifesta, & ex euidentia sumpta accidentia conferunt nobis in diffinitiones nõdũ cognitas. diffinitiones autem in acceptionem non manifestorũ ex euidentia accidentium, quẽadmodum frequenter & ipse fecit uolens diffinitionem loci reddere, quoniã hæc erat incerta, accipiamus (iquit) prius quasi arbitrato rem reduci diffinitionis ea, quæ secundũ cõmunem intelligentiam insunt loco, uelut quod in loco est continere, hoc illi esse æquale, & quæcũq; alia ibi cõnumerauit. & cũ dicit si reddita diffinitio eiusmodi fuerit, omnibus secundũ cõmunẽ intelligentiam loco inexistẽtibus conueniat ut integra erit; quod fit non, nequaq̃. Sic aũt & in infinito, & i uacuo, & in tẽpore: sic etiam in sublimibus causam q̃rens grandinis, q̃siuit ea q̃ cõiter illi, inesse concessa sunt. q̃ qdẽ in autumno aut in uere fieri solent, & in hieme in locis tepidioribus, postea inqt talem de ipsa reddamus cãm, q̃ omnibus his cõueniat, sic igitur inquit & nunc, quoniã quærimus animę diffinitionem, ipsa autẽ certa non est, accipiamus ea, quæ ex euidentia per se animam primum cõsequũtur, ut ex his uiam faciamus in acceptionem diffinitionis ipsius, uelut imaginatiuũ, locale motiuũ, uitæ factiuum, & quæcũq; similia, quę ꝓpria sunt animæ, quare post exitum ipsius non operatur hęc, atq; talia corpus.

Quemadmodũ in mathematicis, vt quid rectum, & quid curuũ, vel quid linea, & superficies, ad cognoscendum quot rectis ipsius trianguli anguli sunt æquales. Sed ẽ conuerso accidentia conferũt magnam partem ad cognoscendum quod quid est.

Hoc exemplum est huius, quòd ex diffinitionibus inueniemus ea, quæ per se insunt rebus, nãq; in mathematicis est utplurimum necessarium ex diffinitionibus consequentia cognoscere, quoniã in iis nõ possumus à sensu quicquã accipere eorum, quæ illis insunt, at prius oportet scire quid sit trigonus, postea sic ex hoc syllogizare quid ipsi consequens est, per exemplum autem declarauit se nunc accidentia dicere, quæ ꝑ se primo sunt. Trigono nãq; primo, & per se hoc inest, ut habeat tres angulos duobus rectis ęquales, soli enim, & omni trigono hoc inest. in cognitionem horum igitur (inquit) confert scire quidnam linea sit, uel quid superficies, uel rectum, uel curuum, hæc autẽ exẽpli gratia, uelut in suppositione dixit. non quòd, uel hæc omnia, uel solum cõferãt ad discẽdũ duobus rectis esse æquales tres angulos, neq; enim diffinitio curui, neq; superficiei nihil quicquam cõfert, oportet autem, & aliorum quorũdam diffinitiones assumere, in his igitur ad acceptionem accidentium assumptione diffinitionis opus est, quoniam nihil ex euidẽtia de illis dicere possumus, aliquando autem in aliis rebus ad acceptionem diffinitionis accidẽtium cognitiõe opus est, quemadmodum in loco, & tempore, & uacuo, & infinito, & nunc in anima, quoniam diffinitio non certa est, hæc autem ex sensu manifesta sunt.

Cum enim habeamus reddere per imaginationẽ de accidentibus, vel omnibus, vel pluribus, tunc quoq; de substantia habebimus aliquid quamoptime dicere.

Imaginationem (inqt) scilicet planiorem cognitionem, uidelicet apparentia, & manifesta, imaginationem uocauit, qđ ea sint aperta, tunc quoq; de substantia habebimus, optime dicere, si nãq; eorum multa, quæ per se, & primo insunt rebus, cognoscere poterimus, uelut inuestigantes ꝑ hęc inuenire rei diffinitionem, substãtiam autem dicit omnia quæ simpliciter, & diffinitionem, & quęcũq; alia sunt in substãtia, cum enim diffinitionem inuenerimus, per ipsam quoq; omnia, quę substantiæ insunt, inueniemus, & hoc uolens ipse declarare subintulit.

Omnis enim demonstrationis principium est, quod quid est.

Hoc uidelicet, & si ex euidentia habemus quãdam cognitionem eorum, quæ substãtiis accidũt, attamen hanc ipsam cognitionem habemus ẽ sensu, & non demõstratiuum, cum uero diffinitionẽ cognoscamus, tunc sciẽter principiis usi diffinitionibus ipsis eorum cognitionẽ capere possumus. Sanè autem nõ ad omnia simpliciter accidentia substãtiis hoc excipiendum est. accidẽtia autem (ut iam dixi) quæ primo, & per se insunt, ut nõ appareat esse mutua demõstratio, siquidem ꝑ accidentia diffinitionem, & ẽconuerso per diffinitionem accidentia cognoscimus, at alia qdem sunt, per quæ diffinitiones discernimus, quibuscũq; cognitionem de sensu habemus, uelut hoc ut simul cũ

adesse uitam inferre corporibus,hoc enim proprium est animæ,esse causam nutrimenti,augumentationis,generationis,esse animalibus causam, motus in latera, hæc enim sensui cognobilia sunt. Attamē ex diffinitionibus quædam existētia dubia colligimus,ueluti imortalem esse rationalē animam,postq̃ enim inuenerimus in diffinitione ipsius,qđ est substantia per se mobilis , ex hoc quod per se mouetur imortalem eam esse collegimus,diffinitio nāq; sumitur ex his,quæ per se rebus insunt,nō tamen omnia,quæ per se sunt,amplectitur,at ea,quæcūq; sunt apta separare substātialiter aliorum subiectam naturā,uel igitur sic excipiendum illud,omnis enim demōstrationis principiū est qđ quid est,uel quod ego dixi,qđ est quoq; magis uerum,& Alexādro placet. Omniū prorsus quæ per se rebus insunt,principium esse diffinitionem dicit,quomodo enim potest illud fieri,ut is demōstratiue cognoscat ea,quæ per substantiam sunt in re,qui huiusce rei substātiam non cognoscat?etenim de sensu licet accipere quædam ex his,quæ rebus insunt,ex quibus etiam occasiōes ad diffinitionem inuenimus,at qui substātiam rei non cognoscit,is ex illis cognitionem peritam capere non potest,hæc autem diffinitio est.unum nāq; uere principium est huic,qui bene consilium capturus est.Scire oportet de quonam sit consilium,uel tota errare uia necesse est,quòd enim sit in anima imaginari,sentire,intelligere,& similia,illud è sensu scimus,at quæ nam sit horū natura,atq; utrum eadem sint inuicem,an diuersa,& quæcūq; de his quęruntur , nequaquam scimus,uerum tunc scienter de ipsis cognitionem capimus,quando ipsius animę substantiā cognoscimus, mutua uero demonstratio non est.cum enim sint omnino quatuor problemata,an sit,& quid sit. & quale quid sit,& ꝑpter quid sit:hoc quidem quod hæc sint,ex euidentia accidētia capimus;& quod qđ est ex ipsis coniecturam facimus,ex diffinitione autem non cognoscimus qđ accidentia sunt.at qđ quid est,& quale,& propter quid.quapp per hoc quidem quod est ipsorum accidētium, qđ quid est ipsius diffinitionis cognoscimus,per hoc autem quid est ipsius diffinitionis reliqua ꝓblemata ipsorum accidētium.quare non scđm idem mutua demonstratio est,hoc autē nihil absurdum,per mutua quædam demonstrare non scđm idem,uerum scđm aliud,atq; aliud,& quod sit huius mētis Aristoteles declarant ea,quæ sequuntur.

Quare secundum quascūq; diffinitiones,non accidit accidentia cognoscere , at nec coniectare de ipsis facile.patet q̃,dialectice,dictę sunt & vane omnes.

Consona sunt hæc iis,quæ dicta sunt,nam si principium omnis demōstrationis est,quod quid est,omnis necessitas est,si talis non sit reddita rei diffinitio,ut per ipsam de omnibus,quæ per se insunt rei,clarum sit ueluti ꝑ principiū scientiā facere,uel coniectura quædam accipere, quoniam nō omnia,quæ rei insunt per se,in diffinitione manifestantur,necesse est(inqt)talem diffinitionem dialecticam esse,& uane dictam,uidelicet in uano latam,minimeq; rei naturæ congruentem, neq; tāq̃ ad applicandam rei ipsius intelligentiæ extremitatem,sed esse suspensam,& rei naturam non contingere,neq; extremo pede cogitationis inhęrere fere rei,dialecticam autem,hoc est nō naturalem, sed simpliciter ad gloriam respicientem,& ut aliquid dicere uideatur,qua de re ipse paulopost mētionem faciet in eo.quod dicit iram esse ultionis appetitum,non enim naturalis est hæc diffinitio, nāq; substantiam iræ non declarauit,at ab ea abscindens quiddam,qđ in ea existētiam habet per se diffiniuit,ex quo neq; consequentia iram cognosceremus,quēadmodum ex eo,qđ dicit,iram eē feruorem sanguinis circa cor,ꝑpter ultionis appetitum,hæc enim diffinitio,quæ consequunt cognobilia facit,quoniam palpitatio quædam cordis cōsequitur eos,qui correpti sunt ira,circaq; eas partes,quæ ibi sunt,fit caliditas,iratiq; rubescunt,hoc autem ꝑpter motum sanguinis est,talis est etiā à Xenocrate reddita animæ diffinitio,numerus enim(inqt)est seipsum mouens,qui enim hanc audiuerit,ex ipsa poterit coniectare,& capere nihil eorum quæ in anima,aut in animali sunt. Regulam autem nobis reddēdarum diffinitionum per hæc Aristo.tradidit,oportere.s.ipsas esse tales,ut oīa quæ per se rebus insunt,per eas,uelut ab aliquo principio syllogizare possint,hæc enim perfectissima diffinitio est.

Dubitationem autē habent & passiones animæ,vtrū sint omnes cōmunes,eius quoq; quod habet, an sit aliqua etiam ipsius animæ propria,hoc enim accipere qdem necessariū est,at nō facile,videtur autem plurimorū nullum sine corpore pati,neq; facere,velut irasci,cōfidere,cupere,oīno sentire.

Postq̃ dixit,ꝓblemata,quæ in ratione animæ quæri debebant,& esse quādam facultatē ad acceptionem diffinitionis enarrauit.s.è sensu cognitionem eorum,quæ per se sunt in anima,hoc etiam

ipſum dicit,eſſe maxime dubium de paſſionibus animæ contẽplationem quãdam capere,ueluti occaſionem ad ipſam diffinitionem,non enim habemus(inqt)è ſenſu diiudicare,an omnes animę paſſiões utriuſq; ſimul ſint animalis,uidelicet cõmunes,an ipſa quoq; priuatim quaſdam cões paſſiones habeat,neceſſe eſt enim(inqt)omnino hoc ante capere ad animæ ſubſtãtiam cognoſcendam,capere enim illud eſt difficillimum.Si qdem igitur corpore,ut inſtrumento utitur priuatim habens operationes.non ad diffinitionem uti corpore oportet,nãq; aſcia ſubſtantiam fabri nõ complet,ſin aũt ſubſam in corpore habet,ut ſimul utriuſq; ſint operatiões,neceſſe eſt in diffinitiõe corpore uti,quẽadmodum diximus in ira,neceſſaria eſt igitur horum acceptio,at non facilis,paſſiones autem cõmunius ipſas operationes animæ uocauit,apparet autem utplurimum nihil ſine corpore pati,neq; facere,plurimę nãq; paſſiones & cum corpore fiunt,& circa corpora,etenim iraſcentibus,& triſtantibus,& cupiẽtibus,& audentibus,& timentibus,& in oĩbus talibus ſimul patitur,atq; mouetur corpus,at etiam ipſæ horum paſſionũ,operationes circa corpora ſunt.Quare ſunt hęc utriuſq;,non autem animæ propria.

Maxime autem uidetur proprium intelligere.

Ecce iterum paſſionem ipſum intelligere uocauit,hoc ueluti contra Andronicũ Rhodium,qui librum de interp̃tatione adulterinum fecit,nãq; ibi dixit Ariſtoteles intellectiones paſſiones animę.quemadmodum dictũ eſt in libro de anima,nullo modo autem appareat in libro de anima,ueluti nominauit Andronicus,ipſas intellectiones paſſiones dixiſſe,ecce igitur & hic inquit:quã maxime autem ſimile eſt proprio ipſum intelligere,propria enim paſſione uidelicet.

Si autem eſt vt hoc imaginatio quædam vel non ſine imaginatione, non continget utiq;, hoc eſſe ſine corpore.

Si intellectio(inquit)uel imaginatio quædam eſt,uel abſq; imaginatione non fit,omnino neceſſe eſt,ut neq; intellectio propria ſit animę,ſed utriuſq; ſimul,ſi quidem imaginatio dependet à ſenſu,ex ipſo enim Typos habet,ſenſus autem ſimul eſt utriuſq;,& hic quidem,ueluti problematice hoc pacto dixit,manifeſte enim in tertio ſermone dixit abſq; imaginatione eſſe ipſam intellectionẽ,dicit autem ſic,primæ autem intellectiones,quid differet,ut imaginata non ſint,uel neq; alia imaginata,at non ſine imaginatis,primas dicens intellectiones,quæ circa intelligibilia ſunt,quas ſine imaginatione eſſe enuntiauit.hoc autem non ſine tribus modis dicitur,uel enim neq; nocens neq; iuuans,ut dicimus,non ſine umbra,quod eſt in lumine corpus,neq; enim corpus umbra quicq̃ iuuat aut nocet,uel qd ex neceſſitate eſt,ut inſtrumẽtum,uel aliquid tale,ueluti cum dicimus,Achilles uirũ ſe ſtrenuum præſtitit,at non ſine lancea,neceſſario nãq; illi lancea opus erat ad ſtrenuitatem,nõ enĩ ſe ſtrenue gerere nudus poterat.uel quod ad impedimẽtum eſt,ut cum dicimus,qui in hieme nauigauit ſeruatus eſt,at non ſine periculo,hic enim capimus ut impeditiuum hoc,non ſine,in hoc autem neq; alia imaginata,non ſine autem imaginatis,uelut impeditiuum hoc non ſine,accepit,in propoſito autem dicto.Si autem eſt & hoc imaginatio quædam,uel non ſine imaginatione,hoc nõ ſine,hoc ex neceſſitate inqt: ut ſi inſtrumentaliter indigeret intellectus imaginatione ad operationes proprias adimplendas,quare ſubintulit hoc,neq; continget utiq; hoc eſſe ſine corpore,ueluti in ſuppoſitione autem ſermo eſt.

Si quidem igitur eſt aliquod animæ operum vel paſſionum proprium:cõtinget utiq; ipſam ſeparari:ſin vero nullum eſt ipſius proprium,non utiq; erit ſeparabilis.

Multa quidem ex hoc loco facta eſt expoſitoribus ambiguitas,arbitrati enim Philoſophũ conuertentia cum cõtrapoſitione uſum eſſe,dubitauerunt haud immerito,ac ſi Philoſophus ex antecedente male ſit uſus conuertentia,cum de conſequente factã eſſe cõuertentiã oportuerit,dixit enim inquit ſic,ſiquidẽ eſt propria aliqua paſſio animę,ſeparabilis eſt,poſtea accepit oppoſitũ antecedentis,& parauit oppoſitum cõſequentis,ſi autem nulla eſt propria aliqua paſſio animæ,neq; ipſa erit ſeparabilis,cum debuerit ex cõſequenti uice uerſa conuertere:ſi autem non eſt ſeparabilis,non habet aliquam paſſionem propriã.Expoſitores autem Attici bene inquiunt,cum nõ hic omnino cõuertentia uſum fuiſſe,at duo quædam coaptata accepiſſe duabus quibuſdã datis regulis,quas iam acceptas hinc indicauimus,qd horum omnino ſubſtantiæ ſunt ſeparabiles,quorum ſunt à corporibus operationes ſeparatæ,& quorum ſunt inſeparabiles operationes,eorũ quoq; neceſſario ſub

ſtantiæ ſunt inſeparabiles,ſiquidem enim ſit operatio ſeparabilis, ſubſtantia uero inſeparabilis,nā quidem operationes è potentiis,potentiæ uero de ſubſtantiis,cum ſit operatio ſeparabilis,qđ ſi ſeparabilis eſt,neceſſe eſt aliquam operationem eſſe ſine ſubſtantia,& ſine potentia,quod qdem fieri non poteſt,omnis nāq; operatio ex potentia eſt,omnis autem potētia de ſubſtantia.oīno igitur neceſſe eſt,cum ſit operatio ſeparabilis,eſſe quoq; ſubſtātiā ſeparabilē.Quòd ſi hoc eſt,illud quodq; neceſſarium eſt,eam eſſe īmortalem,atq; incorruptibilem.quid ita?omne enim corruptibile,duobus modis corrūpitur,uel in ſua ipſius elemēta reſoluendo,ueluti noſtra corpora,uel extinguēdo in ſubiecto,qđ ipſum fiat inutile,ueluti muſica reſolutis chordis extinguitur.cum ſit igitur differentia duplex,uel ut in corporibus,uel ut in incorporeis habētibus eſſe in corpore ſubiecto:ſi demōſtratum eſt animam ipſam & incorpoream eſſe,& à corpore ſeparabilem,nullo igitur mō corrumpitur.item,cum ſint operationes inſeparabiles,neceſſe eſt & ſubſtātias inſeparabiles eſſe,quòd ſi ſeparentur ſubſtantiæ,erunt inefficaces,& fruſtra,nihil autem fruſtra neq; deus,neq; natura facit.Quapp omnino neceſſe eſt,cum ſint operationes inſeparabiles,eſſe quoq; ſubſtātias inſeparabiles,hæ igitur regulæ ſunt,quas cōmuniter amplectunť omnes,& qui mortalem,& qui īmortalem eſſe dicunt animam.inſtātiæ feruntur ad has regulas,ad utrāq; una,& antea ad primā,quomō eni (inqunt.)Ariſto.dixit quòd ſi eſt aliquis paſſio ꝓpria animæ,idem,ac ſi diceret operationem,ſeparabilem habet quoq; ſubſtātiam.ecce enim(inquiunt)oculus habet operationem ꝓpriam,quod eſt uidere,neq; tamē habet ſubſtātiam ſeparabilem,non enim poteſt oculus à corpore ſeparari,qd igitur ad hoc dicimus?qđ hoc proprium duplex eſt,aut ut proprium partis,quēadmodum dicimus pedis proprium eſſe ire,nō enim dicimus ire eſſe proprium pedis,tanq̄ pes non indigeat toto,pedi nāq; toto corpore opus eſt,at hoc dicimus ueluti huiuſce partis ꝑter alias proprium ſit, aut quòd non ad ſubſtātiam toto egeat,quēadmodum ſi quis dicat uiſcoſitatē in aqua mixta oleo,eē olei ꝓpriam,uel dulcedinem in mulſo,eſſe mellis,dicit igitur talis ꝓprium non ſimpliciter ut partis , uerum ut illud quod ad ſubſtātiam toto non indigeat,non enim mulſo,ut conſtet,eget dulcedo,ſed eſt à toto ſeparabilis, nāq; eſt in ſolo melle.proprium hoc igiť Ariſto.dicit,quod & exiſtēti ſeparabile eſt.Separabilis enim dulcedo eſt à melle,ab utroq; cum ſit mellis ꝓpria.Oculus qdem diciť habere propriam operationem,nō ut eam,quæ toto indigeat,uerum ad oppoſitionem totarum partium.Quoniam huic toto opus eſt ad ſubſtātiam,nāq; & cerebro,& neruis uiſiuis,& ſpiritu,& hiſce talibus opus eſt.Quare ꝓpria quidem oculi operatio eſt ut ad alias partes,nō autem ꝓpria ut ad totum,nāq; illi toto opus eſt ad cōſtitutionem.Inſtātia autem ad alteram regulam hæc eſt quomodo(inquit)qđ quorum operationes non ꝓpriæ,ſed utriuſq; ſimul ſunt,ac ſi diceret inſeparabiles,horum neq; ſubſtātia ſeparabilis eſt?Ecce enim(inquiūt) gubernatoris operatio quidē eſt inſeparabilis à nauigio,ſubſtantia uero ſeparabilis eſt,ſeparatur enim gubernator à naue.Dicimus igiť quòd ipſe gubernator operať,& ut homo,& ipſę qdem ut gubernatoris opationes à nauigio ſunt inſeparabiles,neq; ipſius gubernatoris ꝓpriæ,q̄ uero ſunt ut hois,ipſę ꝓprię ſunt gubernatoris ut hois,q̄re & ipſa ſuba ſepabilis eſt,nō.n.hoc dicimus:qđ oporteat ſepabilem ſubam,oēs hře ꝓprias opatiōes,& ſi nō oēs habeat,nō erit ſeparabilis,at cū penitus habeat opationē quādam ſepabilē, oībus qdē modis eſſe ſubſtantiam quoq; ſeparabilem oportet,in īſeparabilis autem ſubſtantia,oportet omnino omnes operationes cōmunes eſſe,atq; propterea inſeparabiles,ob hanc rem igitur gubernator etiam , nāq; operatur in nauigio,& ut homo intelligēs,differens,comedēs,bibens,& ſimpliciter affectus animales,ideo et ipſa ſubſtātia à naue ſeparabilis, quoniam anima quoq; rationalis in corpore exiſtens duplices habet operationes,has quidem ut in corpore, ipſa etenim quædam eſt ueluti gubernator corporis,has uero ut animæ rationalis proprias, quæ igitur ut in corpore ſunt ipſius operationes,ipſæ ſunt utriuſq; ſimul inſeparabiles,ut mouere corpus,& uiuificare , id enim patet,quòd has habet operationes,quandoquidē ſit in corpore,nāq; ſi ſepareť à toto corpore,quid mouebit?quid uiuificabit?quæ uero ut rationalis ſubſtantię ſunt opationes diſcurrere intelligere, ipſæ quidem tanq̄ nihil corpore indigeant,ſunt ipſius propriæ,atq; ob hanc cauſam & ipſius ſubſtātiam ſeparabilem demonſtrāt;quare & Ariſtoteles poſtq̄ dedit omnis animæ diffinitionē cōmunē, ſiue rationem diffinitioni ſimilē, dixitq; quod eſt entelechia corporis naturalis inſtrumentalis potentia uitam habētis,quęrit utcūq; quomodo dicimus entelechiam eſſe,utrum(inquit)ut inſeparabilis entelechia eſt anima,uel ut nauigator nauis?Quare ſciuit & ipſe entelechiā quandā ſeparabilē inquantum uult eſſe animā entelechiam.Rurſus quęrunt,quare cum dixerit;ſi quidem igitur eſt aliquod aię operū,uel paſſionū ꝓpriū,ſubintulit?continget utiq; ſeparari.oportebat enim dicere neceſſarium eſſę ipſam ſeparari.Dicimus igitur,quòd ut ad totū ipſius habitum, hunc, qui eſt ad

corpus, aut etiam ad corpora dixit. Quoniam enim nūc, dum est in corpore, separabilis est à corpore, propter hoc (inquit) eam posse à corpore separari, & si rursus fiet in corpore, & nō penitus in infinitum, cum manet seorsum à crassitudine huiusce corporis, quod autem fit in quodā, & priuat ipso, contingentis naturę hoc est, ueluti calescere, & frigescere, sedere, & surgere. Quare sicut ego dixi, cum respexerit ad habitum totū, qui est ad corpus, eo modo dixit. fortasse autem ulterius hæc extendens sermonem, & usq; ad dictum corpus ipsius speciei, quod æterne inquiūt ipsi coaptatū esse, sic dixit, continget, quod quantum inquit in eius ipsius natura ab eo separari potest, & si non est necessarium ipsam separari ab eo, tale autem cōtingens est, quo necessario non existente, posito tamen in esse, nullum impossibile sequitur, quātum igitur in sua ipsius natura potest ab eo separari. præterea dicimus, quod contingens, quemadmodū ipse dicit in libro de interpretatione, fertur & in necessario, dicimus enim possibile esse solem esse in ariete, & qdem cum necessario futurus sit, potest igitur, & hic possibile accipi id, qd in necessario est.

Sed quemadmodum recto, quatenus rectum est, multa accidunt, ueluti tangere æneam sphæram secundum punctum, non tamen tanget hoc separatum, ipsum rectum, est enim inseparabile, siquidem semper est aliquo cum corpore.

Obscuritatem fecit dicto æquiuocatione usus cum sit, neq; distinxerit ea, quæ diuersa significāt. Rectum enim partim quidem capit ipsum participatū, ipsam dico rectitudinē, partim autem participans, uidelicet utrūq; simul, dico autem directum corpus, qualis est regula, hoc autem exemplū huiusce rei est, quod operatione inseparabili existente, necesse est & substātiam esse inseparabilem, quid igitur (inquit) quod quemadmodum dicimus, scdm punctum tangit rectum æneam sphæram, demonstratum est enim in geometria qd & superficies scdm punctum sphæram tangit, & circuli linea similiter, & non, quoniam dicimus lineam hoc esse affectu affectam, ipsam per se dicimus affici, sed uidelicet, quæ in auro, uel lapide, uel aliqua tali re sit, nec quando animam ipsam existētē dicimus pati, ipsam per se pati dicimus, at utrūq; simul, ob enim causam apposuit æneam sphærā, ne sermonem ipsum capiamus de recto, quemadmodum hi, qui tradunt disciplinas, faciūt. geometra enim demonstrans qd sphæra superficiem circa punctum tangit, nullam materiam accepit, sed ipsas per se rationes demonstrat. Cum igitur dicat, quemadmodum recto, quatenus rectum est, accipit qd in materia est, dicendo autem, non quidem tāget hoc separatum rectum, rectitudinem ipsam, ipsa igitur (inquit) separata à subiecto, non amplius patietur hoc, neq; tanget æneam sphæram, quoniam nihil ei substituit, accipit proportionale aiæ qdē, rectitudinem, utriq; autē, directū corpus, sensibilibus autem, quibus contra accipitur anima, æneam sphæram, si igitur & anima sic contra capitur à sensibilibus, ut rectum tangit æneam, patet quòd separata à corpore, non amplius corripietur à sensibilibus, sed statim discedet, dicimus. igitur quòd quemadmodum sensibile rectum, sensibilem sphæram contingit, sic & intelligibile intelligibilem, igitur & anima separata à corpore, & si non ab sensibilibus speciebus corripietur, at certe ab intelligibilibus, & imaterialibus. hoc autē multa accidunt, quasi dicat, quòd sequitur habere omnia signa posita, ad coaptandum altera recta, & similia.

Videntur autem & animæ passiones oēs esse cum corpore, ira, mansuetudo, timor misericordia, confidentia, adhuc gaudiū, & amare, atq; odisse, simul enim cū ijs patitur aliquid corpus.

Duobus modis ostendunt passiones animæ, non esse ipsius animę proprias, sed utriusq; simul, & ex hoc, quod omnino simul cum his mouetur corpus, nāq; cum ira circa pcordia sanguis mouetur, cum cupiditate autem disponitur etiam epar, & pudore facies rubet sanguine in supficiem fuso, fit autem timore pallor, contractione sanguinis in profundū facta, & simplr in unoquoq; passione corpus aliquo modo simul disponit, q; si corpus cum animæ passionibus simul mouetur, id patet animæ solius non esse eas pprias, at utriusq; simul. primus autem modus ex hoc patet, altero aūt modo id ostendunt. quòd illi qui sic bene natura temperati sunt, qualecūq; temperamentū teneant in corporis affectuū motu, natura tales sunt, uidemus enim aliquos cōmode quidē se habentes ad iram, qui eo modo tēperati sunt, aliquos uero difficilis esse motus, qui contrario tēperamento constituti sunt, similiter in reliquis uidemus, quòd aliqui ebrii fiunt, aut iratiores, aut timidiores, aut audentiores, aut impudentiores, & ex infirmitate fit aliquis aptior ad iracundiā, & aliqui tales cibi libidinem magis mouent, aliqui uero tales extinguūt, inde medici dicūt, quòd animæ potentiæ tē-

peraturas corporis sequunť,q̄re quoq; dicũt q talis sunt ↄstitutionis,pniores sunt ad irã,ueluti qui magis melancholici sunt,qui uero calidiores sunt,aut humidioris naturæ,in libidinem propensiores,& simplr in unoquoq; affectu in quandã complexionis qualitatẽ causam referunt,atq; etiam sublimius ascendunt in archanas potẽtias,& eos memoria tenaciores dicunt,qui aridiori cerebro tẽperati sunt,at eos esse tardiores ad intellectionẽ,ↄtrarios autẽ ↄtrariũ affectũ sustentare.Silr in imaginatione,atq; in reliquis affectibus,& quod ab initio temperies fecit,hoc idem ipsa uiuendi ratio in temperaturam deduxit,ideo qui studiosi sunt cognitionis,& cibi,& potus curã modeste gerũt,unde & hoc dictum est,obesus uenter mentem subtilem non gignit,quare quidem non intelligeremus in ebrietate,quæ ante ebrietatem intellexissemus.Similiter autem & moderate se habentes circa nutrimẽtum,& imoderate,& omnino ingeniosiores,& acutiores:& ẽcõuerso segniores iuxta tale temperamẽtum fiunt.Inde igitur medici dixerunt animæ potẽtias ipsam corporis temperamẽtum sequi.ad hæc autẽ dicũnt expositores Attici,qđ quemadmodum ipsi dicunt eam,ppterea esse in subiecto corpore,qa tales appetitus animæ corporis temperaturas sequũtur,ita nos quoq; de cõtrario cõtrarium præparauimus.si enim,quoniã ipsos habet appetitus,qui tẽperamentum sequũtur,ppterea inseparabilis est,ergo si non sequatur tẽperamentũ corporis,erit separabilis. Videmus igitur qđ quidam praue temperati non habuerunt sequentes appetitus ipsas temperaturas,ppter phiam,sed his meliores facti sunt,qđ quidem non esset factum,siquidem ut in subiecto potẽtia eẽt in complexione,sicut esse album,uel luteum,uel nigrum,quæ qdem de tali complexione fiũt,& si decies millies philosophetur quispiam,nõ aliquid horum ↄtinere potest,donec ẽ diuerso complexio constituãtur,sic omnis erat necessitas,si uelut effectus erat complexiõis talis,appetitus talis ipsius animæ,non posse eum,qui magis ad iram tẽperatus esset,ab ira se cõtinere,similiter quoq; in aliis,nunc autem non fit hoc,non igitur appetitus animæ necessario sequũtur cõplexiones corporis,& hoc ipsi quoq; medici dicũt,cum enim dixissent animæ potẽtias corporis complexiones seq,addiderunt sine exercitiis phiæ.quare si possunt exercitationes circa phiam id facere,ut animæ inclinatio non sequatur complexiones corporis,est aliquid.igitur & in nobis,neq; sequũtur necessario,quare nõ in complexione habent esse,si nãq; hoc erat,quomodo affectibus repugnauit? unde pugna,& fœderis uiolatio inter affectus & rõnem?nihil enim corpori sui cũseruatiuo repugnat,neq; causæ repugnare contendit,quare si causa erat complexio animatiuis omnibus motibus,non quidem aliquãdo ipsa contra se pugnauisset,nãq; pugnantia contraria sunt,quod igitur sit anima rõnalis à corpore separabilis,illi,q bene uiuũt,satis ostẽdũt,qbus fastidio corpus est.atq nihil,pprium subtrũ despicit,uerũ quoq; seruare ipm uult,at aĩa ipsa ↄtrariũ facere uidetur,affectus aũt quoniam dati sunt animę in generationẽ descendẽti dictis de causis,habentes in subiecto spiritu esse,transeũtes aũt,quẽadmodũ diximus,in hoc quoq; crassum corpus,nõ sine tali qdẽ cõplexiõe fiunt.ut non sine chordis harmonia,nõ tamẽ simpliciter effectus complexionũ sunt,sed quẽadmodũ idiget omnino musicus talibus chordis,ipsa uerò harmonia ex iis rationibus,quæ sunt ĩ musico,in tali chordarum cõuenientia facta est,eodem modo dicimus affectus non quidẽ sine tali complexione fieri,non tamen cõplexionem esse,aut complexionis effectus.Verum ueluti ea,quæ sponte nascuntur,egent omnino quidem tali terra,egent etiam pluuia,nõ tamẽ hoc est sufficiens in ipsorũ generationem,sed horum rationes de tota institutione,pdeũt,hoc modo dicimus ex institutione tota rationes in tali cõplexione infundere rõnes affectuũ horum secundũ meritum uniuscuiusq; animarum rationalium,& quemadmodũ species,quæ fit in spontaneis,neq; ex mixtione terræ,& aquę simpliciter facta est,neq; extrinsecus sustinendo sponte præorsa ingignitur,sed rationes institutiuę in tali elementorum aptitudine ingenerant,atq; instituũt affectuũ species,neq; enim causæ priora effectibus facere desiderãt,si enim,ueluti iam diximus,complexio causa est iræ,& cupiditatis,& sensus,& imaginationis,illud,quod est sine uita,erit uitæ causa (uitæ enim quædam sunt ipsæ) & quod est inanimatum,animæ,quodq; est insensibile,cognitionis,quod quidẽ absurdum est,at illud fortasse dignum est inquisitionis.Si irrationalis anima,& uegetatiua in subiecto corpore habent esse,quod autem sponte subsistit melius est eo,quod in altero habet esse,sponte subsistens autem corpus,melius igitur talibus animis corpus est. quid igiť dicimus eas ipsas animas non esse uelut in subiecto corpore,sed uelut ĩ materia forma? forma nãq; animalis est anima,ubiq; uero forma melior est materia,non enim carnis forma,uel ignis,uel alterius cuiusdam corporis, quoniã per se subsistere non potest,iam & peior materia,quoniã neq; ipsa materia carens forma in subsistentia est ipsa per se,sed cum forma quadã conspicitur,ipsa autem cõtinua materia,& si per se subsistit,ueluti ligna abaculi,non ut simpliciter materia,substiterunt,sed ut species quædã ligni,quãdo autem fiunt abaculi ma

teria ligna, tunc uidelicet ligna peiora sunt abaculi forma, quoniã ligna quidem sunt huius gratia, abaculus uero finis. quid igif differt hoc ut forma in materia, ab eo, quod est in subiecto? quòd ipsa forma quidẽ coniũcta materię perficit unius rei substantiã, ueluti abaculi forma cum lignis iuncta abaculum perficit, similiter forma carnis cum elemẽtis, uel humoribus, carnem, in aliis quoq; simi liter, quod autem est in subiecto nõ facit unam substantiã cum subiecto, uelut album cum corpo re non fecit aliam quandam formam, nihil enim confert ad esse corporis ipsum album in esse & pręsens, & absens.

Indicat autem aliquando quidem ab fortibus, & manifestis pasionibus nihil cõcitari, aut timere, aliquando verò & à paruis, & debilibus moueri.

Quòd (inquit) non sunt animæ proprii, sed utriusq; simul, patet ex iis, è quibus quasi corporis dispositione intendunt, & remittuntur, sunt enim quidã ea complexione constituti, ut & si infinita sint irritantia, non moueantur ad iram, cum refrigeratũ atq; torpentem sanguinẽ circa cor habeant; alii autem sunt faciles ad perturbationem adeo, ut & ualde paruis, & leuibus irritantibus statim cõ citentur ad iracundiam, quòd feruentem semper sanguinem circa cor habeant, unde & hi, qui fu rore affecti sunt, eo feruescente, perturbationẽ ferunt, è conuerso in timiditatem, confidentiãq; simi liter, illi quidem magnis etiam terroribus manẽt interriti. hi uero sępenumero nullo etiam terrorẽ instante in metum, atq; in ignauiam facillime mouenf. Quãdo talem complexionẽ consecuti sunt, qualis eorũ, qui timidi sunt, contrahitur nãq; horũ calidum in profundũ, quare quoq; pallidi fiũt, [Pallor autem ipsum cœpit in genis]. quando igitur quispiam talem ab initio complexionem con secutus fuerit, facile pronus est ad affectum, quare si affectus hi animæ proprii erant, haud oporte bat ipsos corpori coniungi, neq; ex huius dispositiõe principium sumere. Sed quomodocũq; se ha beat corpus, ita ipsam uel moueri, uel non moueri ad affectus, nunc autem & ętates affectuum for mas uariãt, atq; cõmutãt, cõplexiõe uidelicet cũ tpe cõmutata, quapp utriusq; simul sũt hęc, si nãq; ut instrumẽto usa fuerat aĩa irrationalis, & uegetatiua ipso corpore, nõ qdem ab ipso mota est, nul lũ enim instrumẽtũ mouet artificẽ, sed ab eo mouetur, neq; mutata instrumẽta cõmutãt appetitus artificum. Corpus uero tali uel tali cõplexione constitutum, tales potentias unà commutat.

Quando turget corpus, & sic se habet, quemadmodum quãdo irascitur.

Videlicet si corpus ea complexione sit constitutum, ut in iram sit facile, sic aũt erit, si talẽ habue rit complexionem, qualis sit irascentium, tunc enim, qui sic erit cõstitutus, erit ad irã pronus.

Adhuc autem magis est hoc manifestum, nullo enim terribili accidente, fiunt in pasionibus iis, quæ timentes.

Certe manifestę demonstrationes sunt, qd hi affectus animæ proprii non sunt, quando nullo ẽt extrinsecus mouente propter multam corporis in hunc affectum inclinationem quispiam patif idem, quod quidem alius magnis è terroribus patietur.

Si autem sic se habet, id apertum est, quòd affectus sunt rationes in materia. Quare diffinitiones quoq; tales sunt, vt, irasci motus qdam talis corporis est, aut partis, aut potẽtię ab hoc huius gratia.

Si sic se habet (inqt) uidelicet, si non proprii hi affectus animæ sunt, sed utriusq; simul, rationes sunt materiales, uidelicet formæ sunt, in materia ipsum esse habentes, & non separabiles. quare dif finitiones tales sunt, ut irasci motus quidam talis corporis, aut partis, aut potẽtiæ ab hoc huius gra tia, si nãq; naturalis est opus de materialibus formis differere, aliæ aũt formę in alia materia sunt, ne cesse ergo est, ut naturalis diffinitiones ipsas reddat, & ex materia, & forma, & è causa per quam for ma in materia fit, de forma enim differens necessario quoq; de materia disputabit. hoc enim inter illa, quę ad aliquid sunt, collocanf, necesse autem & de causa per quam forma est in materia dispu tabit. Si quidem naturalis est artifex. Qd si ars rationes debet scire eorum, quorum est ars, ego eni (inquit Plato) artem non uoco qd sit res irrationalis, ut igitur summatim tradat formam natura lium diffinitionum, motus inquit, ut dicimus in ira feruor, motus enim feruor talis corporis, uide licet naturalis instrumentalis, uel partis, etenim sępenumero circa totum corpus affectio fit, quam uolumus diffinire, ut si tactum diffinimus, nãq; esse motum totius corporis dicemus, partis uero,

ut in ira, dicentes feruorem esse sanguinis circa cor, uel potentiæ, ut si non dicamus feruorem sanguinis circa cor, sed feruorem calidi circa cor. Manifestum est autem quod & per sanguinem ipm calidum, & per calidum ipse sanguis significabitur, ab hoc huius gratia, ab eo uidelicet, qui iniuria affecit, quod ipse contra sit affectus iniuria. Cum igitur diximus, ꝑpter ultionis appetitum, significauimus utraq;, nãq; ultio significat eum quoq;, qui ultus est, & ultionem.

Et propterea iam naturalis est considerare de anima, vel omni, vel tali.

Ex quo enim naturales tales formas cognoscit, de quibus naturalis cõsiderat, tales autem naturales diffinitiones, & assumentes materiam, naturalis igitur est de talibus animis, quæ non sine materia sunt, differere, nãq; de animis, quæ materia carẽt, deq; intellectualibus disputare (quẽadmodum in libro de partibus animaliũ dixit) ẽ ipsius primi Philosophi. necesse est enim eũ, qui de intellectu disserat, de intelligibilibus quoq; disputare, hoc aũt est opus ipsius Theologiæ, sed (quẽadmodum diximus iã) perfectus naturalis seipsum reducet in abstractas causas naturalium, ut ipse quoq; in physica. post rõnes de motu, de imobili causa disputatione facta, dixit. ex hoc igitur principio cœlũ, mundusq; pepẽdit. similiter & in tractatu de generatione, & hic, postq̃ igitur & de iis ut causis naturalium disputabit. etenim dixit iam de rationali anima, quod est, ut principium animalium, propterea (inquit) hic, uel de omni.

Differẽter aũt diffiniet naturalis, & dialecticus vnũquodq; ipsorũ, vt quid est ira, hic enim cupiditatem recõtristationis, vel aliquid huiusmodi, ille vero sanguinis, vel calidi circa cor feruorẽ.

Cum dixerit affectus animę esse rõnes materiales, & esse naturalis speculari de anima, uel omni, uel quæcũq; non sine materia est, uult reliquũ per hæc demonstrare. Qualis uidelicet ipsi naturali de anima diffinitio conueniat. cum igitur sint hęc tria in rebus naturalibus, materia, forma, & causa per quam est ipsa forma in materia, circa hæc quinq; uersantur methodi, naturalis, particularis ars, dialectica, mathematica, prima philosophia. Quærit igitur quomodo unaquęq; ex illis methodis proposita definiat. At prius dicamus circa quæ subiecta unaquæq; harum uersetur. igitur opus naturalis est de oĩbus dictis differere, & de rerum naturaliũ materia, & de forma, & de causa, qua forma est in materia, ut quæ nam sit cœlestium materia. quod non quatuor elementa, uerum alterum quodpiam horum quintum corpus, quid forma, quod sphærica: propter quid autem sphærica, reddet huius causam, & quod ipsius ordinis est, & ex habitu, quẽ habet ad ea, quę sunt ante ipsa, quẽadmodũ Plato in Timæo quæsiuit. ꝑpter quid cœlum sphæricum, quod (inq̃t) oportebat omnia cõphensurum, at circundaturum omnia, habere capacissimã omnium figurã, capacissimum autem in planis est, circulus, in solidis uero, sphæra, demõstratur enĩ quod figurarũ, quæ sunt ęqualis mensuræ, ea quæ plures habet angulos, capacior est, & ꝑpterea quæ sine angulis est, omnium capacissima est, ueluti si spatiũ quadrangulare sit, atq; alia, quæcũq; de figuris multorũ angulorũ, ut hexagonus, habet autẽ quadragonus & hexagonus ambitũ quatuor ulnarum, sit aũt aliud spacium rotundũ, uidelicet circulus, earum quatuor habens ambitũ, illud spacium figurę, qđ habet sex angulos, maius est eo, qđ habet quatuor latera, qđ autẽ circuli spaciũ est, exagono maius est, similiter quoq; in solidis, in cubo scilicet, & octahedro, & dodechaedro, & sphęra, & reliqs, id enĩ quod erit multorũ angulorum plus capiet, quã cubus secundum spaciũ, sphæra uero capacior erit eo, quod multorũ erit angulorũ. Reddit autem & Aristoteles naturalẽ causam figuræ. Dicit enim sphæricam figuram illi, quod esset futurũ æternũ, conuenire, quæ figura neq; principiũ habet, neq; finem: uerum ipsa in sese cõtrahitur. Plotinus quoq; naturalem causam figurę ipsius hanc cœli ex habitu, quẽ habet ad ea, quæ sunt ante ipsum. continue autẽ sunt super cœlestia intellectuales substantiæ, maxime uero oportet effectum continuæ causæ esse similẽ, & eius imaginem, atq; imitationem ferre. ꝑpterea igitur (inquit) circulariter mouetur cœlũ, quia intellectum imitatur, proprium nãq; est intellectus, ad seipsum uerti, ipse enim uidens est, ipse uisus, cum nãq; uideat species, ipsum se uidet, seq; ipsum uidens species ipsas uidit: plenitudo est enim specierũ, & specierũ species, cœlũ igitur habet figuram sphæricam propter circularẽ motum, quẽ habet propter eam similitudinem, quam cum intellectu habet. & aliter imitatur intellectũ impartibiliter ubiq; existentẽ, ut igitur ille simul ubiq; est, hoc modo cœlum est ubiq;, quo igitur ubiq; sit, quod ubiq; est, imitatur, perfectio nãq; priorum est ad superiora cõuersioq;, & similitudo. Reddit adhuc Aristoteles naturalẽ causam figuræ hanc, quod enim (inquit) æternum futurum est, huic sphærica figura decens est, quę figura

neq; principium habet,neq; finem,ſed ipſa in ſeſe uertitur.hoc igitur modo naturalis omniũ natu
ralium reddit & materiam,& formã,& cauſam, atq; ideo diffõnẽ aſſignat de materia, de forma,&
de cauſa.per quã eſt in materia forma.Particularis uero artifex ipſe quoq; circa hęc omnia ſe habet,
at à naturali differt,quod ipſa res circa particulare aliquod uerſatur, ut medicus circa humana cor
pora.Architectus circa lapides, & ligna. Sed hic quoq; diffinitionẽ reddet , amplectens & materiã,
& formam,& cauſam.Differt autem & ſic à naturali,quia particularis artifex proximas ipſas cauſas
aſſignat ſolas,naturalis uero quoq; primas ut cauſas,q̃ generatiõis,& corruptiõis ſunt.ipſe medicus
proportiouem humorũ,& eius horum proportionis elemẽta. Naturalis autem progredietur ulte
rius & in materiã, & in formam. nãq; oportet ipſm quoq; particularẽ artificem cauſam cognoſcere.
ego enim (inquit Plato)non autem uoco,quæ ſine ratione ſit res.Dialecticus autẽ diffinitiones aſſi
gnabit è formaq;,& cauſa, has enim circa res ipſe uerſat', & hanc ipſam non ut cãm conſyderans,at
ſimpliciter,ut rem quãdam uel formam,ueluti quòd ira eſt ultionis cupiditas,hic nullo modo ſub
ſtantiæ ipſius iræ nobis notitiam dedit.At ſolam cauſam,per quã ira eſt,dixit,eſt enim ut ferat mo
leſtiam in eum,qui ante iniuria affecit,& ideo uanam eſſe eam diffinitionẽ dicit,quia rem ipſam nõ
ſuſcipit.Quod autem & cauſam dicens,nou ut cauſam ipſam reddit,ſed ſimpliciter ut rem quandã
manifeſtam,id eſt,ex his,quod effectus mentionẽ uon fecit,effectus autẽ cupiditatis eſt feruor ſan
guinis circa cor.Quoniam enim uult contra moleſtiã ferre,propterea mouet ſanguinem circa cor,
Quare ſiquidem dialectica diffinitio cauſam dicens,nõ effectus mentionẽ fecit,omnino autem ſic
neceſſe differentem de cauſa,effectus quoq; mẽtionem facere (hęc enim ſunt ad aliquid)illud patet
quod cauſę mentionem facit,non ut cauſæ,ſed (quemadmodũ dixi)ueluti rei,Mathematicus autẽ
uerſatur & ipſe circa formas à materia ſeparabiles,non omnes,at quæcũq; ↄſideratione ſeparari poſ
ſunt,hæc autem ſunt,quæ uocant' cõmunia ſenſibilia,ueluti magnitudines,& figuræ,carnis enim
forma,& oſſis,& talium rerũ,neq; per cõſyderationẽ ſeparari à materia poſſunt, molle enim,& li
quidum,& rubeum,& alia,quibus informatur caro,quo ſimul cognoſcãtur, propriam materiam
cognitam ſimul habent,ablata autem materia,ſimul quaq; ipſa auferuntur.Aſſignat igitur mathe
maticus earum formarũ,quæ ſunt à materia abſtractæ,diffinitiones,uon curans materiã illis per ſe
redditis,ideo neq; cauſæ in diffinitione mentionẽ facit,ſi nãq; cauſam diffiniret,oĩno quoq; materiã
ſumeret.Quoniam igitur de materia non diſputat,ꝑpterea neq; cauſæ meminerit. Veluti quid eſt
triangulus?eſt figura,quæ tribus rectis lineis continet'.Quid eſt circulus?eſt figura,quæ una linea
continet',in his nullam materię mẽtionem fecit,atq; ideo,neq; cauſæ,per quã in hac materia hęc for
ma eſt,ſed ſiquidem eorum,q̃ per ſe figuris eueniunt,cauſas aſſignabit.ut quid ita triangulus duas
rectas æquales habet?Primus autẽ Philoſophus de formis omnino ſeparabilibus à materia diſpu
tabit,formarũ nanq; materialiũ ſunt quoq; in anima noſtra ratiões,& quę abſtractę ſunt in opificis
mente,& earum,quę ſunt in anima,alię quidẽ ſunt diuiſibiles,quæ ſunt in imaginatione,alię uero
impartibiles,& indiuiſibiles,q̃ ſunt in rationali parte ipſius aĩę.ipſe igit' Geometra de diuiſibilibus
formis,q̃ ſunt in imaginatiõe diſputat,imaginatiõe enim uſus eſt,ut abaculo operãs,& ſpacia reme
tiens,atq; putans.ipſe uero primus Phs diſputabit hiſce de formis, q̃ ſunt in parte rõnali ipſius aię,
deq; opificibus,at eę differũt,quòd illæ quidẽ in aĩa ſunt imagines primorũ,& rerũ cognoſcitiuæ,
hę uero alię ſunt exẽplares,& factiuę.diſputans igit' de opificibus,ut ſpeculatiuus opãbit',de iis aũt
q̃ ſunt in anima,ueluti purgatiuus,purgatiuus enim operat',quãdo ad ſe ↄuertitur,& aĩæ ſubſtãtiã
cognoſcit,tunc enim per ſcientiam uere purgatio eſt & affectuũ ,& ignorantiæ,qui autem cogno
ſcit animæ ſubſtantiam,ille plenitudinem eſſe formarum cognoſcet,& propterea dicet reminiſcen
tias eſſe diſciplinas.Qui enim cupiditatem ulciſcendi diffinit, dialecticus uidelicet eſt,hoc autẽ cau
ſa eſt,& finis ipſius iræ motus.Qui uero feruorẽ ſanguinis circa cor,uel calidi,naturalis eſt,hic au
tem ex materia diffinit,materia enim ſanguis eſt circa cor,uel ſimpliciter calidum.Quomodo autẽ
dicimus hoc eſſe ex materia?atqui uidebitur id eſſe ex forma,& materia,dixit enim feruorem eẽ,
hæc autem forma eſt iræ,materia uero ſanguis circa cor,at cauſa tãq̃ finalis eſt propter cupiditatẽ
ultionis.Verum dico ego,qđ non ſimpliciter feruor forma eſt iracundiæ.Quoniã ſic quotieſcũq;
ferueret ſanguis circa cor ex aliis quoq; occaſionibus, eſſet ira,ſed eſt forma iræ feruor ab hoc fa
ctus(ut ipſe paulo ante dixit)ab eo dico qui triſtitiam itulit,quare ſimpliciter feruor ſanguinis eſt
ut continua materia ſubiecta huic feruori,qui fit propter eum,qui moleſtia affecit. Quãdo igitur
formæ meminimus?quando proponimus,qđ appetitus ultionis eſt,dicendo enim iram eſſe appe
titum ultionis,tũc meminimus ab eo, qui affecit triſtitia, motum eſſe feruorem,& hac de cauſa ut
in ipſum contra feratur triſtitia,hoc enim tuliſſe triſtitiã,eum quoq; , qui triſtitiã dedit,ſignificati

Horum autem alius quidem materiam reddit, alter vero speciem, & rationem.

Naturalis enim materiam reddidit, dialecticus autẽ spẽm, siue causam, est enim causa quoq; ueluti forma designans iræ affectum præcipuum, nam quoq; per alias quasdam causas (qd dixi) sanguis circa cor mouebitur, at non ut contra dolorem ferat, hoc enim designatiuum est iræ, quapp ipsa causa erit, & forma, & hic quidem plenissime dicit ipsum naturalem de materia diffinitionem reddere, deinceps autem postquã hoc ipsum diligentius inquisiuit, quæ scilicet naturalis diffinitio sit, delectum facit, atq; dicit eam esse, quæ cum materia formam quoq; reddit nõ sine causa.

Alia enim ratio est, alia vero rei.

Subdistinguendum est, inter enim coniunctionem, & uero, ut sic se habeat, alia quidem enim ex diffinitionibus ratio est, & causa, siue forma iræ, alia uero rei est diffinitio, uidelicet substantiæ & materiæ.

Necesse autem est esse hanc in materia tali, si erit.

Hanc (inquit) ẽ forma diffinitionem, si futura est in subsistentia, neq; debet esse uana, & de nulla re ferri, necesse est esse in materia, quare perfecte redditurum diffinitiones, materiæ quoq; mentionem facere oportet.

Quemadmodũ domus hęc ratio quidẽ talis viq; fit, quòd protectio est prohibitiua corruptionis, quæ fit à ventis, & imbribus, & caloribus, alia vero dicit lapides, & lateres, & ligna.

Diffinitio igitur (inquit) quæ dicit, protectio est prohibitiua, & quæ sequũtur, ea est dialectica, cum causam domus finalem reddiderit, quæ uero diffinitio dicit, domum esse lapides, & lateres, & ligna, ipsa materiam reddet. qualis est igitur forma domus? est quidem (ueluti iam dixi) ipsa causa forma, nisi dixeris formam continuam domus talem ex his, quæ dicta sunt, compositionẽ, materiam uero talia ligna, & lapides, & lateres, neq; enim quælibet sunt.

Alia autem in his formam horum gratia.

Assignatis duabus diffinitionibus, altera ex materia, & altera de forma, nunc inquit, aliam eẽ diffinitionem quãdam, quæ & materiam, & formam, & causam assumet, ueluti domum esse protectionem in tali compositiõe lapidum, & laterum, & lignorum, postea & causa est, & hæc est forma, in tali materia esse prohibitiuam corruptionis, quæ fit à uentis, & imbribus, & caloribus. nõ enim sufficit dixisse, quòd est protectio prohibitiua corruptionis, & quæ sequuntur, in affirmationẽ domus. per hoc enim sic & spelunca erit domus, & tentorium, sed opus est addere qualitatem materiæ, & compositionis.

Quæ igitur naturalis harum trium inquit diffinitionũ? Qualem naturalis esse dicemus? virũ quę circa materiã, rationem aũt ignorans? an quæ circa rationem solam? an magis q̃ est ex ambabus?

Cum dixerit? an magis ex ambabus, simul cum diuisione relictam particulam diuisionis adposuit? an magis ex ambabus cum dixerit, simul iudicium quoq; cõtexuit? ex ambabus autem dixit, quia quidem sunt tres in naturali diffinitiones, materiæ, formæ, & causæ, quod (ut sæpenumero dixi) causa ipsa forma est.

Illarum vero quæ est vtraq;, aut non est aliqua, quæ circa effectus materiæ non separabiles, neq; inquantum separabiles.

Cum dixerit in principio dialectici quidem esse diffinitionem datam de forma, naturalis autem de materia redditam: postea progressus & recte disposito sermone postquã dixit naturalis esse diffinitionem ex ambabus assignatam: quærit consequenter de reliquis duabus diffinitionibus, ea, q̃ de sola materia, & ea q̃ de forma redditur, cuiusnam sit artificis alterutra diffinitio, & qdem de ea, quæ datur de forma sola, nihil dicit, q, ea sit dialectici, de qua iam dixit. de ea uero, quæ est ex materia sola, dicit nullam esse artem, quæ circa materiam solam uersetur. omnis nanq; ars subiectæ sibi materiæ imponi formam uult. quare non est ars, quæ de materia sola diffinitur. at non simpliciter

 dixit,

dixit,qđ non est ars,quæ uersatur circa materiam,sed circa affectus à materia non separabiles, neq inquantum separabiles, eo quia omnis artifex non de materia simpliciter disserit, uerum de quadam,cui omnino quædam passiones per se accidunt,ipse quoq naturalis,& si de materia simpliciter disserit,de hac tamen cuiusdam disputat,quænam eorum,quæ fiunt in altis,materia & uniuersè,& particulariter,quænam grandis,quæ niuis,& reliquorum.Similiter quoq de his,quæ fiūt in terra,quæ animalium,quæ metallorum,& reliquorum.Quoniam igitur de hac cuiusdam materia est artificibus sermo,ipsa autem materia per se habet affectus accidentes,quorum quidem satagunt artifices,ideo apposuit circa affectus materiæ.Quærit enim faber ad ianuæ structuram ligna recta,qui si interrogetur,ꝓpter quid ita id faciat,respondebit ut illa conueniant inter se.Quærit ipse nauium fabricator,ut ita dicam,non ebenum,quia densa est,& non supernatat,fortasse aūt neq quercum,sed ea,quæ rariora sunt,ut cupressum,& talia.Similiter ædium opifex affectuum ꝓpriꝫ materiæ satagit,qđ non oportet(ita dicam)pumicosos lapides accipere,quoniam fragiles,& ita in omnibus reliquis artificibus.apposuit autem huic non separabiles,neq inquantum separabiles, non separabiles quidem,quoniam affectus enumeratarum materiarum,magis autem omnis materiæ,ueluti materiæ affectus inseparabiles sunt,ut materiæ nauigii lignorum hoc rarum,qui affectus est inseparabilis,uel lapidum materiæ domus hoc densum,hoc autem non inquantum separabiles,uidelicet inquantum neq ratione separari possunt,quidam nāq affectus ratione sunt separabiles,ueluti figuræ & omnia mathematica,consyderatione enim possumus hæc separare,hoc uero rarum ligni,uel densum neq cogitatione absq speculatione possumus.hi sunt igiť affectus materiæ,qui neq cogitatione separari possunt,qui quoq assumuntur in ratione materiæ,hoc eni(ut ita dicam)rarum lignum,hoc ipsum totum materia est.figuræ uero nō sunt affectus materiæ,sed corporis,corpori nāq informato accedunt,sed non quatenus nauali.quare quoq separabiles sunt ratione,qui enim sunt ut naturalium corporum affectus,hi sunt inseparabiles,ueluti rarum, densum,graue,eodem modo neq feruor iræ,qui est in sanguie,separabitur,neq per cogitationem,q̄ propter hoc totum,feruor sanguinis circa cor,est ipsius iracundiæ materia.non est igitur,inqt ars, quę circa solos affectus materiæ uersatur,sine aliqua ratione,& causa.Quare & ipse Plato bene inquit hoc ego non uoco artem,quæ fit irrationalis res.Quod si ita est,nullus diffinitionem ex sola materia assignabit.

Sed naturalis circa omnia, quæcūq; talis corporis, & huiusmodi materiæ sunt operationes atq; affectus, alius autem circa ea, quæ talia non sunt, & quidem circa aliqua, si contingat artifex, ut faber, uel medicus.

Quoniam igitur dixit,circa omnia,secernit ipsum,ab eo artifice,qui circa unumquodq est,singulus nāq illorum circa particulare aliquod se habet.Dicendo autem,talis corporis,ipsum separauit à mathematico,non enim figuras,inquantum talis corporis figuras,cōsyderat.Quare neq materiam in diffinitionibus assumit.adhuc uero separare ipsum posset & à dialectico,& à primo philosopho,nullus nāq horum inquantum talis corporis hos affectus cōsyderat,neq in materia quēadmodum iam diximus,de omnibus igitur naturalis opus est dicere quæcūq talis corporis sunt, non enim solum de corpore disputabit,uerum etiam de hoc corpore,de omnibus igitur inquit,ꝑ quæ singulum corpus hoc aliquid est,& de tali materia,nāq uniuscuiusq continuam materiam reddit cum propriis ipsius affectibus,uel operationibus.omnia nāq corpora materialia in faciendo,uel patiendo uidentur,uel operationes,& affectus(ut ait Alexāder)pro hoc dicet de affectibus his,qui sunt in materia,& corporibus cum ratione ipsorum uidelicet causa,quæ autem non talia sunt,alius non talia quæcūq enumerauit.Si nāq particularis artifex circa ea,quę dicta sunt,uersatur,non saltem circa omnia,horum igitur pręter ea,quæ dicta sunt,de quibusdam quidem uniuersalis artifex disputabit,ut faber de lignorum rectitudine,aut ariditate.de quibusdam autem medicus,de corporibus ægrotantibus.

De non separabilibus quidem,inquantum autem non huiusmodi corporis affectus,& ex abstractione mathematicus.

Etenim mathematicus de inseparabilibus quidem formis disserit: at non ut talis corporis affectus sint,uidelicet non ut æris affectus,aut ligni,aut cuiusdam talis,at ueluti deprædatus ea,q̄ sunt materiæ,hoc enim significat,quod aitex abstractione:sic de ipsis per seipsa cōsyderat. Carnis enim

forma,& ligni,& talium inſeparabilisq́, eſt,& talis corporis affectus haud ſeparari poteſt à tali elementorũ concurſuq́,,& temperamento,quare neq; per conſyderationem ſeparari poſſunt, mathematicas quidem figuras/inquam/eſſe & ipſas inſeparabiles à materia,ſed non ut tale ſubiectum exiſtẽtes ipſi,quapropter & plurimis eę ipſę ſunt,& ligno,& lapidi,& aliis plurimis carnis forma, uel oſſis non ſic ſe habente,igitur qa talis corporis non ſunt affectus,propterea & animo ſeparari poſſunt,impediente nihil materia,in qua conſtiterunt.

Quæ vero ſunt ſeparata primus Philoſophus.

Volentes Philoſophũ ſcire, dictiunculæ huius ideas accipiunt: ecce inquit ſciuit ſeparabiles formas horum,quæ hic,de quibus inquit primũ Philoſophum differere,conferũt autem,& alibi ipſi dicta in teſtimoniũ,quod ipſe eſt,qui dixit eſſe ordinẽ duplicem,alterum quidem in Imperatore,alterum uero in exercitu,& eum,qui eſt in Imperatore,cũ facere,qui eſt in exercitu,& rurſus/inquit/ eſſe duplicẽ ſanitatẽ,alteram quidem in medico factiuã ſanitatis ſecũdum rationem, alteram uero in ſano corpore,quare ſciuit & ſeparabiles formas,alii aũt nõ uolentes ideas ipſum dicere inquiunt eum dicere ſeparabiles formas ſubſtantias ipſas diuinas, quæ quidẽ omnino diuiſæ ſunt à materia. quemadmodum ipſe quoq; alibi dicit eas abſq; potentia eſſe operationes.

Sed redeundum eſt, vnde oratio defluxit!dicebamus autem quod affectus animæ inſeparabiles, eſſent à naturali materia animalium, inquantum tales ſunt ira,& metus, & non quemadmodum linea,& ſuperficies.

Poſtq̃ dixit paſſiones animæ materiales eſſe rationes,& ideo non de omni aĩa naturalis eſſe differere,ſed de ea,q̃cũq; eſt nõ ſine materia,& ob eam rẽ coactus dicere quot modis materialia ſint diffinienda,qualiq́, diffinitione naturalis ipſe uteretur, poſtea cum pterierit, atq; dixerit,qui nam reliquis utantur diffinitionibus,quod nihil ad ppoſitum tractatũ confert,nunc in ſermonẽ de paſſiobus aĩæ regreditur,& ea,quæ dicta ſunt in memoriã reducit,quod animæ paſſionibus ad inuentionem diffinitionibus egemus. Scimus igitur/inquit/ quæ animæ paſſiões dicũtur,eas animæ ſolius haud eſſe proprias,at utriuſq; ſimul,& ab hoc inſeparabiles,quæ neq; conſyderatione ſeparari poſſunt,quemadmodũ in linea,& ſuperficie,hę nãq; licet habeant à corporibus inſeparabilẽ inexiſtentiam,conſyderatione ſaltẽ ſeparantẽ,non ſic igitur animę paſſiones ſunt ſeparabiles,quemadmodũ linea,& figuræ,ſed ueluti,quæ à materia neq; cõſyderatione ſeparari poſſunt. impoſſibile nãq; eſt irę eſſentiam cõſtruere,qui materiæ non meminit,ſimiliter quoq; de aliis paſſionibus,hoc enim ſignificat eo ipſo,inquantum tales ſunt,nãq; ira,inquãtum ira,eſt à corpore inſeparabilis, feruor nãq; eſt ſanguinis circa cor,ſimiliter & in reliquis. linea uero,& triangulus,& talia,inquantũ talia ſunt,ſeparabilia ſunt,quãuis habeant inſeparabilẽ inexiſtentiam,quare illorũ quoq; diffinitiones abſq; materia redduntur, Quoniam igitur ira eſt & in ratione,eſt & in ſpiritu,eſt & in uiuo corpore,ueluti ratione quidem cõmitente ſpiritui cupiditatẽ,ſpiritu uero mouente ſanguinẽ circa cor animalis cupiditati,quẽadmodũ quoq; ſe habet in rege,in duce,& militibus,rex enim cõmittit duci ut quoſpiam puniat. Dux autem milites mouet,milites autem puniunt. quoniã igitur tertia eſt ira,ut non intelligamus ipſum dicere de ea,quæ eſt in ratione; quod eſt in ſeparabilis ab animali,hæc enim ſeparabilis ab omni corpore,uel de ea quæ eſt in ſpiritu,nãq; hæc quoq;,& ſi non ab omni,ſaltẽ à corpore terreno eſt ſeparabilis,unde dixit,inquãtum tales ſunt,uidelicet feruor ſanguinis circa cor,hęc enim uidelicet ira,inſeparabilis eſt ab hoc uiuo corpore.

Conſyderantes autem de anima,neceſſario ſimul dubitantes de his, quibus abundare oportet pertranſeuntes cõphendere opiniones priorum,quicliq; aliquid de ipſa enuntiauerit, vt quæ quidem bene dicta ſunt,accipiamus,ſin autem non quid bene, hoc ipſum vitemus.

Qđ quidem dicit,tale eſt,ſubſtantiam animæ inquirentes,& prædubitantes in ſermonẽ de anima(quoniam ueluti hic,& alibi dixit abundantiæ principium eſt ipſa indigentia)indigentes igitur dubitare de anima oportet cauſa abundandi,& quæ de ea ab antiquis dicta ſunt,prius pertranſire, & cauſam inducit,ut(inquit) ſi quidem bene quid dictum eſt,amplectamur,ſi quid autem nõ bene,hoc ipſum fugiamus,quæ quidem dicit hæc ſunt,quod autem obſcuriorem dictionem cõſtructio fecit,oportet paulum traducta ipſa ſic dicere,conſyderãtes autem de anima,neceſſe eſt opinio

nes priorum pertranseuntes prius,& simul dubitantes de quibus abundare oportet comprehendere quicunq; aliquid de ipsa demonstrauerunt,& quæ sequuntur, scopo de anima proposito(inquit) oportet prius pertransire,& enumerare sermone opiniones priorũ,atq; ipsas sermone comprehendere,& siquidem quodpiam nõ bene dictũ est,deuitare,si uero aliquid bene,complecti.

Principium autem quæstionis, proponere quæ maxime videntur esse illi secundum naturam, animatum igitur, ab inanimato duobus maxime differre videtur motuq; & sensu, accepimus autem & à maioribus hæc ferè de anima.

Qđ proposuit hoc fecit,& facit.dico quidem ex accidentibus per se animæ diffinitionem ipsius inuenire,dixit enĩ quod non sola accidentia per se ex diffinitione discimus,sed sæpenumero quoq; è conuerso ex accidentibus diffinitionem,quãdo manifestiora sint ea diffinitione,accipit igitur ea, quæ adesse animæ uidentur,hic autem motus,& sensus est,horum autem fidem facit ex his, quæ natura posteriora sunt,nobis uero notiora,quoniam quæ natura sunt posteriora,nobis sunt priora in cognitione,uidelicet animatum prius q̃ animam cognoscimus,animatum nãq; est anima posterius natura.Dicit igitur quodcunq; inuẽtum fuerit differre ab inanimato animatum, hoc ipsum ipsius est animæ, si nanq; ipsa res nunc animata, fiat inanimata,prius quidem cum sit animata localiter mouetur,& sentit,quando uero facta est inanimata,neq; mouebit,neq; sentiet,sensus igitur,atq; motus sunt ipsius animæ opera,& tãdem quidẽ dicit simpliciter hæc animæ accidisse, ipse suo non acquiescens sermoni,sed illud inferens omnes,qui ante ipsum fuerunt, huiusce fuisse sententiæ,enumeraturus autem statim est opiniones eorum,qui fuerunt ante,dicens qđ hæc duo accepimus de anima ab antiquis.Quare neq; dixit maxime existentia illi scđm naturam,sed quæ maxime uidentur esse illi,Quoniam igitur nõdum suam detegit opinionem,sed antiquorum sententiam denudat,ideo sensumq;,& motum dixit cõmuniter animæ adesse,uerum non hæc omni animæ adsunt,non enim uegetatiuæ sunt,sed animalibus.ipse igitur deinceps diiudicans, & propriã sententiam exponens animam dicit esse uniuersaliter authorem uiuendi,uiuere nãq; facit ea, in quibus nata est,uiuunt autem uiuentia nutrita,& aucta,& generãtia similia sibi ipsis,ex unaquaq; enĩ potentiarum istarum animam contemplantur.hoc igitur uniuersaliter omnis animæ est ꝓprium, animalium uero dicit esse(proprium)cogitare,& iudicare,& sentire.Hic sanè sequens antiquiores animæ dicit esse sensum,atq; motum,motũ dicens localem,& huius qui ab impetu animali in seipso fit,cum res mota principium motus habeat,mouentur enim naturalia quoq; corpora,sed nõ naturaliter,neq; principium motus in se habentia,sed ab alio extrinsecus mouentur,nõ enim natura glebæ est ut feratur infra,sed ad id quod scđm naturam talem motum habet,cum in loco ꝑter naturam sit,unumquodq; enim in integritate sua persistere natum est,nãq; aut stare uolunt integritates,aut orbiculariter moueri,quare motus quoq; circularis statio est,sphæra nãq; ignis,atq; aer circa ipsam cum mũdo moti,talem quidem motum uiolentum habent,non tamẽ ab eo,qđ est secũdum naturam,digrediuntur,nãq; cum circulariter moueãtur,proprium locum tenẽt,nõ enim sunt in loco ꝑter naturam,uidelicet in loco circa terram,sed & propriam quietem moti circulariter habent,particularis ignis,& particularis aer,& aqua ipsa,uiolentia quadam extrinsecus exagitante à loco,qui est illi scđm naturam,rursus ad eum locum qui scđm naturam illi est,uiã mouet, in quocũq; autem mouetur loco uelut in alieno existens,& extra ꝓpriam integritatem, ꝑter naturam est,igitur non est motus natura in locum scđm naturam,& ipsæ integritates tales motus non mouent.oportet autem magis ipsam naturam in integritate differri,non igitur ipsi motus in partibus sunt.At uiæ,quæ ad locum scđm naturam ferunt,cœlestibus ergo natura est circularis motus,& hoc partibus totum sustinet,& in toto magis,quã in partibus circularis apparet motus, uelocissima nãq; est ipsius totius reuolutio.Sic igitur tales motus nõ scđm naturam,sed uiæ sunt ad illud quod est scđm naturam,uerum possunt aliter dici scđm naturam,quemadmodum quoq; dicimus sanationem scđm naturam,ꝑter naturam uero ipsam uelut infirmationem, quòd illa quidem scđm naturam agit,hæc uero præter naturam.Sic igitur (inquit) maiores cũ sensum, atq; motum animæ esse definiuissent,& bene hoc,etsi non omnis,male quæ sequuntur,concluserũt,postq̃ enim putauerunt omne mouens moueri:si mouet(inquiunt)anima,omne autem mouens mouetur,illud sequitur quod ipsa moueatur,male motum localem dicentes,siquidem enim corpus sit mouens, illud certe, quod mouetur, mouebit,ueluti ianuam baculus,& baculum manus, & manum totum corpus,& ipsum corpus anima,siquidem sit incorporeum primũ mouens,non illud

necesse est,ipsum moueri,scilicet localiter,nam deus quoque mouens ipsum mundū imobilis est habens & substantiam,& potentiam,& actionem stantem,preterea nihil ex his,quæ appetunt mouens mouetur,herba nanque ad appetitum mouet asinum,cum tamen ipsa non moueatur,& ipsa similiter imago stans amatorem mouet.

Dicunt enim quidam, & maxime, & primo animam esse id quod mouet, existimantes autem quod non mouetur,ipsum non contingere mouere alterum eorum, quæ mouentur, aliquid animam,sic arbitrati sunt.

Bene apposuit,primo,mouet enim baculus ianuā,sed non primo, sed neque ipsa manus primo neque totum corpus,at ipsa anima.Dicit ideo maxime mouens,& primo est anima ipsa.

Quocirca Democritus quidem ignem quēdam, & calidum eam dicit esse,cum nanque sint infinitæ figuræ,& atoma,rotūdum dicit ignem,atque animam,velut in aere quæ ramenta dicuntur, quæ per fenestras in radiis adparent.

Cum dixerit,accepimus autem & à maioribus hæc duo de anima motūque,& sensum,primū Democriti opinionē exponit,hic enim naturaliū corporum atomos,& uacuū dixit esse principia,nanque esse in mundo infinita indiuidua corpora,infinitis figuris uariata,quorū coitio,& separatio generationem,& corruptionē facit,& differētias esse naturaliū corporum de figuris atomorū,de quibus corpora composita sunt,& ad hoc à positione ipsarum,atque ordinē,quēadmodum diffusius in naturali auscultatione diximus, Cum igitur putaret Democritus esse animæ motū, ignem dixit esse illam,propter motus facilitatē,de rotundis autem atomis esse ignem dicit,quoniā sphera est facilioris motus figura,utpote quę secundū punctū plano hæret.Quoniam igitur mouet anima,oportet autem mouens moueri maxime,quæcūque enim magis mouentur,mouent,ob eam rem ex facilioribus mobilibus atomis rotūdis ignēque,& animam constare dicit. Quare sic ego dico Democritum, cum dicat animam esse ignem,in Heracliti sentētiam uenire.Differt autem,quòd ille continuū corpus hunc esse ignem dixit,quod nos quoque dicimus,Democritus uero non continuas esse atomos asseuerat,uerum uacuo dispesci,uelut ea,quæ in aere uocātur ramenta,quæ in radiis solaribus per fores apparent.At ipse democritus nequaquam dixit ea, quæ uidentur in aere per fenestras, puluerulenta quædam, ex his esse uel ignem,uel animā,uel omnino has esse atomos,at quēadmodū dicit,in aere sunt hæc,quia uero propter paruitatē suam non apparēt,ea neque esse uidentur,dephenduntur autem esse in radiis solaribus cum per fenestras immittuntur,sic esse minuta,& inuisibilia propter paruitatē corpora indiuidua,quæ ipse putabat esse omniū naturalium principia, quemadmodū medici compositorum principia quatuor elementa,quorum rotundas atomos facit animam,atque ignem.

Quorum omni seminarium elementa dicit totius naturæ, similiter quoque Leucippus.

Omniseminarium multitudinē figurarum dicit, quemadmodum enim in omni seminario,in cumulo est & frumentum & ordeum,& alia semina, sic in atomis figurarū semina omniseminarii esse dicit,& ipsum quoque Leucippum esse huiusce opinionis esse asserit.

Harum autem rotundę animā,propterea quod maxime possunt per totum penetrare semper tales ῥυσμοὺς,& mouere reliqua,cum moueantur & ipsę,credentes animam esse id, quod præbet animalibus motum.

Rhysmus est dictio abderica,significat autem figuram,neque certe tolerare debemus eos,qui tentāt huic dictiōi dare etymologiā,uelut à ῥύεσθαι .i.reuoluere,siquidē.n.rotunda solū figura Rhysmus diceretur,apti quidem essent ad persuadendum illi,qui etymologiā istiusmodi afferrent, nūc autem omnem figuram Rhysmon dicunt.Quare non illi,qui ferunt etymologiā, admittēdi sunt, quid enim dicent in cubo?non enim hic εἰλεῖται.i.reuoluitur,sed siue omnino dictio hæc etymologiā capit,eam quidem secundum patriam linguam suscipiet,quemadmodum quoque(si id eueniat) romanæ dictiones,aut aliæ quædam in propriis linguis etymologiā ferunt.tribus autem uocibus indigenis Democritus usus est, hæ autem sunt,Rhysmus,Trope,diathige,significat autē Rhysmus figuram, Trope uero positionem,at diathige ordinem,dixit igitur(inquit)ut facilioris motus existentibus rotundis,esse ex illis animam,ea enim magis,quàm alia penetrare,& mouere animal totum,

tum,cum moueantur.atqui magis penetrare simul possent pyramidales atomi uelut acuti anguli existentes,& incidentes magis, nisi quis dicat bases ipsas impedimento esse, rotundas uero delabi quod angulis careant.

Vnde & uiuendi terminum esse respirationem, cõstringente enim eo quod continet corpora,& extrudente figuras eas,quæ animalibus motum præbent.

Conabantur sectatores Democriti,quæcũq; accidebant animali suę opinioni consona demõstrare:dicebant enim frigidũ esse quod corpora continet,atq; ob eam rem densa faciens corpa,& densatorum eiaculari atomos rotũdas,unde animali & anima,& ipsum uiuere adest. Quoniã igitur eiaculatis atomis rotũdis periculũ est,ut animal corrũpatur,auxilium quoddã factũ est animali, ipsa inspiratio,inspirans enim extrinsecus alias atomos rotũdas pro eiaculatis uiuere.quare eousq; uiuimus,quousq; respiramus,respiratione autem cõpressa,nos quoq; uiuere desistimus: nõ solum autem quod ingrediantur per respirationem sphæricæ atomi,& adcernantur loco earum,quę sunt egressæ,nobis accidere ut uiuamus:uerum etiam q ingredientes per inspirationẽ,phibeant egressuras impetu maiori,atq; eodem modo plures factas motuq; facili calefactas ipsum subiectum depellere frigus alienum,quod ipsis causa est,ut emittãtur. Quòd si quispiam quæreret,quid igitur solas rotundas inspiramus?illi quidem dicerent,quòd etsi non solas,plures tamen motu q̃ faciles, quemadmodũ quoq; ex frigore,spissitudine has emitti,quod lubricę,cum careant angulis,sunt,& propterea naturaliter motu q̃ faciles.respiratio autem dicitur & de inspiratione, & de expiratione, nunc uero pro inspiratione ipsam acceperunt.

Ex eo quòd non est ipsas quiescere vnquam,adiumentum fieri foris ingredientibus alijs talibus inter respirandum.

Obiectionem quandã,quæ per hęc esse uidetur,soluit.diceret enim illi quispiam.Quid autem nonnè satis idoneæ sunt,quæ intus à principio sunt atomi,uiuificare ipsum animal?quid autẽ ipsæ solæ ab ipsa densitate excludũtur? certe inquit,quoniam nullo quoq; excludente cum sint motu facili,ipsæ per se non quiescentes educũtur,quare auxilii extrinsecus indigent.

Prohibere namq; has,& quæ sunt in animalibus egredi cohibentes simul constringens & comprimens,& viuere quoad hoc possunt facere.

Hæ inquit ingredientes per inspirationem,non solum ipsæ sunt causa uitæ:uerum etiam quæ egressuræ sunt,ipsius motus caliditate frigus externum propellentes ,phibebunt, quin iam egredientes contrahũt motu maiori,ductum nãq; motuum, qui maior est minorem secum trahit,sic igitur cum alię expirentur, alię inspirenť,si,quę inspirantur sunt plures,reliquas cõtrahunt.

Videtur autem & quod à Pythagoricis dictum,eãdem habere sentẽtiam,dixerũt enim quidam ipsorum animã esse,quæ sunt in aere ramenta,alij autem quod illa mouet.

Secundam opinionem Pythagoreorũ de anima enumerat. horum autem quidam animã esse dicebãt ea,quę per fenestras in radiis solaribus apparẽt puluerea corpuscula,alii uero,quod ea mouet,non ut ea ipsa esse animam illi dicerent,ridiculum nãq; esset,uerum nos hoc scimus,quod ipsa Pythagoreorũ doctrina mystica erat,q dogmata sua occultabant,ne (ut ait Plato) coriariis quoq; sapientiam suam palã facerent: quẽadmodũ igiť in poeticis fabulis (ut ipse rursus Plato inquit) si quidem apparentiæ ipsarum fabularũ quispiam acquieuerit,ipsas quidem deridendas uidebit,qđ si,quæ in illis occultatur,sententiam quæsiuerit,spiritu quidem numinis indigebit,idem quoq; de Pythagoreorum doctrina dicendum est,si nãq; quod apparet accipiemus,deridẽdum quidẽ illud erit,nõ aũt qđ ad sapiẽtes ptineat,uerũ uetularũ. nugæ, qđ si illi sapiẽtes erãt,qđpiã ex apparẽtibus sanctius q̃rere oportet.quẽadmodũ igitur qui dicũt harmoniã esse animam,non eam,quę in chordis est,harmoniam dicũt,id enim ridiculum eẽt,sed quia quẽadmodum harmonia,sicut ipsi Pythagorici definiunt,est multorũ mixtorum,& diuisim affectorũ unitas,grauem nãq; sonum,atq; acutum contrarios existentes cum ipsa harmonia miscuerit,artificiosum perficit. Sic & aĩa nostra harmoniæ est omnino causa.cum nãq; sint ea,quæ semper supra intelligibilia inquit,& omnino à materia separabilia,& ea,quæ semper infra, & à materia inseparabilia, sintq; huiuscemodi,ut inuicem

veluti potentia quadam circa ipsam veritatem,sed idem dicit animam atq; intellectum. Anaxagoras autem de ipsis minus explanat,frequenter enim iusti, & boni causam ipsum intellectum dicit,alibi vero intellectum esse idem cum anima,in omnibus enim esse idem animalibus & magnis, & paruis, & pretiosis,& non pretiosis non apparet autem,qui secundum prudẽtiam dicitur intellectus,omni bus similiter adesse animalibus,at neq; omnibus hominibus.

Cum enim de uulnere fine sensu iaceret Hector ueluti sentiens: dixit, ait Poeta q iacebat mente alienatus,in idem ducens cum prudentia sensum, tãquã non esset intellectus potentia quædam circa ueritatem alia prçter eam potentiam,quæ circa apparens,& sensibile se habet,quare non sentire,uel desentire alienatum mente dixit Homerus. Democritus igitur aperte intellectum atq; animam esse idem dicit. Anaxagoras autem aliquando intellectum ab anima separe uidetur, aliquãdo uero in idem reducere. Quando enim dicit intellectum esse potentiam,& causam eorum,quæ bene,& iuste sunt,ab anima ipsum separat: id enim,tãquã sint & quæ nec iuste,nec bene se habent, & circa ea alia.f.animæ potentia uersetur,sic intellectum iustorum bonorumq; esse causam dicit, ueluti pter animam diuinior sit intellectus,at rursus in aliis intellectum,atq; animam in idem ducens,hæc ipsa confundere uidetur,in quibus ait intellectum in omnibus esse animalibus & paruis, & magnis,& pretiosis,& uilioribus,intellectus autem proprie dictus secundum prudentiam,non in omnibus animalibus esse uidetur. at quid ego in animalibus dico? sed neq; in omnibus hominibus,quare cum dicat in omnibus animalibus esse intellectum,animam ipsam eum dicere concedamus. omnes igitur ii motum esse animæ proprium credebant,non omnino tamen quemadmodũ Democritus: non ut Democritus aperte,& semper hoc inquit idem esse ĩtellectum,atq; animam. Sic & Anaxagoras,at tum idem,tum aliud(ut diximus)non quidem utitur intellectu ut quadam potentia circa ueritatem,sic enim quoq; uerus est sermo,intellectum potentiam esse animç,qui ueritatem cognoscit,sed ipsum aiam esse,intellectum esse dicebant Anaxagoras,atq; Democritus.

Quicunq; igitur ad id quod mouetur,animatum, respexerunt,in animam ipsam maxime motiuã crediderunt: qui vero ad cognitionem,& sensum,eorum,quæ sunt,hi quidem principia esse animam dicunt,alij quidem plura facientes principia,alij vero vnum idem,velut Empedocles ex elementis omnibus,esse autem vnumquodq; animam horum dicens,hoc modo.

Dixit motum,& sensum maxime propria esse ipsius animæ,unde quoq; animatum in hisce ab inanimato differt. his igitur de anima declaratis,alii quidem in ipsius motiuum respicientes, ex iis quæ maxime motiua sunt,apud ipsos constare dicunt,alii uero in cognoscitiuas potentias respexerunt. postquã igitur enumerauit opiniones eorum,qui in ipsius animæ motiuum respexerunt, & eo modo de ipsa definiuerunt: nunc eos,qui ad ipsius uirtutem cognoscitiuam respectum habuerunt,enumerare uult. Dicunt igitur,quòd ipsum cognoscens ipsi cognito uult esse simile,sic simili cognoscitur,uult enim cognoscens cognito,& simile simili congruere. Qd si omnia,quç sunt anima ipsa cognoscit,illam propterea ex omnibus quæ sunt,esse oportet. at quoniam hoc impossibile est,quòd scilicet illa sit omnia,quæ sunt: oportet igitur illam ex omnibus esse principiis, ut ea ipsa principia habens cum omnibus quæ sunt per ea,quæ sunt omnia cognoscat. inde igitur illi omnes ex principiis animam faciunt,unusquisq; secundum sententiam suam. alii quidem plura principia dicentes,eam de pluribus cõstare faciũt: alii uero ex uno,qui unum confessi sunt. Primum autem Empedoclis opinionem inquirit,qui existentium principia materialia quatuor eẽ supposuit,quatuor hçc elementa,factiua uero duo contentionem,atq; amicitiam,ex iis igitur ipsam esse animam & inde esse rerum cognitionem dicebat.

Terra etenim terram,atq; vnda vidimus vndam.
Aethere at æthera diuum,ast ignis mobilis igne est.
Notus amore amor,& tristi discordia lite.

Manifestum est quod cum esset Pythagoricus Timçus,& Pythagoreorum doctrina allegorica, ipse quoq; dicebat allegorice, cũq; animam ex elementis esse diceret,hoc modo dicebat, uidelicet non tãq esset ex igne, ex aqua,& reliquis, quid enim magis ipsa aliena elementa cognoscebat? an elementa ipsam? non igitur sic simpliciter elementa hæc esse animam dicebat,sed ut ea, quæ in se

ipsa horum rationes haberet, dicebat autem de contentione esse atque amicitia, quoniam uidebat ipsam habere potentiam reducentem, & deducentem, uocabat igitur ipsius reducentem potentiam amicitiam, contentionem uero deducentem: amicitia namque unionis est causa, magis autem unita sunt intelligibilia, quanto & propius sunt uno omnium principio, cōtentio autem in sensibilibus principatum tenet, ea est disceptatio. quare quoque dixit, sic & ego huc sum profugus diuinitus contentione insanienti errabūdus obediens. eadem quoque Plato dicit in Timaeo, nāque animam dicit esse ex hoc orbe, & ex altero, rursusque, in Phaedro habere ipsam inquit equū pulchriorem, & peiorem, per hos obscure innuens potentias & reducentes, & deducentes, aliquando nāque anima secundum intellectum operatur, & ad diuina reducitur, aliquando uero in materiam deducitur. propterea igitur dicebat Empedocles ex amicitia, & contentione ipsam esse animam, quoniam quoque omniū eorum, quae sunt, haec esse principia factiua supposuit, quoniam uidebat in omnibus & identitatem, & alterationem, & cōiunctionem, & separationem, sed in intelligibilibus magis amicitiam, quā contentionem uincere, in sensibilibus autem è conuerso, quod illa (quemadmodum diximus) cum uno omnium principio sint propius, coniunctione magis principatum tenent. id igitur patet quòd ipse Empedocles allegorice hęc ipsa accipiebat, & cum ipsam animam de quattuor elementis esse diceret, non ipsa elementa animam esse dicebat, sed horum rationes in ea esse. dixerimus quoque ad Aristotelem consutátem quod apparet, quod quemadmodum tu formarum locum dicis animam, & nullus quidem hoc diceret in anima esse equum, uel hominem, sed rationes formarum formas dicis, eodem certe modo quoque Empedoclem consentaneum putare dicere, siquidem sapiens erat uir: magis autem & de alijs fortasse hoc consentaneum dubitare, si enim sic ut est apparens, animam dicebant uel ignem, uel aquam, uel quodpiam tale, & non secundum quandam conuenientiam haec ipsa accipiebant, & multis quidem indoctis peiores erant: uelut Empedocles ex elemētis omnibus, esse autem, & unum quod animam, totam quidem ex elementis animam dicebat, ac si esset ipsa alia praeter unumquodque horum, singulum quodque autem inquit animam dicebat esse, adhuc autem contentionem atque amicitiam, cognoscere autem singulas res per unumquodque horum: quoniam simili simile cognoscitur, sic autem secūdum ipsum sex animas habemus. Possibile est autem esse unumquodque horum animam audire, tāquā partem, neque potentiam animae. dicimus enim quoque nos iracundam animā, & nutritiuam, uidelicet animę potētias, animas uocātes.

Eodem autem modo in Timaeo Plato ex elementis animam facit, simile namque simili cognosci, res autem ex principijs esse.

Plato etiam (inquit) ex iis, quae sunt apud ipsum principia, de quibus omnia constare dicebat, esse animam dixit, ut cum sit ex illis, omnium principiorū omnia cognoscat. dicebat autem quinque genera esse omnium principia, substantiam, identitatem, diuersitatē, motum, statum: haec autem nōn sic esse genera dicebat, ut sunt ea, quae apud Peripateticos habentur, quę diuisa sunt inuicem, & ex unoquoque catena quaedā generum atque specierum subalternarū tradita est. Verum genera ipsa uocauit, tanquam per omnia, quaecūque sunt, ea tendant, in omnibus enim substantia est, per quam uniuscuiusque est esse: est etiam identitas in quātum ex uno existētium principio sumus: habemus quoque diuersitatem, quoniam multitudo sunt ea, quae sunt: ubi autem multitudo, diuersitas est. motus quoque in omnibus existentibus est, motum autem dico non imperfectā operationem (ut ait Aristoteles) at operationem uniuscuiusque: omnia nāque, ipsa etiam inanimata, propriā habent operationem, uel enim calefaciunt, uel frigefaciunt adiacentia, uel humectant, uel exiccant, uel aliud quid tale faciunt. in omnibus quoque status conspicitur, etenim quae semper mouentur, statum participāt. non modo enim quòd ipsa stet integritas, uerum etiam quòd ipse maneat cōtinuus motus, status est. in quantum igitur quae mouentur, in motu perseuerant uel semper, uel usque ad aliquod tempus, per hoc ipsum statum participāt. ex his igitur generibus animam Plato facit, eam nāque dicit eē de substantia, de integritate, de diuersitate, de substantia autem non contingenti, sed de substantia inseparabili, & separabili circa corpora, ex his utrisque fieri ipsius animae substantiam dicit, quo sit utriusque cognoscitiua, sed quia omnium cognitio uel similitudine uel idētitate fit, uel dissimilitudine, uel diuersitate. quod enim est album, albi appositiōe cognoscimus (quod nāque albo simile est, album est) & oppositione nigri, contrariū nāque nigri est album. & haec in cōstitutione ipsius mixta sunt inquit, cūque de huiusce natura dicat, de natura quoque alterius dicit. quid ita autem dicat animam sponte, & semper moueri, id patet, in hoc autem statum quoque habuerit. Res autē ex elemen

tis esse, uidelicet exsitia, quorum ipsa habet anima cognitionem. propterea igitur, quoniam ex ipsis principiis est exsitibus ipsis rebus, simile uero similis est agnoscitiuum, cognoscit enim oia, ex ipsis elementis fecit animam iis, quæ sunt, ut simili, simile cognoscat, manifestum est quod maxime animæ cognoscere proprium est, & eodem modo credidit.

Similiter autem & in de philosophia dictis determinatum est.

De philosophia, dicit ea, quæ de bono inscripta sunt, in illis autem nõ scripta colloquia Platonis Aristoteles cõmemorat, est aũt legitimus eius liber. ibi igit Platonis, & Pythagoreorũ de entibus, & principiis opinioné memoriæ pdit. id igit dicit eos dicere formas eẽ numeros, numeros autem denarios, unãquãq; eni formã decada noiabat, nũeros igit ipsas formas uocabat, uel qa, quẽadmodum numerus ea, quę subiecta sunt metit, atq; definit, eo quoq; mõ materiã formę metiũtur, atq; definiunt: quę enim in materia ingenerantur, eam ipsam materiam, q̃ per se indefinita est, definiũt, & terminant: uel quod, ut omnes numeri ex uno unitatis principio deducti sunt, ita formę ex uno omnium principio deducũtur. numeri igitur ob eam causam dicebantur, denarii uero propter ipsarum formarum perfectionem, numerus enim pfectus denarius est, omnem nãq; numerum in se ipso complectitur, qui enim numeri sunt post decada, in alios ab unitate iterum reflectuntur in decada, quare decas quoq; uocata est, quasi quædam sit δεχὰς i. suscipiens numeros. principia autem harum formarum dicebat unitatem, & dualitatem, & ternitatem, & quaternitatem, quoniam numeri, qui ab unitate usq; ad quaternitatem componuntur, decem faciunt. 1. 2. 3. 4. decem fiunt. esse igitur decem dicebat hęc principia quaternaria, & cõmuniter in omnibus entibus, & priuatim, & in intelligibilibus, & in naturalibus, & in sensibilibus. Cõmuniter igitur in omnibus unitas quidẽ intelligibilia, impartibilis enim ab illis non solum substantia, sed etiam operatio in statu, & imobilitate conspicitur, dualitas autem, & scientia, uel ea, quæ scientia prædita sunt, definite enim ab hoc ad aliquid se habet, quia scientia à definitis, in definita transitus est: non est enim scientia indefinita, inde enim quoq; græce ἐπιστήμη idest scientia dicta est, eo quod ἐπὶ στάσιν, idest in statum nos ducat. Ternitas autem naturalia, & opinabilia, naturalia autem dico uniuersalia in naturalibus, circa q̃ uersatur opinio, quemadmodum quoq; in Timæo Plato ait, quid hoc quod semper est, generationem minime habens? intelligibile dicens. Quid autem quod semper fit? nunquam, ea quæ sunt in physicis uniuersaliter dicens. si nãq; semper fieri ipsum dicit, & quidẽ fiunt naturalia, sed in iis particularia quodam tempore exsitia, non quidem semper fieri dicerentur, id patet esse de uniuersalibus eum sermonem, circa quæ opinionem quoq; operari dicit, hoc enim intellectione inquit cum ratione cõphensum. i. intelligibile, illud autem rursus opinione cum sensu irrationali opinabile est. Ternitas igitur hoc est, quia opinabile sit. quare ternitas qdem opinio est, quod gestiat ab hoc, non tamen definite ad aliquid ferri, sed uel sic, uel sic: talia autem naturalia sunt, quæ esse in fluxu habeant, & nõ omnino sint imobilia, atq; immutabilia, sed in formis quidem stantia, at huc & illuc alterationibus per contrarias mutationes permutantur. ternitas igitur sic se habet in his, & si dixeris cœlestia mutari localiter, alia quidem ab oriente in occidentem plagam, alia autem ẽcõuerso, & ab austro quidem alia, in boream, & alia ẽcontrario à borea in austrum. in sensibilibus autem particularibus dico, & atomis ipsa quaternitas est, at quomodo (inquis)? id pcedentes ostendemus. hoc igitur modo quaternarium principium cõmuniter in omnibus entibus contemplamur, priuatim uero dicunt quod in intelligibilibus ipsam contẽplamur, priuatim in naturalibus, priuatim in sensibilibus, & in atomis, propterea autem dicebat ipsum animal, quod apud ipsum est, sic ipsa animalis idea, & exemplum, & ipsum numerum decenarium, quem constare ex uhitate prima, & dualitate, & ternitate, & quaternitate, uidelicet ipso uno, ipsa dualitate, ipsa ternitate, & ipsa quaternitate. Secundum autem huius analogiam, & in post ipsum animal animalibus, imortalibus uidelicet, & mortalibus hæc esse principia: quẽadmodum enim numeri denarii sunt omnia, hoc quoq; modo ex unitate, dualitate, ternitate, & quaternitate sunt omnia. Sed ipsum quidem animal ex prima unitate, & dualitate, & ternitate, & quaternitate: alia uero quæ post ipsum sunt animal, secundum analogiam elongationis, qua ab ipso animali recesserunt. sic & à principiis reducta sunt: non enim eadem absentia distant ab ipso animali diuina, & imortalia, & ea, quæ morti obnoxia sunt animalia. igitur diuina quidem sunt & ipsa ex unitate secunda, & dualitate secunda, & ex ternitate, & q̃ternitate similiter. & sic semper secundum analogiam elongationis ipsius animalis elongatio fit ipsorum principiorum. dicebat igitur hęc esse quoq; denaria principia in intelligibilibus, in naturalibus, & in sensibilibus: atq; ideo, quoniam anima hæc omnia cognoscit ita esse, ipsam quoq; eẽ ex

his principiis unitate,dualitate,ternitate,& quaternitate.quam igitur dicebat in intelligibilibus eẽ unitatem,dualitatem,ternitatem,& quaternitatem:theologiæ fit hoc dicere.Sed neq; quã in phy ficis dicebat,eam possumus expedite dicere:diceret autem quispiam,& in his eẽ quaternitatem, ꝓ pterea quod animalium species quatuor in mundo uideantur,quæ cœlum,quæ aera,quæ terras, & aquas incolant,in sensibilibus autem pũctum unitatem accipit dualitatem,lineam,ternitatẽ superficiem,quaternitatem uero ipsum solidum,hæc enim corporis ipsius principia sunt.Vnitatem quidem ipsum punctum,quod est impartibile,dualitatem uero lineam,quoniam ex ipso puncto fluente linea facta est,quæ duobus punctis terminatur,& est longitudo sine latitudine. Ternitatẽ autem superficiem ipsam,uel quia trigonus figurarum prima sit,uel quod magis dicẽdũ est, quia quemadmodum punctus ex ipsa distantia secundum longitudinem fluens alterum punctum fecit,si ita hoc ipsum punctum per latitudinem fluat,rursus & alterum punctum generabit, quare sic tria puncta fiunt.Vnum quidem ipsius longitudinis terminus,alterum autem latitudinis, tertium uero cõmune ambobus.Quaternitatem autem ꝑ ipsum solidum capit,siue quia pyramis figurarum solidarum prima est,quæ quidem quatuor triangulis constat,siue rursus secundũ candem analogiam,nam ueluti punctus fluens in longitudinem alterum punctum fecit,& iterum in latitudinem fluens alterum fecit,hoc modo si in profunditatem fluat,adhuc alium faciet:quare q̃tuor puncti fient,oporter autem lineam rectam profunditatis in sublime tractã cognoscere: sic igitur in sensibilibus,unitas,dualitas,ternitas,& quaternitas insunt.quoniam igitur quæcũq; sunt,anima ipsa cognoscit,eã merito ex his esse principiis dicebat,ut omnia cognosceret:esse ergo in ipsa unitatem intellectum ipsum,per quem intelligibilium apphensiones facit,impartibilis nãq; est intellectus obiectione simplici res ipsas cognoscẽs:dualitatem autem cogitationem ipsam,nãq; habet hoc unde quo,perficit enim uiam quandam,& à propositionibus ad conclusionem transit. Ternitatem uero opinionem ipsam,quoniam ipsa gestiens aliquid opinari,ambigit,& quasi uiam scissam facit, utrum huc,an huc conuertatur,ac si uiam quandam perfecerit,deinde ingressa in uiã ambiguam, & dubitans,an huc,an huc uertatur:sic opinio quadã suppositione usa,& opinata quiddã de ipsa uolens dubitatione utroq; conuertitur firmãdi propositi nescia,siue affirmatio uera,siue negatio. cum nãq; uoluerit habere quãlibet cogitationem,& semel in hanc rẽ petiuerit,& quod est acceperit anima,dubitat,& disputat utrum mortalem ipsam oporteat cognoscere an imortalem,uel rursus corpus ne,an incorporeũ,& sic in omnibus.quaternitatem autem sensum,quod ipsa quidẽ q̃ternitas in sensibilibus ipsum corpus significabat,& sensus ipsius animæ cognitionũ maxime corporeus est,particulari enim auxiliatur,nam sine corpore nihil cognoscit,nõ autem dubitare oportet si imaginationẽ reliquimus,nãq; ea in sensu cõphensa est,qm̃ quoq; ex eo pricipia habet.

Ipsum quidem animal ex ipsa vnius idea,& prima longitudine,& latitudine & profunditate.

Videlicet ex ipso uno,quod primo est unũ,& prima longitudine,& latitudine,& profunditate, iã diximus ipm aial(constare)ex prima unitate,& dualitate,& reliquis,quæ autẽ sunt post ipsum, secundum analogiam de secunda,& tertia,dualitas autem & ternitas,& quę sequũtur,in quãtitate definita dicuntur,ueluti cum in ipsis numeris fertur.Dicitur & in continua,ueluti cum in linea, uel superficie hæc ipsa consyderamus.hic igitur ut in continuis sermonẽ facit.sic autem scire oportet,qd̃ unũqdq; harũ magnitudinũ uocauit illud,quo qd̃ prius est supat,lineã qdẽ lõgitudinẽ,nãq; lõgitudine pũctũ supat,supficiẽ uero latitudinẽ,qm̃ latitudine lineã supat,alterã uero ꝓfunditatẽ, hæc eni differt à supficie,nãq; ipsa quoq; supficies habet latitudinem,qd̃ aũt solidũ est,lõgitudinẽ, atq; latitudinem,non solum autẽ continuam quãtitatem ex quaternitate constituit,sed etiam multo prius definitam:si nãq; omnis post denarium numerũ, numerus, in ipsum denariũ resoluitur, ipsius uero denarii unitas,dualitas,ternitas, quaternitas,principium est: sequitur quod diffiniti,& continui ipsa quaternitas principium est.

Alia vero simili modo,alia siue post ipsum animal similiter.

Videlicet secundum ipsam analogiã ex unitate,dualitate, ternitate,& quaternitate, ut iam dictũ est,sed nõ de prima.ex qua est ipsum animal,uel alia exempla,ueluti ipsum pulcrum, ipse homo,& in reliquis similiter,scribuntur autem aliæ simili modo,& hoc quidẽ secundæ expositioni sit consequens,alias enim ideas dicit,quæ est hominis,& quę est angeli.

Adhuc autem & aliter intellectum quidem vnum,scientiam vero duo,solo nãq; modo in vnum,

superficiei autem numerum opinionem, sensum vero solidi.

Videlicet & secundum aliam applicationem ex his ipsis numerum animã facit. putãs enim eorũ, quæ sunt alia esse intelligibilia, alia scibilia, alia opinabilia, alia sensibilia, unum quidem intellectui tribuit, qui est intelligibiliũ perceptiuus, indiuisibilis nãq; est ipse, & omnino illis similis, & pariter obiectione prima sine tẽpore res ipsas intelligens. duo uero scientiæ tribuit, composita nãq; est ipsa sciens cognitio (siquidem syllogismus est quidam) solo sanè modo facta, & non uarie, uidelicet nõ aliàs alio modo, sed semper uera, & similiter se habens, per unam uiam ꝓpositionum in unum finẽ conclusionem ducens. tria autem numerũ opinioni attribuit, non enim solo modo, quemadmodũ scientia, fit ipsa opinio: est enim opinio tum uera, tum falsa, omnis autẽ scientia uera, quomodo igit̃ tria numerum opinioni ꝓprium diximus, quatuor autem sensui propter eãdem causam. dicebat ideo propter hoc animam ipsam existentem ex unitate, dualitate, ternitate, quaternitate omnia cognoscere, propter eam, quam ad ea proprietatẽ habet. Quare autem, cum dixerit unũ ipsum intellectum, scientiam autem duo non etiam dixit, opinionem uero tria, sed superficiei numerũ dixit? dicimus igitur ad hoc, quod unum, & duo non sunt numeri, etenim secundum diffinitionem numeri dicentem, numerum esse ex unitatibus collectã multitudinem, dualitas quoq; numerus esse uideretur, quæ re uera non est numerus, non enim ex unitatibus multitudo est, nãq; multitudo primo est in trinitate: pterea omnis numerus multiplicatus fit maior, q̃ compositus, ut tria, & tria faciunt sex, ter aũt tria, nouem, & sic in omnibus: unitas autem è conuerso, multiplicata fit minor, quam composita, nãq; unum, & unum, duo, semel uero unum facit unum, dualitas autem & multiplicata, & composita æqualis est, duo nãq; & duo, & bis duo utroq; modo quatuor fiunt: nõ ergo neq; unitas, neq; dualitas est numerus. quare primi numeri sunt ternitas, & quaternitas, imparium ternitas, parium quaternitas, unitas autem, & dualitas numerorum principia sunt.

Etenim numeri formæ ipsæ, & principia entium dicebantur, sunt autẽ ex elementis, iudicantur autem res, aliæ quidem intellectu, aliæ scientia, aliæ opinione, & aliæ sensu, hi autem numeri sunt formæ rerum.

Oportet paulum traducere ipsam dictionem, quo fiat apertius id, quod dicitur, etenim formæ ipsæ numeri, & principia existentium dicebantur, sunt autem ex elementis. ipsæ enim formæ numeri, & principia existentium dicebantur, patet enim quod non dicebat hos numeros, qui sunt apud nos, esse formas existentiũ, sed ipsas formas esse numeros. probat autẽ per hæc ea, quæ dicta sunt, dico autem quid ita ex unitate, & dualitate, ternitateq;, & quaternitate cõstare anima dicta sit, nãq; ideas inquit atq; exempla existentiũ numeros dicebant, illi autem numeri sunt ex elementis unitatis, & dualitatis, & ternitatis, & q̃ternitatis. Iam enim diximus, quod ipsas formas denarios numeros dicebant, decas autem ex his componitur, esse uero ideas intelligibiliũ, scibilium, opinabilium, sensibilium, hoc enim significat cum dicit, iudicantur autem res aliæ quidem intellectu, aliæ scientia, aliæ opinione, aliæ sensu, nam simile simili iudicat. Quare si formæ rerum sunt ex unitate, dualitate, ternitate, quaternitate (hæc enim sunt elementa formarũ) anima autem cognoscit omnia, merito igitur ex elementis existentium ipsam faciebant, ut simile simili cognosceret. ex his autem, quæ dicta sunt, illud nobis est manifestũ, quòd qui ideas inducebant, & hæc esse existentiũ principia dicebant, horum rursus alia principia supponebant unitatem, dualitatem, ternitatem, & quaternitatem. quare postquã dixit, numeri enim rerum formæ dicebantur, subintulit, sunt autem ex elemẽtis, & superius dicit, ipsum autẽ animal ex ipsa unius idea, & quæ sequuntur, ipsum autem animal. est, exẽplum & forma, formæ autẽ hi rerum numeri, quoniam supra dixit numeros esse formas, ne eos, qui sunt in consuetudine, numeros eum ferre putares, eos inquam, qui in curuatura digitorũ fiunt. Deinceps cũ dixit res ipsas iudicari alias intellectu, alias scientia, alias opinione, alias sensu, subintulit, hos numeros esse formas rerum, hos inquit cũ dixerit numeros formas intellectum, scientiam, opinionem, sensum, quẽadmodum enim est ipsum animal, eodẽ modo est ipsa mens, & ipsa scientia. Similiter & opinio, & sensus, & hæ sunt ideæ rerũ intelligibilium, scibiliũ, opinabiliũ, sensibiliũ. igitur ipsa quoq; anima cum in se has habeat formas, suscipere res ipsas potest, iudicat enim unũquodq; uidelicet & cognoscitur secundũ formam suam.

Quoniam autem & motiuum, videbatur anima esse, & cognitiuũ, sic aliqui complexi sunt ex ambobus enuntiantes, animam numerum mouentem seipsum.

Diximus ex his, qui de anima dixerunt, aliquos respexisse ad eius motiuam partem, aliquos autem ad cognoscitiuam, & Plato igitur aliquando ab ipsius motiuo ipsam diffinit, uelut in quibus motum seipsum mouentem. dicit igitur in Phædro, immortali autem ostenso, quod seipsum mouet, animæ substantiamq; & rationem hanc ipsam quispiam dicens nō erubescit: quare diffinitionē dicit esse animæ quod seipsam moueat: aliquādo uero ab cognitiuo uelut in Timæo, per quæ ex principiis entium ipsam constituit, sic igitur Platone modo in ipsius motum, modo in cognitionem respiciente, Xenocrates qui fuit huius successor ex utrisq; ipsam animam diffinit, eam inquiēs esse seipsum mouentem numerum, quia sit ipsa existentium cognoscitiua, numerum dicens, ut Pythagoras, principium enim oīum uelut illi dicunt numerus est, quod autem motiua est, addēs illi seipsam esse mouentem, principium nāq; & fons omnis motu, ut illi uolunt, est quod seipsum mouet. alii quoq;, quorum deinceps mentionē faciet, ex ambobus ipsam definiebant animam quēadmodum, & ideo, sic aliqui, dixit.

Differunt autem de prīcipiys, quæ, & quot, maxime quidem corporea facientes incorporea, his autem miscentes, & qui ex ambobus principia enuntiantes. differunt autem quoq; circa multitudinem, aly enim vnum, aly vero plura dicunt.

Postq̄ per ea, quæ dicta sunt, opiniones exposuit de anima maiorū, & qui ad eius motiuū, & qui ad eius cognoscitiuum respexerūt, in iis consequenter de ipsorū differentia circa principia differit, differentia enim de principiis, illis fuit quoq; causa, ut circa animæ substantiā dissentirent. inde igitē alii aliud quodpiam animā esse dixerunt. Omnes uero de principiis esse, quæ supposuerat, existentium eam esse, præsertim autem qui in ipsius cognoscitiuū respicientes de principiis eam esse dixerunt, excepto Anaxagora, quēadmodum deinceps narrabit. in naturali igitur auscultatione, de naturalium differentia circa principia diligēter aggressus est, mentionem nunc quoq; eorū faciet. At fortasse uidebitur idem dicere, cum superius harum opinionū mentionem fecerit, & nunc rursus hoc in loco easdem enumeret. at non est eiusdem rei sermo, nam supra opiniones eorum de anima uoluit exponere, hic uero quomodo inuicē dissentiant de principiis, exponit, & huic rei opiniones quoq; eorum de anima accōmodat, de quibus ante dixit. distinguit autem differentiā, & à substantia, & qualitate, & à quātitate, à substantia quidem, & à qualitate, quod alii corporea, alii īcorporea dixerunt. à quantitate autem quod alii quidē unum, alii uero plura. corporea igitur principia Naturales Thales, Democritus, Anaximenes, Anaximander, Heraclitus posuerunt, incorporea uero q̄ numeros ea esse dicebant, ut Pythagorei, & Xenocrates. Plato quoq; idem uidetur, mixta autem dicebat Empedocles cum quatuor elementis contentionē, & amicitiam natu ras incorporeas, & Anaxagoras cū homœomeriis intellectum, nāq; ipsum esse incorporeum dicit: sic adhuc in iis Democritus, qui cum corporibus induiduis uacuum induxit. Differunt autē inquit omnes inuicē circaq; multitudinē, & circa principia, quiq; corporea contra eos, qui incorporea sentiebant, dixerunt, & qui contra utrosq; illos mixta asseuerabant.

Consequenter autem & hisce animam retulerunt.

Hoc est consequenter ita illis de anima uidebatur, quēadmodum ex opinione, quam de principiis habebant, ducebantur. unus enim quisq; de principiis illis, quæ credebat, animam fecit. p hæc autem significat non modo eos, qui ad cognitiuum respexerunt, sed eos etiam, qui ad motiuū, de principiis animam merito fecerunt, unde inducit.

Motiuum enim secūdum naturam ipsam primorum crediderunt, non sine ratione.

Non sine ratione inquit, quod est suapte natura maxime motiuū, hoc in principii ratione ponebant, factiuum nāq; & motiuū principii rationē habet. quare existētiū principiū aliqui esse ignem dixerunt: maxime enim motiuū est eorū, quæ sunt, in seipso habens suipsius motus pricipium. sic motus alia quoq; mouet, unde motu naturalis calidi primo mouet animal, cū à nullo alio corpore naturale calidū moueatur, sed in se naturā ipsam causam mouentem habeat, ideo si in principiis motiuū est: illi, qui animam maxime motiuum esse credebant, è principiis hāc ipsam merito faciebant, unde aliqui etiam ignem eā esse supposuerunt, ut ipse intulit dicens.

Vnde visum est aliquibus esse ignem, namq; hic est tenuissimorum partium, & elementorum maxime

xime incorporeus, atq; etiam mouetur, & mouet alia primo.

Cum dixerit eos, qui maxime motiuũ animam esse credebant, ex principiis eam merito dixisse, quoniam quod ipsius naturã maxime mouet in primis est, & in principiis, principii nãq; est & facere, & mouere, anima autem motiuorũ est, consequenter induxit, aliquibus propterea, uisum esse ignem esse animam, quẽ etiam esse principium dicebant, quod esset tenuissimarũ partium, & maxime incorporeus, atq; ob eam rẽ maxime motiuus, & sibi ipsi ipsius motus causa, & alia primo moueat, ignem autem non flãmam dicunt, ipsa enim est ignis exuperantia, sed ipsam siccam euaporationem, quã, & terræmotus facere, & uentos, & alia, quæcũq; maxime motiua in meteoris Aristoteles expssit: dicit autem qui ignem principium, & animam ex igne crediderunt: Heraclitũ, & Hippasum. sed Heracliti paulo infra, & opinionis eius mentionẽ faciet, nunc uero Democriti opinionẽ exponit, qui etsi multa, imo infinita principia supponebat, ex iis tamen, quæ apud ipm maxime motiua essent, animam faciebat, è sphęricis dico: unde ignis quoq; est: incorporeum autẽ dixit ignem, non proprie, nullus nãq; ipsorum hoc ipsum dixit, sed propter subtilitatẽ partium uelut in corporibus incorporeũ ignem appellauit. At fortasse quispiam dubitauerit ad hoc, quod dictum est animam esse ex principiis, q; & aliqd aliis plus illi adhibuerunt, an omnia alia eam esse unusquisq; dicat, an cõmune hoc sit omniũ principiorum: quæ in rerum naturã cadunt. ad hoc ergo dicet et illi, quod quidẽ primum hoc ipsum, ut nõ dubitetur ex aliis quibusdã esse principiis, non ex cõmunibus hoc ipsum diximus: deinde alia quidem ex principiorũ compositione, aliud quodpiam factũ est, aut natura, secundum eos, qui non impatibilia principia dicunt, aut apparentia secũdos eos, qui eadẽ impatibilia, & imutabilia ferunt. Anima sanè ipsa res pars est quędã principiorũ, quę à principiis differt habitu ipso, quẽ recepit ad ea, quę sunt ab ipsis principiis, animalia dico. Quare idẽ esse ignem, atq; animam Democritus dicebat, differẽtia uidelicet ad habitum, quẽadmodum dixi, existente. igitur & reliqui alii quidem aquã, alii uero aerem esse animam dicebant, at qui non ita uocantes, quę sunt ex his, ut lapides, ligna, & cætera.

Democritus autem, elegantius dixit, enuntians propter quid horum vtrunq; sit, animam namq; esse idem, & intellectum veluti diximus, & ex primis, & indiuisilibus corporibus, motiuum autem propter subtilitatem partium, atq; figurã, figurarum autem mobilissimam rotundam dicit, talem autem esse intellectumq; ipsum, atq; ignem.

Democritum laudat, ut qui apte prædictorũ causas reddiderit: hęc autem sunt mouere & moueri, dixit enim quod ignis, ex quo animam esse dicunt aliqui mouetur q;, & mouet alia primo: probabiliter, igitur horũ causas Democritus assignauit, quid ita ignem, atq; animã. ex ipsis enim principiis uidelicet sphęricarũ atomorum, utraq; & mouetur, & mouent. fecit enim inquit intellectum, siue animam, nãq; apud ipsum intellectus, & anima idem sunt: ex primis corporibus uidelicet atomis (sunt) at non ex quibuslibet, sed ex sphęricis: quæ duabus de causis maxime motiua sunt, tum quia subtilissimarũ partium sunt, & facillime propterea subtilitate partium per omnia transeãt, & sic ipsa mota mouent: tum figura ipsa sphærica facilis motus hæc existunt, quare causam reddidit quid ita ipsa moueantur, & alia moueant. At non indignũ est quærerequa de causa sphæricas atomos minorũ partiũ esse Democritus dicebat, & propterea eas facile mobiles, nãq; quod ipsum rotundum sit facilis motus, id patet, ostenditur enim quod ipsa sphęra in puncto superficiem tangit, tanq̃ igitur puncto aptata delabens est facilis motus, quare & subtilium partium sunt sphæricæ, ut quoq; ex hac re causa reddatur ipsarũ motus, maxime enim cum forte talis ratio uidetur esse, nam illud quoq; fieri poterat, ut pyramidales, uel hamales, uel simpliciter quomodocũq; se haberẽt. subtiliorum partiũ essent: dicimus q; in geometria ostensum est rectilinearũ, & ęqualis ambitus figurarum, quæ sunt plurimorũ angulorum maius habent spacium, quã illæ, quæ paucioribus angulis continentur: ueluti supponatur tetragonus habens unũquodq; latus duarũ ulnarũ, ut eius totus ambitus sit octo ulnarũ, supponatur, & iterum exagonus habens unũquodq; latus ulnæ, & tertia unius ulnæ, ut huius quoq; ambitus octo fiat ulnarũ. Supponatur etiã octangulus singulum latus habens unius ulnæ, ut huius quoq; octo ulnarũ sit ambitus, harum igitur figurarũ quadranguli, & exanguli, & octanguli æqualẽ ambitũ habentiũ, (nãq; unaquæq; octo ulnis continet) octangulus quidẽ spatiũ maius habebit: minus autem octangulo exagonus, & tetragonus exagono minus. qd si quæ plures angulos habet, capacior est, circulus igitur oĩum figurarũ æqualis mensuræ

capacissimũ ſpatiũ habebit. quare quæ plures habent angulos figuræ, magis quoq; circulo ꝓpinquæ ſunt, & tanto propinquiores fiunt, quanto ſibi plures angulos uendicant: affine enĩ eſt ut ſint ſine angulis: circulus enim ſine angulis eſt. eadẽ quoq; ratio in ſolidis dať: quapropter ſphæra ipſa, rectilineorũ, & æqualis menſuræ ſolidorũ capaciſſima erit. Qđ ſi hoc ita ſe habet, & quę ſunt ęqualis menſuræ, & plures angulos habent, maius tenent ſpatiũ, & èconuerſo. quæ igitur idẽ habẽt ſpatium figuræ pluriũ angulorum, minorẽ habẽt ambitũ. ſphærę igitur omnibus minorẽ ambitũ habebunt. Bene igitur Democritus atomorũ æqualium aceruo ſphæricas minorũ partium ſuppoſuit: & ꝓpterea ſemper poſſe eas illabi, & motus eſſe facilis/quia in puncto ſuperficiem tangunt mouere alia.

Anaxagoras autem videtur aliud dicere animamq;, & itellectum, quemadmodum diximus quoq; prius, vtitur aũt ambobus velut vna natura, verũtamẽ principium ipſum itellectum ponit maxime omnium, ſolum quippe dicit ipſum entium ſimplicem eſſe/& non mixtum/& purum/tribuit autem ambo eidem principio/& cognoſcere/& mouere/dicens intellectum mouere vniuerſum.

Vt enim dicebat intellectũ iuſtiq;, & boni cauſam eſſe, tãquã eorũ quæ talia non ſunt, alia eſſet cauſa, quæ uere eſt ipſa aĩa, uidetur ab intellectu aĩam ſeparare, aĩa enim uelut è ſyllogiſmis rerum naturã cognoſcens peccare poteſt, quãdo in ꝓpoſitionibus quod nõ eſt, tãquã ſit, acceperit: ipſe ſanè intellectus ſimplicibus obiectionibus rebus incũbens ut ipſe inquit, uel cognouerit, uel non cognouerit, & ideo errore carens. ſi nãq; peccaret, intellectũ eum eſſe ſatuum accideret, quod qdem abſurdũ eſt. hac ergo de cauſa ſeparare ab aĩa intellectũ uidetur Anaxagoras. in quibus autem rurſus dicebat ab intellectu uniuerſum motũ eſſe, quodq; in oĩbus uidetur aĩalibus & paruis, & magnis, & pretioſis, & uilibus, idẽ dicebat eſſe intellectũ cũ anima: nãq; eſt aĩæ mouere, & uideri in oĩbus aĩalibus, non autẽ intellectus ſic iterũ, niſi quod ipſum intellectũ maxime oĩum principiũ ponit. nam etſi intellectũ Democritus noĩat, non tamẽ in principii ratiõe ipſum reponit. Anaxagoras uero eſſe intellectũ maxime principiũ dicit, ut factiuum uidelicet, & in hoc ipſum laudat, & ut ſimplicẽ, & qui corpore miſceri non poteſt ipſum ſupponit, & non, quẽadmodũ partiũ ſimilitudines omnes oĩbus imixtas eſſe, ſic intellectũ dicit, ſed imixtum, purũq;, & ſimplicẽ eſſe ipſum narrat. Vnde Ariſtoteles eadẽ ipſe quoq; de intellectu oſtendit, & quod promiſit, illud facit. ſ. bene dicta accipiens. dicit igitur de ipſo. reddit autẽ ambo eidẽ principio, & cognoſcere, & mouere, dicens intellectũ mouere uniuerſum, cum enim dixerit intellectum: cognoſcitiuam huic principio potentiam reddidit: eandem autem manifeſte mouere uniuerſum dicit.

Videtur autem quoq; Thales de iis/quorum mentionem faciunt/motiuum quoddam animam opinari/ſiquidem lapidem dicit animam habere/quoniam ferrum mouet.

De opinione Thaletis non cõmode meminiſſe uidetur. cum enim propoſuerit ſe uelle oſtendere, quòd illi, qui reſpexerunt in animæ cognoſcitiuũ, ex principiis de quibus eſſe res ſupponebant, ipſam quoq; eſſe dicebant, unde ſimile ab ſimili cognoſcitur, narrãs opinionẽ de Thalete nihil quicquam tale dixit, ueluti de aliis, ſed lapidem trahentem ferrum animatum dixit, animæ proprium eſſe motum dicens. At etiam eorum, qui in motiuum reſpexerũt, opiniones enarrans, unumqđq; maxime motiuum dicebat ipſi uiſum, hoc animæ dicere elementum, Democriti quidẽ uiſum eſſe rotundas atomos, Pythagoreos uero dicere ramenta, quę ſunt in aere, alium ignem, alium aera: ad opinionem uero Thaletis, qui entiũ pricipiũ eſſe aquã ponebat, nihil tale dixit. non eni (ut ita dicã) aquã eẽ aĩam Thaletẽ ponere dixit, & ꝓpea trahere inqt lapidẽ ferrũ, uelut aĩatũ, atq; ideo ex aq̃. exiſtẽtẽ, hoc igitur nõ dixit, ſed illud ſolũ qđ aĩatũ lapidẽ dixit. qua gratia? an quod ipſius uolumina non ferebantur, ſed commentationes? & propterea ſugit importunum orationis ſine ſcripto accuſare hominem. an quod reuerentiam quandam uiro exhibuit, quoniam multa ipſius precio digna dogmata commemorauit? Dicunt enim eum dixiſſe prouidentiam uſque ad ultima tendere, & nihil ipſam latere, neq; minimum quidem. propterea huius quidem non dicit eſſe hanc opinionem, quòd ex aqua ſit anima, ſed tãtum ſolum, quod ille quoq; motum animæ tribuit. Deinceps autem dicit Hipponem hoc opinatum fuiſſe, quod ex aqua ſit anima, etenim omnium principium & ipſe animam eſſe dicebat.

Diogenes autem, quemadmodum et alii quidam, aerem hunc ratus omnium ſubtiliſſimum eſſe/&

principium, atq; ideo cognoscere aliquid, & mouere animam, inquantum quidem primum est & ex hoc cetera, cognoscere, inquantum autem subtilissimum, motiuum esse.

Diogenes Apolloniates, & Anaximenes pricipiũ oĩum eẽ aera dicẽtes, aĩam quoq; ex eo constare dicebant, & animam ipsam cuncta cognoscere, uelut omnium principia habentem, maxime autem motiuam esse propter exilitatem, dictum est enim, quòd ipsum mouens esse subtilissimum oportet, quo dilabitur per totum, quodcũq; mouetur, ut & totum moueat, subtilissimus autem aer.

Et Heraclitus principium esse inquit animam, siquidem exhalationem esse, de qua alia constituit, etenim maxime incorporeum, & semper fluens.

Dictum est sæpe numero quod principium dicebat esse entium ipsum ignem, ignem autem, nõ flammam. quemadmodum enim dicit Aristoteles, flamma est ignis exuperantia, sed ignem dixit exhalationem siccam, ex hac ergo esse animam, ut mobili, & subtilissima, nãq; entia in continuo motu dicebat esse, & ab entibus, statum tollebat, quemadmodũ & Protagoras, & alii multi, cognoscens autem ipsum, & ipsum mouens esse animæ proprium dicebat, hac de causa eam de exhalatione esse, rebus nãq; existentibus in motu oportere res ipsas cognoscens esse in motu, ut concurrens cũ illis, quadret, & conueniat cum illis, nã quomodo stans cognosceret motum? unde & cognitionem quidem animæ dedit, & quod esset ex omnium principio, dico autem de exhalatione, quodq; ex maxime motiuo esset, motum nanq; ipso moto cognoscitur, mouere autem ipsam dixit, propter exilitatem exhalationis, & ut in corporibus incorporeum. oportet enim, quemadmodum diximus sępenumero, esse subtilium partium illud, quod motorum est, ut per totum motum dilabatur, exhalatio autem est exilium partium, & semp mobilis, & alterius motus causa. quare terrę, & aliarum rerum motus ex hac fieri Aristoteles demonstrauit.

Motum autem moto cognoscitur, in motu autem esse entia, & ille putabat, & multi.

Traducere dictionem oportet, quo manifestius fiat illud, quod dicitur, hoc modo, in motu autem esse entia & ille putabat, & multi, motum autem moto cognoscitur nam, quia in motu entia credebat esse, propterea ex maxime motiuo esse animam dicebat, oportet enim motũ moto cognosci, simili nãq; simile cognoscitur. quod autem ex iis, q̃ sunt non eẽt ablata statio, illi credebant. id ostendit & in Thęteto, & pluribus in locis Plato, atq; Aristoteles, & in libro de cœlo, & in metaphysicis, si nãq; non esset inquiunt statio in uniuerso, impossibile esset esse semper motum: hoc enim ipsum semper moueri, mansio quædã est, atq; statio. Quod si ablata fuerit statio, auferetur quoq; motus: nam si quod mouetur non hebuerit in motu stationem, non omnino mouebitur.

Similiter autem cum iis & Alcmæon videtur opinari, de anima. Dicit enim illam immortalem esse, quia sit similis immortalibus, hoc autem illi adesse veluti semper motæ, moueri autem & diuina omnia continue semper, lunam solem stellas, & cœlum totum.

Hic quoq; cum esset Pythagoræus, ad maxime motiuum ipsius animæ cũ respexisset, è cœlesti corpore illam esse dicebat, atq; ob eam rem immortalem, nam semper moueri, quemadmodũ, & illa, inde concludens quod immortalia cœlestia sunt. unde igitur iste animæ cognoscitiuum dabat, siquidem & alias causas quasdam cognitionis ipsius reddebat, non meum est dicere: neq; enim horum hominum nobis in manibus uolumina sunt, neq; quicquam plus his Aristoteles commemorauit. Dico igitur quòd non omnino omnes & motus, & cognitionis illius rationem dederunt, sed quidẽ utrorũq; aliqui, aliqui autem alterius. quare nos in oĩbus utraq; inuestigare nõ oportet.

Ex importunioribus autem quidam esse aquam enuntiarunt vt Hippon: suaderi autem videntur ex genitura, quia omnium est humida, etenim redarguit sanguinem dicentes ipsam animam, quoniam genitura non est sanguis, hanc autem esse primam animam.

Hic appellatus fuit atheus. i. sine deo, uel impius hac de causa, quoniam omnium rerũ causam nulli aliæ rei, quã aquæ attribuebat. importunam autem dixit hanc opinionem, maxime quidem ueluti perturbationem solam auditoribus præbentem, Deinde ut magis materialem, & infra in materiã animam deducentem, quodq; neq; facile mobilis, neq; motiua similiter est aqua, & passiua magis, quã actiua. nãq; liquidũ, in quo aqua habet essentiam, passiuum est, at animæ facere ...

quã pati competit.putauit autem(inquit) iste animam esse aquam,quoniam omnium genitura fit humida,etenim fructuum semina liquida primum fiunt,& contradixit (inquit) sanguinem dicentibus esse animam,dicens quod genitura de qua esse,& uniuere est animatis,aqua est,& non sanguis.atqui si simpliciter liquidum anima erat, animam omne esse liquidum oportebat,& genitura non inquantũ liquida,animata est.prorsus cum expirata fuerit,liquida quidem adhuc est, nõ uiuens,& mortua,neq; hoc solum,multa namq; liquida naturalem habentia caliditatem,non iam quoq; sunt animata,sed etiam rationibus naturalibus opus est,primam autem animam dicit genituram quasi semen animæ,& principium animæ.quemadmodum enim principium est humani corporis,sic secundum illum animæ principium est.

Alij autem sanguinem, ut Critias, sentire esse ipsius animæ maxime proprium putantes, hoc autem esse propter sanguinis naturam.

Hoc autem est propter sanguinis naturam.Critiã adhuc unum ex triginta,qui & Socratẽ audiuit,uel alium quendã dicit, nihil enim differimus.inquiunt autem fuisse quoq; alium Critian sophistam,cuius & eẽ lata uolumina,ut Alexan.dicit.eum enim,qui fuit ex triginta,non aliud quidpiã scripsisse quã carmine de republica.hic igitur animam sanguinem esse dicebat,sanguis enim inquit circa cor est hominibus intellectus,hoc autem postq̃ animam ipsam sentire designauit,quæcũq; autem membrorum essent sine sanguine,ea esse sine sensu.capilli,ossa,ungues,& similia.quare sensus ipsum sanguinem causam esse dixit,ipsius autem animæ proprium,sensum,igitur sanguinẽ animam,& medica ratione demonstrãte neruos uel solos,uel maxime sensitiuos,& hos nõ omnes, sed aliquos.at etiã si sanguis est animã,quæ igitur sunt animalium sine sanguine,sine anima sunt. insecta autem omnia sine sanguine sunt,muscæ,formicæ,& si quid simile,quæ sensum participare perspicuum est:non igitur sentiendi sanguis causa est,neq; ideo est anima sanguis:si quidem quæ sine sanguine sunt animalia & animata,& sensitiua sunt.

Omnia namq; elementa iudicem acceperunt, præter terram, hanc autem nullus enunciauit.

Iudicem pro præside iudicãte,& ponente unumquodq; ipsorum principium esse,terram autẽ solam nullus dixit animam esse,quare neq; rerum principium esse terram solam nullus supposuit, præter inquit eos,qui dixerunt omnia elementa esse principium,ut Empedocles.hic enim & terrã ipsam esse animam dixit,uel magis commode dicatur,quod elementorum compositionem animã dicebat.sed nobis illud resistit,quod superius dicitur,quod eẽ unumquodq; horũ animã dicebat. nisi animam ipsam animalem potentiam receperimus,quoniam nos quoq; sępenumero potentias animæ animas uocamus:dicimus enim ipsum hominem uegetatiuam,atq; irrationalem habere: repugnat omnibus ferè opinionibus enumeratis ex pluribus dicentibus animam,dicere corpus,& animã esse idem,nã ex iisdem sunt ambo principiis.quid igitur magis est an anima corpus? an corpus anima? dicendum est igitur pro pluribus,quod & si eadẽ animę,& corporis principia,nõ tamẽ similiter se habere dicebãt,tali enim aggregatiõe,& segregatione principiorũ animas fieri,& corporum differentias,ut nos quoq; differenti elementorum temperatura corpora differentia componi, atq; etiam metallorum differentias,ex differenti exhalationũ aggregatiõe.atqui in libro de generatione,& corruptione Aristoteles arguit hanc opinionem,quæ dicit aggregatiõe,& disgregationẽ elementorum generationem,& corruptionem fieri.

Nisi quispiam illam dixit ex omnibus esse elementis, uel omnia.

Quoniam hoc ex omnibus significat, & quæ in temperamento fiunt,quadam temperamento extrinsecus forma adueniente,quemadmodũ carnis forma temperamento quatuor elementorũ. qui uero ex omnibus dicunt,nõ ita dicebant,ut nos,sed animam compositionem esse elementorũ dicebant,propterea dicens ex omnibus,adiecit uel omnia.

Definiunt autem omnes ipsam animam tribus (ut ita dicam) motu, sensu, incorporeo, horum autem unumquodq; reduci ad principia.

Hæc uelut epilogus dictorũ sunt,definiunt enim,& quasi circũscribunt,& designant.cũ enim prius dixerit motu,& sensu animam cognosci,nunc apposuit & incorporeo,uelut ex enumeratis opinionibus

opinionibus hoc quoq; emersum, atq; inuẽtum fit. quod enim facile mobile est, & semper mobile incorporeum consequitur. incorporeum autem non propriũ nunc dicit, sed illud quod est subtilissimum: omnia autem hęc, inquit motus sensus, incorporeũ ad ipsa principia reducuntur, talem uidelicet inquiunt eam esse, quoniã sit è talibus principiis. hoc aũt definiunt oẽs, non ut oĩbus tria de anima definientibus dicit, unde & apposuit, ut ita dicã, sed aliqui omnia illi assignauerũt. aliqui uero quædam, quẽadmodum ex iis, quæ dicta sunt de opinionibus inuenire possumus.

Quare & qui cognitione definiunt ipsam, vel elementum, vel ex elementis faciunt, dicentes similiter inuicem præter vnum. Dicunt enim cognosci simile simili: ex quo nanq; anima omnia cognoscit, constituunt eam ex omnibus principijs. quicunq; igitur vnam quandam dicunt causam, & elementum vnum, & animam vnum ponunt, vt ignem, vel aera. Dicentes autem plura principia, animam quoq; plura dicunt. Anaxagoras autem solus impatibilem dicit esse intellectum, & commune nihil cum vllo aliorum habere. talis autem cum sit, quomodo cognoscat, & propter quam causam, neq; ille dixit, neq; ex dictis manifestum est.

Quoniam hæc tria, quæ dicunt animæ adesse, ad ipsa principia reducũtur, qui igitur (inquit) ad cognoscitiuũ ipsius respexerunt, quoniã simile simili cognoscitur, ex principiis, quæ apud ipsos sunt, unusquisq; ipsam diffiniuit: qui plures dicebãt, ex pluribus, qui uero unã, ex uno. nam, quoniã omnium est cognoscitiua, oportere eam in se omniũ principia habere putauerunt. Solus autem, inquit, Anaxagoras nõ cum illis eadẽ uia profectus est. cum nãq; omnes propter cognitionẽ ipsi corporea principia dederint, ille intellectũ animam esse dicens, quoniam sempiternũ animæ opus est mouere, intellectum autẽ ipsum mouere dixit uniuersum, quare animã esse intellectũ dixit, hunc ipsum itellectum purũ, & impatibilem, quiq; aliis non misceatur esse dixit, hoc est esse incorporeũ. cum nãq; diceret similares partes esse entiũ principia, hęc autem inuicem cõmixta esse, intellectum ab horum mixtione esse imunem, & purũ, tanq̃ alterum ab ipsis principiis, de quibus omnia constant, narrauit, omnibus contra ferens. quare ipsum Aristoteles amplectitur, uelut asserentẽ animã incorpoream, non tamen cum attigisse recte sermonẽ de anima dicit. cum nãq; sit haud mixtus, & incõmunicabilis, nullũq; habens habitũ ad ipsa principia, de quibus omnia sunt: quomodo cognoscet inquit omnia, non patet. neq; enim hoc nobis ipse Anaxagoras expressit, neq; illud ex ipsius rationibus colligi potest, omniũ igitur cum alii supponant ipsa animę principia corporea, alii uero solum incorporea, neq; altera est ratio directa, sed uterq; partẽ quandã ueritatis locutus est. etenim substantiam oportet esse incorporeã, siquidem melius esse oportet ipsum cognoscens, eo, quod nõ cognoscit. corporum sanè principia oportet esse in incorporeo eadẽ substantia, non materialia quidem, sed eorum rationes. neq; ex iis, quæ dicta sunt, id manifestũ est: in multis enim luculenter quidem sæpenumero non aliquid antiquis dictũ est, ex dictis autẽ colligi potest, quod ipse quoq; Anaxagoras ita conclusit, quẽadmodum Democritus, qui intellectũ esse eundẽ cum anima dicit.

Quicunq; vero contrarietates faciunt in principijs, animã quoq; ex contrarijs constituunt: qui autem alterũ contrariorũ, veluti calidũ, vel frigidũ, vel aliquid tale esse ponunt. quare, & nomina sequuntur: qui calidum dicunt, ꝙ ideo et τὸ ζῆν idest ipsum uiuere nominatũ est: qui vero frigidũ, propter respirationẽ, & refrigerationẽ nuncupatã esse animã. quæ igitur tradita sunt de anima, & quibus de causis dicunt ita, hæc sunt.

Talis erat Empedocles. quatuor nãq; elementa de quibus animam dicit esse, ex contrariis qualitatibus componuntur, atq; ipsa contentio, & amicitia: qui autem alterum contrariorum, ueluti calidum, aut frigidum, aut aliquid tale aliud, & animam ipsam similiter horum quid unum ponũt. alterum contrariorum ponit Hippon, & Heraclitus, alter quidem calidũm, nãq; ignem principiũ dicit, alter uero frigidum, cum aquam ipsam principiũ ponat: horum igitur uterq; pro opinione sua nomini ipsius animę ueram originem tradere conatur. Ille quidem dicens propterea ζῆν dici. i. uitam, quod animata ζέωσιν .i. ferueant, quod calidi est. hic uero ψυχὴν .i. animam uocatam esse ἐκ τοῦ ψυχροῦ .i. à frigido, unde habet esse ab eo quod nobis per respirationẽ frigiditatis causa fiat. nam quia uita ex aïa est, anima uero ex frigido, est enim ex aqua, ideo respiratione opus est, q̃ frigiditate calidũ circa cor coërceat, neq; pmittat aïalis ipsius potentiæ ꝑpotentius fieri, dico autẽ frigidę.

Considerandũ autem primũ quidẽ de motu, fortasse enim non solum falsum est hoc, substantiam eius talem esse, qualem dicunt dicentes esse animam seipsum mouens, vel valens mouere, sed vnum quoddã impossibilium adesse ipsi motum. quod igitur non necessarium sit ipsum mouens moueri, iam dictum est.

Postquàm antiquorum opiniones,& eorum,qui in animæ motiuum respexerunt,& eorum,q in cognitiuum connumerauit,hinc quod reliquum est,argumenta contra hos aggreditur, & ipsorum opiniones arguit,non quod male supposuerint ipsam mouere corpus,uel res ipsas cognoscere, uel incorpoream esse,sed quod suspicati sint ipsam motam mouere,& cognoscere,quia in se omnes res ipsa habeat,quodq; ad incorporeum respicientes,non proprie incorporeũ opinati sint, sed subtilissimum corpus esse reliquorum.primum igitur ab iis incipit,qui in motiuum respexerunt,quoniam quoq; eos primos in narratione proposuit.putabant autem illi, quemadmodũ diximus,nam mouet anima,omne autem mouens mouetur,ipsam quoq; animam moueri,nõ ab alio autem ipsam moueri,sed ab seipsa,& esse seipsum mouẽs. Contra hoc igitur istituit,primum quod non potest fieri ut anima moueatur,tantum enim inquit fugio dicere ipsam,seipsm mouens, quòd & non posse fieri dico uniuersaliter,ut ipsa moueatur,taxat autem & maxime Platonem.sed priusquàm in ea,quæ ab ipso dicuntur,ingrediamur,paucis ostendemus,quòd ex ipsis Aristo.dicit omnino necessarium esse animam moueri,postea hisce dictis edisserentes,& quomodo esse ipsam immobilem dicat Aristoteles,& quomodo Plato semper mobilem.in auscultatione igitur naturali motum definiens Aristoteles dicit,motum esse entelechiam entis potentia inquantum tale est,hoc autem est entelechia in potentia entis ad actum post hęc potentia entis.hoc enim significat hoc,inquantum tale est.si nãq; cessauerit à potentia,ab motu quoq; cessat:est igitur uia de potentia ad actum.Qđ si motus est uia ex potentia,in actu,dicit autem rursus hoc in libro Aristo.quòd anima potentia est intellectus,& quòd fit aliquando actus intellectus,& euge inquit dicentes animam esse locum specierum,pręterquàm quod non omnis,at intellectiua & non entelechia,sed species potentia,& rursus inquit quod tabulæ non scriptæ similis est,ac si diceret potẽtia tabulæ,quæ aliquando actu scripta sit,quod siquidem motus est uia ex eo quod potentia est ad illud,quod est actu,anima autem potentia cum sit intellectus,fit aliquando suscipiens species actu intellectus: ex hoc igitur,quod potentia est ad id quod actu est,procedens mouebitur.repugnant autem huic,& inquiunt in tertio libro quãplenissime dixisse de motu,& diffinitionem transmutationis per motum reddidisse dicentem esse uiam ex potentia in actu motum esse:male igitur inquiunt ex nõ diligenter data diffinitione arguere Aristotelem ipsum tentare.quoniam in quinto libro diligentius hæc ipsa diffiniens inquit mutationem in plus se habere quã motus. siqd enim motus est,hæc mutatio est,non autem èconuerso:fieri enim circa quatuor prædicamenta,substantiam, quantitatem, qualitatem,ubi.& ipsius quidem substantiæ mutatio est generatio,& corruptio.Quantitatis autẽ augumentum,& diminutio,qualitatis uero alteratio,at ipsius ubi latio.esse igitur quæ sunt in tribus prædicamentis mutationes motus,quantitatem,qualitatem,& ubi.ipsum autem substantiæ nequaquã.Oportet enim motum ipsum manere,ut moueatur:quod autem fit,& corrumpit , nõ manet.quare in illis motũ diffinit aliter,quàm diffiniuit in tertio libro,ubi diffinitionem nõ motus,sed mutationis dedit.nam motum dicit eẽ de reformato in reformatum mutationem, idem ac si diceret de subiecto in subiectum.generatio autem,& corruptio mutant,illa quidem ab eo,quod forma caret,in formam,hæc uero de formato in forma carens.quomodo uero hæc ita se habeant, in illo tractatu diligenter dictum est:nunc autem,quæ dicta sunt,ipsa sufficiant.hi quidem isthæc. nos autem dicimus mutatione secundum quatuor prædicamenta cõsyderata,nisi uelint animam quando mutatur ex intellectu potentia,in intellectum actu secundum unum trium,qui sunt motus mutari.nãq; mutationis diffinitio,& in ipa quadrat,ut ostensum est:hoc autem est ipsa generatio,& corruptio.quare cum discat,fieri ipsam dicamus,quando autem ignoret,corrumpi.at hoc quidem deridendum est.erat enim anima,& anima antequàm didicisset.quod si non secundũ substantiam mutatur,necessarium est secũdum aliam quandam causam prædicamentorum esse eius mutationem.quæ autem erant secũdum illam mutationes,motus erant.mouetur ergo anima. quod si Aristoteles uidetur magis dicere mutationem animæ ex eo quod est potẽtia,in illud qđ est actu, generationem esse,non alterationem:quando enim ex ignorante quispiam doctus fit,hoc ipm dicimus enim dicere perfectionis generationem,non simpliciter substantiæ.quare generatio quædã, hoc tale,non simpliciter generatio.& alio modo,uitium.& uirtus contraria sunt.si nãq; dicit pri-

uatio esse uitium, ut indiscretum, & forma carens, attamen quia mutatur in uirtutem, cõtrarium erit, non priuatio, sicut in prædicamentis dictum est, non mutatur in habitum, ueluti cęcitas in uisum, mutatur autem cõtrarium in contrarium, quemadmodum nigrum in album, igitur anima de uitio mutatur iu uirtutem, & ecõuerso: sunt aũt contraria hæc, mutatio nãq; in contraria motus est, etenim sub ipsam qualitatem reducũtur. mouetur igitur anima. aliter quoq;, ipse inqt Aristoteles hac ratione differre motum ab actione, eo quia motum quidem imperfectum actum, actũ autem integrum esse, quare diuina quoq; sine potentia actu esse inquit. Vnde in auscultatione naturali quæsiuit, utrum duo siut motus in mouente, & in moto, an unus. & demonstrauit unũ eẽ, deinde rursus quæsiuit cuiusnam motus esset, mouentis ne, an moti, & ostendit, quod ipsius moti est, ille enim ex imperfecto ad perfectum procedit, non mouẽs, quemadmodum se habet in discipulo & magistro, unus nãq; in ambobus est motus, qui quidem à magistro incipit, in discipulo uero finitur: mouetur enim nõ magister sed discipulus: ille enim (inquit) habitum perfectũ, atq; integrum habet, hic uero particulatim in hũc deducitur. qđ si per se motus qdem est imperfectus, qui uero est in actu, integer est: interrogemus ipsum quomodo in anima se habet, moueatur ne, an nõ? quod si nõ mouetur, nõ ab imperfecto ad perfectum ꝓcedit, non mouetur ab ignorantia in cognitionem, neq; à ꝓpositionibus ad cõclusiones. quòd si hæc in anima uidẽtur, & itegram non habet actionem, neq; actus sine potentia est, mouetur igitur. hoc enim ipse diffiniuit, motum esse uiam, q̃ ab imperfecto ad perfectum, ꝓcedit. atq; aliter, ipse inqt quod in quibus est prius, & posterius, in his omnino quoq; tempus est, nam de tempore quod prius est & posterius egrediiur, qbus utiq; egreditur: in qbus autem tempus, in his quoq; omnino est motus. etenim permutantur hæc. & in quibus motus est, in his omnino est etiam tempus, & ecõuerso, in quibus tẽpus est, in his omnino est etiam motus. at est in anima & prius, & posterius: est igitur etiam motus. qđ autem in aĩa sit prius & posterius, manifestum accedit: siquidem à ꝓpositionibus ad cõclusiones anima ipsa ꝓcedit, neq; omnia simul cognoscit, sed aliud ante aliud: neq; omnia, quæcũq; scit, simul promit, sed hoc prius, & hoc posterius, & uniuersalr̃ descendit à uirtute in malitiam, & ab ignorãtia in cognitionem. hęc ergo sint ad demõstrandum, qđ etiam ex sententia Aristotelis anima mouetur, neq; male Plato illi per seipsum mouẽs attribuit. Qđ si quispiam rectè hosce sermones iudicare uoluerit, nulla qdẽ in ipsis esse pugna reperieť, ꝑterquã in solis uocibus. queadmodum enim pluribus in locis facere consueuit, arguere uidetur sic quoq; hoc in loco. postq̃ enim ueri motus ab actu naturæ nobis quoq; cogniti sunt soli naturales, horum autẽ nullum ipsa anima moueť: non enim augetur, aut minuitur, uel secũdum qualitatem, uel secũdum locum mutatur, ne quispiam, cum Plato dicat animam ipsam semper mouẽs, putet ipsum unum ex naturalibus, nobisq; ab actu naturę cognitis motibus dicere ipm̃ mouere. ideo ostendit ipse omnino imobilem existẽtem secũdum hos ipsos motus, & est sermo uerus, & à Platone probatus. Qđ si incorpoream ipsam Plato putat esse, moueatur quidem ex sententia Platonis secũdum alios quosdam motus intellectiuos, & ꝑcipue uitales, per quos maxime semper mouẽs ipsam animam esse Plato dicit: uiuificat enim semper licet animal sit in sopore, & dormiat, quãdo intellectiuos nõ operatur. Cum igitur Plato omnem simplr̃ actum motũ esse dicat, Aristoteles autẽ solos naturales motus, sermo qdem secũdum Platonem dicens aiam moueri, uerus est, & secũdum Aristotelem non moueri, atq; in solis uerbis inuenitur dissensio. qđ si alterationis iam habitus, & dispositiones habet: per has autem mouet anima transmutans ex inscitia in sciẽtiam, quomodo effugiet hoc nõ solũ moueri, sed & naturalem motũ moueri? uideť Aristoteles respiciens ad solos motus corporales dicere aiam nõ moueri. Patet autem ex iis, quæ ab eo dicuntur. Si enim (inqt) anima mouetur, non per accidẽs, natura qdem illi motus adest, quod si hoc est, etiam locus est: omnes enim dicti motus in loco sunt. Vides quomõ ad corporales motus respiciens, sic ipsam imobilem esse dicat: quicquid enim in loco est, corpus id est. Consyderandum autẽ est primũ de motu. fortasse enim nõ solum falsum est eius substãtiam esse talem, qualem inquiunt dicentes aiam eẽ seipm̃ mouẽs, uel qđ mouere põt, sed unũ qddã ex ipoſsibus illi esse motũ. Dictũ est qđ q ad ipsius aiæ motiuum respexerũt, postq̃ putauerũt ipm̃ mouẽs oportere oĩno & ipm̃ moueri, qđ uniuersum corporaliter mouens sic moueat, uidebãt autem animã primo corpus mouentem, per se mouẽtem ipsam definiuerunt. tantũ igitur inqt abstineo ut dicam animã per se mouentem, quod unum esse ex impossibilibus dico omnino ipsam moueri: maxime autem illius sermo hic in Platonẽ tendit. quare cum dixerit quod dicentes aiam esse mouens seipm̃, apposuit uel ualẽs mouere. Apparet enim Plato, quodam mõ dicens, quod oĩs anima per se mouẽs, ut in Phædro, & rursus in legum decimo sic aiam diffinit: rei uero huius, cui nomen est anima, quędam ratio est, an

aliam,preter eã quam mõ diximus habemus,qđ ipsa se possit ipsam mouere,& quod ipse Democritus & simpliciter qui animam corpus maxime mobilissimũ dicunt,& si non semper moueri animam dicebant,attamẽ mouendi potẽtiam in ea cõstituebant,atq; ob eam causam dixit/uel ualens mouere.Quod igit Platoni quoq; uideatur per se mobile esse motorũ causa.id patet.principium enim dixit motorũ esse,quod per se mobile est.dictũ autem est quod alii etiam naturales hoc ipm putabant.quod igitur animam ipsam mouẽtem uidebant,inde moueri ipsam confirmabant.Qđ igitur inqt hoc necessarium sit mouens ipsum omnino moueri in octauo physices demõstratum est.ibi nãq; ostendit,quod primũ mouens esse ĩmobile necessario oportet.si nãq; illud moueat,nõ adhuc erunt in motu mota cõmutata cum causa.Preterea si omne qđ mouet inquãtum mouet & ipsum mouetur,erit ipsum augens,quod auget,& ipsum docens,discens,& ipsum albefaciẽs q; albet,quod qdem absurdum est.Præterea appetibilia cupiditatẽ mouentia in ipso motu,ĩmota erãt,nãq; herba asinum mouet,atq; imago uidentem,& quęcũq; talia ĩmota manentia.bene igitur usq; ad necessitatem rationis primũ destruxit,quod non ex necessitate mouens anima quoq; mouebit.per ea autem,quæ sequũtur,instabit cõtra hoc quod seipsam moueat,quod omnino non illud fieri non potest ut ipsa se moueat,uel omnino moueatur.

Dupliciter autem cum moueatur omne,vel enim per aliud,vel per se,per aliud autem dicimus,quęcunq; mouentur,quia in eo,quod mouetur,sunt,vt nauigantes:nõ enim eo modo mouentur quemadmodum nauis,hæc enim per se mouetur,illi vero quia in eo,quod mouetur sunt.id autem patet in partibus.proprius enim est motus pedum ambulatio,quæ est etiam hominum,non adest autem nauigantibus tunc.cum autem dupliciter dicatur moueri,consideremus de anima si per se moueatur,& sit particeps motus.

Ostensurus quod anima non mouetur,merito primum differentias motum significantes enumerat,ut sciamus per quale motus significatum animam ipsam non moueri dicat.eorum igitur quæ mouentur inquit,alia quidem per se mouentur,hoc est secũdum substantiam motum habẽt,alia autem per aliud,idest per accidens,hoc enim sibi uult hic,quod ait per aliud,quemadmodum ipse exemplis declarauit.eorum autem,quæ per accidens mouentur,alia quidem sic mouentur,ac si per se proprium motum habeant,ut nauiculator,namq; per accidens mouetur in naui,quæ & ipsa mouetur,cum tamen possit & ipse per se moueri:alia uero mouẽtur,tãq̃ per se immobilia sint,uelut in corpore album,nam dum corpus ipsum mouetur,album quoq; per accidens mouetur,ipsum tamen secundum propriam naturam immobile est,quo significat animam ipsam moueri.Aristoteles quoq; concedit,mouere enim corpus,at esse eã in corpore quod mouetur,per accidens seipsam mouet,quemadmodum si potentiam motiuam albedo acceperit,per accidens seipsam mouere dicatur,simul enim cũ eo,quod mouetur,incedit.sed remiges quoq; mouentes scapham,cum ea per accidens mouẽtur,quare ipsi se per accidẽs mouent,quomodo anima quoq; corpus ipsum mouens ipsa se per accidens mouet.si nãq; non ipsum corpus relinquit dum mouetur,in ipso autem operatur,manifestum est quod simul cũ ipso per accidẽs mouetur,simul.n.cũ ipso moto,progreditur: ipsa quidẽ per se immobilis est,quia quoq; ĩcorporea est.quod si hoc est,non est in loco,qũo igit qđ oĩno suapte natura haud eẽ in loco põt,moueri dr̃? nã q; mouet de loco ad locũ trãsit,oẽ autẽ quod in loco est,corpus esse,aiam uero incorporeã,eẽ demõstrationibus mathematicis necessariisq; ostẽdunt.quare necesse est omnino immobilem esse secundum naturales motus.cum autem dicat eorum quæ mouentur alia quidem per se, alia uero per aliud mouentur,horũ exemplum nauiculatorem adposuit.motus namq; in naui non est nauiculatoris per se,sed per accidens,nam mouendo nauem,in qua est,moueri & ipse dicitur.quod enim non est ipsius talis motus proprius,patet iquit ex hoc,quòd partes per quas mouetur per se dum mouetur nauicularius,immotæ sunt,hæ autem sunt pedes,quãdo enim per se mouetur,id per pedes facit.quare simul exemplũ eius quoq; motus,qui per se est, ostendit,ambulationem uidelicet,quæ fit per pedes.& commode quidem tali usus est exemplo,ne putemus motũ totius corporis,qui per partes fit,esse per accidẽs.nam,& si per partes totum corpus mouetur,per se tamen moueri dicitur,quia neq; pedes ipsi sine conspiratione,& concordia totius corporis mouebuntur.cum autem dupliciter dicatur moueri,nunc de anima cõsideremus an per se moueatur,merito differentias motus significãtes proposuit,quæramus enim inquit an per se moueatur,hoc est an secundum substantiam motũ habeat.per accidens.n.moueri etiam ipse cõcederet.quid ita autem postq̃ dixit,an per se moueatur,apposuit:

& sit

& ſit particeps motus? quoniã eorum,quæ per ſe mouentur,alia quidem conſubſtantialẽ motum habent & propterea coimpletiuũ ſubſtantiæ,ueluti cœleſtia,alia uero motum ipſum non conſubſtantialem,neq; ſubſtantiæ coimpletiuũ habent,potentiam tamen mouendi in natura habent,quo motum ipſum participare poſſint,quando ſit ipm̃ mouens,ut gleba,participatiua nãq; eſt motus, non ipſa ex motu ſubſtantiã recipit:quæramus igitur de anima,ſiue conſubſtantialem habeat motum,quemadmodũ illi,qui ipſam per ſe moueri dicunt, ſiue non conſubſtantialem quidem,non tamen poteſt eius eſſe particeps ſecundum ſubſtantiam:& oſtendet quod omnino motum eſſe in anima impoſſibile eſt.

Quatuor autem motibus exiſtentibus,latione,alteratione,diminutione,augumento,vel vno horum mouebitur,vel pluribus,vel omnibus.ſi vero mouetur non per accidens,natura quidem inerit motus ipſi,quod ſi hoc eſt,& locus erit,omnes enim dicti motus in loco ſunt.at ſi eſt ſubſtantia animæ mouere ſeipſam,nõ per accidens moueri ipſi erit,vt albo,aut tricubito,mouentur enim & ipſa, ſed per accidens,in quo enim ſunt,illud mouetur corpus.quare neq; eſt locus ipſorum,animæ autem erit,ſiquidem natura motum participat.

In quinto ſermone phyſices mutationẽ in quatuor prędicamentis fieri demonſtrauit, uel enim in ſubſtantia fit,ut generatio,& corruptio:uel in quãtitate ut augumentum, & diminutio,uel in qualitate,ut alteratio,ueluti albicatio,nigricatio:uel in ubi prædicamento, ut ſurſum deorſum,in lyceo,in foro.harum igitur mutationũ,quæ in tribus prædicamentis fiunt,in quãtitate,in qualitate,in ubi motus eſſe dicuntur,quæ uero in ſubſtantia non motum,ſed ſimpliciter mutationẽ dicimus,in plus enim ſe habet mutatio,q̃ motus.nãq; quod mouetur natura eſſe oportet ut moueat̃, quod autem generatur aut corrũpitur,nõ id,quod erat,permanet,& q̃a qđ mouetur circa idẽ ſubiectum mutationem tenet,nihil motu in ſubſtantiam ſubiecti perficiente. quod ſanè generatur,& corrumpitur non in ſubiecto fit, ſed uelut è materia in formam mutat quod generatur, & corrũpitur èconuerſo.cum igitur in tribus prędicamentis motũ contemplemur,quomodo hoc in loco quatuor ſpecies motus enumerauit?Dico igitur q̃ in prædicamento ubi, & qualitatis nominibus cõmunibus abundauit.per quæ ſpecies omnes motuũ ſub prædicamento ſignificat lationisq́,& alterationis.etenim omnis motus in loco,latio dicitur,& in qualitate,alteratio,alteratur enim albeſcens,& nigreſcens,in quantitate uero nomen cõmuni non ſuperabundauit, quod augumentũ,& diminutionem ſignificet.nam ſi quiſpiam dicat in quãtitate eſſe mutationẽ,rationem,non nomen dixit:propter hoc igitur in quantitate motũ in duo diuiſit,in augumentũ, & diminutionem.tanq̃ igitur demonſtratum ſit quod in ſubſtantia mutatio non eſt motus, quod certum eſt hoc in loco accepit,omnem motum ſcilicet in tribus hiſce prædicamẽtis fieri.quod ſi non per accidens moueẽ anima,natura ipſi motus ineſt,quod ſi hoc ineſt,& locus etiã,ineſt,omnes enim qui dicti ſunt motus,in loco ſunt,hoc eſt quoniam non per accidens ineſſe animæ motũ dicunt:(eius enim ſubſtantiam per ſe moueri narrant)neceſſario ipſi ſecundum naturam adeſt,imo per ſe natura eſt. demonſtratum eſt autem omnem motum ſub uno horum prædicamentorũ exiſtere,igitur uno dictorũ motuum mouebitur.quod ſi, hoc etiam in naturali auſcultatione demonſtratũ eſt, quod omnia, quæ uno horum motuũ mouentur in loco ſunt:igitur & ipſa anima in loco erit, idem ac ſi dicamus corpus erit.quod autem & in quantitate, & in ubi motus in loco ſit,in prõptu eſt. quod etiã in alteratione mutatio in loco fit,manifeſte in naturali demonſtrauit,illud enim oſtendit,quod per ſe motum,partibile eẽ oportet,partibile autẽ per ſe,& in loco eſt,nãq; etiam corpus eſt,quod enim uniuerſaliter moueẽ,ex eo in quo eſt,ad illud in quo erit.ſeceditex aliquo enim in aliquod omnis mutatio eſt.quod autẽ ex aliquo in aliquod mutatur,neq; ex quo mutatur in illo eſt omnino, nõdum enim mutatum eſt,neq; in quod mutatur in eo eſt omnino,iam enim mutatũ eſſet,non aut ẽ mutaretur,neceſſe eſt igitur quod mutatur,quęcũq; mutatio ſit,per ſe,non autem per accidens,ſecundum aliquid ſui eſſe in eo ex quo mutatur,& ſecundũ aliquid in eo in quod eius mutatio ſit, totum enim in utroq; eſſe impoſſibile eſt, at erit in oppoſitis ſimul tum in eo ex quo,tum in eo in quod mutatur.Simul autem idem per ſe in pluribus eſſe impoſſibile eſt , quare illud relinquitur, quod eius pars eſt ex quo,pars autem in quod,partibile igitur eſt,ergo corpus/ ſolum nãq; per ſe partibile corpus eſt,etenim ſi linea,& ſuperficies per ſe partibile dicatur:id ratione dicitur,ſiquidem ſubſiſtentia,& ſubſtantia ſolum corpus partibile eſt,quare ſi anima mouetur per ſe erit parti

bile,& corpus:& hactenus quidem contra Platonem quoq; cōmodum est, qui animā eē incorporeum dicit, si nāq; suppositionem dicētem quod mouetur, hoc sequitur eam esse corpus, hoc autē falsum, non ergo mouetur, at nōdū ex hoc redarguti sunt, q corpus ipsam dicunt: quoniā non moueatur. quid igitur ex hoc? quod absurdū est, in eo quod mouetur ipsa in loco esse, & corpus, ostēditur. inducit igitur quod consequitur absurdum post pauca, quod aduersus omnes, cōmuniter adaptat. Quomodo autem dicit omne quod mouetur in loco esse? atqui ipse ostendit quod sphęra stabilis non est in loco, siquidem locus est, ut ipsi uidetur, terminus continentis inquantū contentum continet: demonstrat autē extra sphęram aplanē nihil esse. aut igitur aplanis partes quodā modo in loco sunt, quēadmodū quoq; ipse ait in physica, continentur enim singulæ partes à partibus utrobiq; adiacentibus, uel id subaudire oportet. quod uniuersę eorum quę mouentur motus in loco sunt. de his enim quæ hic mouentur sermo est, quę per se tota mouentur: illi autem qui dicunt animam mouendo moueri, totam uidelicet per totam trāsire, quę autem sic mouentur ex necessitate in loco sunt. at fortasse quispiam dicat, quid igitur anima in quantitate non mutatur? nōne alteratur mutata à malitia in uirtutem? & ab ignorantia in sciētiam? quod si alteratur, alteratio autem est motus, mouetur igitur anima. ad hoc familiariter Peripatetici expositores, quorum de numero est Alexander, se obuiant, quod hæc non est alteratio, nāq; alteratio est in passiuis qualitatibus facta mutatio, omnes autem qualitates passiuę sensibiles sunt, quę autē sunt huiusmodi, sunt in corpore, non igitur alteratum omne corpus erit. uirtus autem, & malitia, cognitio, & ignorantia sunt habitus, & priuationes, habitus autem, & priuationes sunt generationes, & corruptiones, non alterationes. quemadmodū igitur cęcitas corruptio est, uisus autē generatio, sic uirtus, & malitia, cognitio, & ignorantia generationes quodā modo sunt, & corruptiones, unūquodq; enim cum sui ipsius perfectione cognoscitur. quod si rei in perfectionē quodpiam deficiat, hoc ipm in corruptiones uergit, perfectio autem animæ cognitio est, & uirtus. quemadmodum igitur sanationem non alterationem, sed generationem dicimus, quia secūdum naturam quidem sanitas est, morbus autē pter naturam, hoc mō quia est animæ uirtus secundum naturam, pter naturā autem malitia, ieciro mutationem de malitia in uirtutem, non alterationem, sed generationem merito dicemus, nāq; alteratio nimirum circa qualitatem se habens per accidens in corpore existens neq; perficere quedpiam in subiecti substantiā, neq; ipsi corrūpere aliquid potest, albescens enim, aut nigrescēs corpus nihil quicquā aut iuuatur, aut offenditur, at sanitas, & morbus, & malitia, & uirtus, non sunt tales, sed in ipsam subiecti substantiam faciunt. Sic igitur illam uulgatam dubitationem soluimus, quæ in introductionibus in accidentis diffinitione fertur. quærebatur enim quomodo accidens adsit, & absit absq; subiecti corruptione, febris enim cum sit accidens corrūpit: dicebamus igitur quod non accidens febris est, neq; alteratio subiecti. Verum præter naturā caliditatis animalis compositionis dissolutiua, tunc autem diximus quomodo habitus animæ generationes, & corruptiones esse dicantur [vt albo aut tricubito] nam si quispiam cum moueatur cerusa moueri album dicat, id uidelicet per accidens moueri dicit, quoniam neq; ipsum per se mouetur. addidit autem & tricubito, ueluti tricubitum dicat non corpus, at simpliciter ipsam distantiam sine corpore, uel lineā uel superficiem uolens id ostendere, quod nullum aliud spacium, præter corpus per se mouetur, hæc igitur (inquit) per accidens mouentur, quoniam corpus, cui sunt hæc, & in quo ipsum esse habent, hoc ipsum mouetur. quod autem dicit non est horū motus, sed corporis, patet, ex quibus & locus in quem mota sunt non est ipsorum, sed corporis, nam siquidem motus ad aliquē finem respicit, est autem finis motus localis locus, in quem motus est, locus autē is est ac si dicamus finem in quē respicit motus, corporis est, non albi, aut tricubiti, motus igitur erit quoq; corporis. quod autē corporis locus sit. inde manifestum est: quia etsi qualitates auferantur, nihilominus in loco proprio ipsum corpus est: eodem modo etiam tricubitum si ueluti linea, & superficies auferatur.

Præterea autem si natura mouetur, vi quoq; mouebitur: quod si vi, etiam natura.

Postq̄ ostēdit quod si natura per se anima mouetur, quidā ipsi proprius locus erit, iis, quæ dicta sunt hoc ueluti consequens adiungit, quod si natura mouetur, ui etiam mouebit, demōstrans per hoc quod ipsi erit etiā quispiam locus præter naturam. quod autem quæ ui mouentur, moueātur etiā secundum naturam, manifestum est, quod enim uiolentia mouetur pręter naturam mouetur, quod autem præter naturam est diuersio est ab eo quod est secundum naturam, nihil uero est semper in eo, q̄ est præter naturam. at quomodo dicit illud quoq; moueri uiolentia, quod secundum

naturam

naturam mouetur? nunquid & quæ circulariter feruntur corpora, quoniam secundum naturam mouentur, præter naturam quoque moueantur tandem? atqui ipse quoque Aristoteles demõstrauit impossibile esse illa præter naturam moueri, namque ea dicit expugnata esse ab omni mortali molestia. Dicunt igitur ualde consequenter Peripatetici expositores, quorũ est etiam Alexander, quod nõ ab natura cœlestia corpora mouentur, sed à meliori potentia animæ, quæ scilicet in illis est. quod si, ut ipse ait Aristoteles, in appetitione ipsius primi hunc ipsum motũ habent, cur.n.inqt circulariter mouentur? deinde subiunxit, quod mentem imitatur. quemadmodum enim deus ubique est, sic & cœlum, inqt, imitans ipsum primum, quoniam simul ubique esse non potest, secundũ partes ubique est, animalia quoque, quæ motu per obliqua mouẽtur, hoc scilicet ab anima mouentur, nõ à natura. Verũtamen in animalibus, alius est motus in anima, q̃ is qui est à natura: namque animatorum quæcũque compositum corpus habent, motum secũdum naturam alium habent ab eo, qui est in anima. quare corpus mouetur motu naturali, secundum simplicium dominationem, quãdo nõ ut anima tum, sed ut corpus simpliciter mouetur, quando enim animalia ipsa aut uadunt, aut uolant, aut natant, per animam mouentur, quãdo autem ab altitudine feruntur per grauem inclinationem dominante eo, quod corporis graue, & terrenum est, secundum naturam mouentur, corpori uero simplici, cui esse animatam contingit propter huius proprietatem natura est anima, & secundum animam motus, est ipsi secundum naturã motus. Quod si natura non mouetur, sed ab anima, non amplius adducitur ad illam rationem dicentem quod ea, quæ natura mouenẽ, ui quoque mouebũtur, quod si omnino opus est, in ipso naturalem quoque motũ reponere, dicimus quod talem motũ naturalem habebit, qualem etiam ex anima habet, neque in omnibus rationem Aristotelicã dicemus esse quod omne motũ natura, ui quoque mouebitur, sed in quibus secundum rectitudinem motus fit, quæ & secundum si tota mouentur, ab ipso autẽ Philosopho demõstratũ est, quod contrarietas est in motu secundum rectum, solus namque circularis motus nullum habet contrarium, motui enim qui supra fit, opponitur ille, qui infra, huic qui ante est, opponitur ille, qui retro, huic qui ad dexteram, ille qui ad sinistram, sed qui circularis ẽ. nullum habet contrarium. quare eorum, quæ secundum naturam mouentur, ea mouentur, & uiolento motu secundum rectum mouentur, & tota, locum permutant in motu, qui est secundum rectum, & contrarietas uidetur. cœlestia uero circulariter mouenẽ, & tota p tota oĩno locos nõ permutãt. Manifestum est autem quod illi, qui localiter animam moueri dicunt. & motu suo tãq uecte quodam mouere corpus, illi motum secundum rectum præbuerunt, omnia enim animalium corpora secundum rectum mouentur, bene autem & hoc addit Alexander, quod & nõ est in loco, neque mouebitur unq̃ præter naturam. & est opinio de cœlestium motu nullius alterius eorum qui fuerunt ante Aristotelem, sed ipse illam primus introduxit. quare bene ea quæ illis consequentia sunt enarrauimus, ex qbus dicunt, Præterea hoc si natura mouetur, ui quoque mouebitur, ueluti contingens accepit, quoniã eorum, quæ natura mouentur aliqua ui moueri contingit, ea autem quæ natura mouentur, ui quoque mouentur quęcũque contrarios motus habent, at motus animæ contrarios motus haberent, quibus enim motibus corpus mouet, consentaneum est ipsam moueri ex illis, siqdem mouendo corpus mouet, omnes enim corporis motus secundum contrarietatem, quemadmodum diximus, contemplamur.

At eodem autem modo se habet etiam de quiete, in q enim mouetur natura, etiam quiescit in hoc natura: similiter autem in quod mouetur violentia, ẽt quiescit in hoc violentia.

Ratio quietis rationem motus consequitur. postq̃ enim ea, quæ mouentur secundum rectum, & tota per tota locũ transeunt, nõ in infinitum feruntur, locũ uidelicet habent, quem capere compelluntur: quoniam nihil frustra natura facit. quare cũ mouẽtur secundũ naturã, ea, quæ mouẽtur, cũ locũ, in quẽ impellũtur occupauerint, in eo quiescent, si qdem nõ frustra motus est, si enim neque in infinitum feruntur, admissa in proprium locũ non amplius ab natura in locum pręter naturam mouentur, præter naturam autem contrarium est, quiescet igitur secundum naturam, in loco secũdum naturã, quem natura occupare impellebatur, uiolentia enim opus est ut aliqua moueantur in opposita, & èconuerso quæ uiolentia mouentur, siqdem non in infinitũ feruntur, habent præter naturã locũ, in quo cũ fuerint uiolentia quiescent. atque aliter ostenditur quod omnis motus secũdũ rectum factus à quiete incipit, nisi enim gleba sursum lata quieuerit à latione, quæ sursum fit, nunquam deorsum exponetur, quod si mouetur in contrarium motum, prius qui motus sursum fit oportet quiescere, deinde qui infra fit incipere. non enim fieri potest ut simul contrariis motibus

moueatur. Quod ſi neceſſe eſt ad ſermonẽ de motu introducere, etiã ſermonem de quiete, neceſſarium quoq; eſt animam motam quieſcere. quod ſi datur, non ſemper mouetur.

Quales autem violẽti animę motus erunt, & quietes, neq; fingere volẽtibus facile eſt aſſignare

Hinc argumentum patet ex quo ſuperius inquit, cõſiderandum autem primũ de motu. ecce. n. ſic cõcluſit. cum nãq; oſtẽdiſſet quod ſi per ſe anima mouetur, ſcilicet ſecũdum naturam, illi quoq; ſecundum naturam locus erit, & rurſus ſi ſecundum naturã mouetur, uiolentia etiam mouebitur, & erit illi quidam uiolentus locus, & quod hoc modo mouetur, etiã quieſcit: concludit igitur hic dicens, Quales igitur uiolẽti animę motus, & quietes. quod autẽ ſit impoſſibile diuidere, & aſſignare hos animæ motus, & quietes eſſe ſecundum naturam, hos autem præter naturam, ſic quidem didiceris, qui maxime, & primo animæ ſiue motus, ſiue actiones uidẽtur, iudicium, & appetitus eſt quorum utrũq; diuiditur in rationale, & irrationale, & in iudicio quidem rationale eſt, intellectus, & ſcientia, irrationale autem ſenſus: in appetitu uero, rationale quidem uolũtas, irrationale autem cupiditas, & ira. quod igitur harum actionum aliàs dicere eſſe ſecundũ naturam, alias uero præter naturam ratione careat, id patet, omnes enim animali adeſſe ſecundum naturam uidentur. quod ſi quiſpiam dicat eſſe animæ præter naturam iram, atq; cupiditatem, ſciat, primum ſi quidem rationali. permittere: nunc autem de omni anima ſermo eſt: ira autem, & cupiditas animæ irrationalis particulæ ſunt: deinde eo, quod eſt præter naturam, nunquàm aliquis in illud, quod eſt ſecũdum, naturam uteretur: ira autem, & cupiditate in animalis ſalutem uſi ſumus, illis etiam in animæ bonũ ſæpius utimur. quare non præter naturam ſunt, multo autem magis motus ſecundum iudicium, ſunt ſecundum naturam: neq; illi ipſi motus unquàm ui mouerentur. uiolentia ſanè tyrannorũ dogma impium fateretur, componere quidem ex habitu, & opinari quodpiam uiolentia ipſam animam. impoſſibile eſt: ab opinione autẽ per iram, atq; cupiditatem diſiũgi, quando ab exterioribus iritatur: in ipſa nãq; anima quandam rationis, & affectuũ pugnam contemplamur. at quidem uerum eſt in hiſce nullum eſſe uiolentum motum, ſi nanq; affectui ratio non aſſentitur, nunquàm in quodpiam horum deducitur, eſt enim uiolentia, quemadmodũ ipſe diffiniuit, cuius principiũ extrinſecus eſt nullo faciente, aut patiente coadiuuante, ueluti lapidis ſurſum latio eſt. anima ſanè ipſa affectui indulget, & aſſentitur, hoc autem ſtudioſi declarant, qui nullis iritantibus obediunt. At uero neq; potentiam nutritiuam quiſpiam præter naturam diceret: motibus autem localibus corporis, qui ſecundum impetum animæ fiunt, contrarii erunt motus qui præter impetum ipſius animę fieri ſolent: at ipſi ex natura contrarii nõ ſunt: quare ſecundum animę impetum ad illa corpus mouetur, ueluti ſi ipſa ad anteriora corpus mouente alius ipſum retro trahat, ſi nanq; ad ipſa corpus anima mouere poteſt, ſimiliter & dextra, & ſiniſtra, ſupraq;, atq; infra, non præter naturam ipſi ſunt motus, etiam ſi ui quiſpiam trahat. qui nanq; eſt ſecundum naturam motus, nunquàm præter naturam fiet, non enim unquàm eſt igni præter naturam ut ſurſum feratur. Quapropter ſi præter naturam motus omnino motum ſecundum naturam ſequitur, non mouetur autem anima præter naturam, neq; ſecundum naturam quidem moueatur. patet autem quod cum oppoſine Antiſtrophen rectè fecimus.

Adhuc autem ſi quidem ſurſum mouebitur, ignis erit: ſin autẽ deorſum, terra. horum namq; corporum motus hi ſunt, & eadem ratio eſt de medijs.

Alterum autem quodpiam rurſus abſurdum ſuppoſitionem ipſorum ſequens oſtẽdit. ſi enim ſecundum naturam mouetur anima, ſi qdem motus ſecũdum naturam ſurſum eſt, aut ignis erit, aut aer: ſin autem deorſum, uel terra, uel aqua, horum enim ſunt tales ſecundum naturam motus. At non ſimpliciter hoc uelut abſurdum coadducit, etenim ipſorum quidam dicebant, alii quidem ignem, alii autem quodpiam aliud ex elementis animam eſſe. Verum quod ſi eſt animę motus ſecundum naturam aut eſt ſurſum, at etiã igni eſt ipſe ſm naturã motus, omnis ignis anima erit, & in reliquis ſimili modo, quod abſurdũ eſt. ſi enim utriuſq; ignis, & animæ eſſe definitum eſt in motu, qui ſecundum naturam ſurſum eſt, quorum autem idem proprium eſt ſecundũ naturã, ea eadem ſunt, illud ſequitur quod anima, & ignis ſint idem. hoc autem declarauit eẽ abſurdum dicẽs, horum nãq; corporum motus hi ſunt, ignem aut ferè nullus ipſam faciebat, neq; ex aliis elementis quodpiã, ſed ex igne, quibus erat ignis elementum, uel ex aliorum quopiã. Neq; Democritus ignẽ ipſam dicebat, uerum ex atomis, unde ignem eſſe uolebat. illos igitur, qui icorpoream animam di-

cunt,aperte hoc absurdum sequitur.sequitur etiam cõmuniter hoc ipsum eos,qui corpus illam di cunt.non enim simpliciter ignem animam dicebant,sed ignem tali modo dispositum, & quasdam potentias assumẽtem.igitur anima ipsa dispositio est.Quare si est ignis,& animę idẽ motus,omnis ignis anima erit.quod si hoc,absurdum est,non est igitur idem motus.Similiter quoq; in alijs ele/mentis.quod si nullo motu elementorũ mouetur,neq; præter hos ullus est motus,eam non mo/ueri dicendum est.Videtur autẽ sermo habere instantiam ab his,qui eam esse corpus dicũt.nõ eni si ipsa mouetur motu unius elementorũ,iam necesse est esse unum ex elementis:caro enim, & os, & metalla,& omnia ferè composita multigena,quæ secũdum naturam mouetur uno simplicium elementorum motu,non iam terra sunt,aut aqua,aut aliquod aliorũ,uel èconuerso,elementa ca/ro sunt,uel os,uel ex aliis elementis quodpiam.quid igitur impossibile est & animam ex uno exi/stentem elemẽtorum,uelut ex materiali causa cũ illis eodem motu moueri?Qđ si quispiam dicat, at anima non est materia uidelicet elementum,uerum species ipsi succedẽs,illud sciat qđ in omni/bus hoc dicere consentaneũ est,caro enim est forma carnis,nõ elementa,similiter quoq; in aliis dici tur,& uere dicitur caro deorsum ferri,& secũdum naturam quemadmodũ terra.uel igitur imobi lia esse alia corpora dicere oportet,uel ipsam quoq; animam moueri.

Præterea si videtur mouens ipsum corpus,hisce cõsentaneum est mouere motibus,quibus & ipsa mouetur.quod si hoc est,ẽ conuerso quoq; nobis est dicere verum, q' secundum genus,& secun/dum speciem vt corpus mouetur.at corpus mouetur latione,quare & anima mutatur secundum cor pus eodem motu,& ipsa vel tota,vel secundum partes translata.

Hoc est aliud argumentum quòd anima nõ mouetur.quòd enim uecte quodã mouere ipsam corpus dicunt,tãquàm ipsa dum mouetur,corpus impellat,quemadmodũ in lusionibus facere cõn sueuerunt tenues ut membrana de cæra pilas paruas uacuas,& intus claudere muscas,uel cantha/ridas,deinde dum illę mouentur,cera simul mouetur,quemadmodũ etiam in uiuario clausa sera, quæ secũ uiuarium impellens mouet:quoniam igitur hoc modo dicebant animã ipsam dũ moue tur simul corpus mouere:propterea quæ sunt huiusce opinionis consequentia,per hæc iterum cõn syderat. inquit enim.si sic anima corpus mouet, consequens est eo motu corpus moueri,quo & ipsa anima mouetur,& èconuerso,quo corpus ipsum mouetur,eodẽ quoq; animam moueri.Qui sit igitur horum motus,ex his quæ nobis manifesta magis,magisq; cognita sunt de corpore scilicet nobis doctrinam facit.quoniam inquit latione corpus mouetur,animam quoq; latione moueri ne cesse est.erat quidem magis consequens ex animæ motu concludere motum corporis,ut ex causa effectum:uerum quia non manifestus,& incognitus est animæ motus,ideò de corpore motum animæ concludit, uelut è coniectura causam deprehendens, corporis enim motus cognitus est. At quispiam dubitauerit quomodo dicat,quòd ipsum mouens dum mouet,eodem motu cũmo/to mouebitur,ecce enim mula rotã trahit,& rota circulariter mouebitur,mula autẽ secũdũ rectũ: simili modo in ærea sphæra,axis quidem uno motu mouetur,quæ autem ab ipso mouẽtur in op/posita inuicem mouentur,quarum alia quidem cum axe eodem motu simul mouetur, alia uero in opposita,at etiam cœlestia,quæ circulariter mouentur,non eodem motu secum quæ sunt hic, mouent,atqui cœlestia non simpliciter mouendo ea,quæ sunt hic mouent,sed eo modo,ueluti si neq; mouerentur,calefacientia enim, et frigefacientia congregatione,& disgregatione sic circa nos faciunt,non sanè mouendo:tantum nãq; solum motus confert,quantum nobis aut propiorem,aut remotiorem solem,uel lunam,uel aliquã aliarum stellarum faciat:de reliquis autem fortasse alius diceret rotã currus per rectum ductũ trahi,figuram autem esse causam ut circulariter moueatur, tota namq; ut tota per rectum mouetur rota locum de loco per rectum positum transiens,partes uero sunt,quæ circulariter inuicem locis cedunt,circa autem axem,quoniam quod dentatum nõ/minant intrinsecus est,quod qdem continue mouens est ipsam sphæram quæ in opposita moue/tur,eodem motu ipsa mouetur:at hæc oratio nõ satis est idonea,nãq; primũ mouens axis est. Nũc autem de anima sermo est de primũ mouente,neq; rotæ figura ad excusationem satisfacit.Horũ sa nè solutio hæc est.non dixit quo motu mouetur ipsum mouens secũdum spẽm sicut rectum,uel rota,eodem mouebitur & ipsum qđ mouetur,uerũ secũdum genus,si motu in loco ipm mouet, & ipsum quod mouetur in loco mouet,propterea lationem dixit.ątendum est autem nũ quido per solũ motum secũdum locum,sit hoc uerum.nõ enim mouens secũdum quãtitatem,aut quali/tatem eodem motu mouebit,siquidem nigrefaciens haud nigret, uel augens augetur, uel docens

docetur,uerum igitur dicetur per ſolum motum ſecundũ locum.quare & ipſa uel tota,uel ſecundum partes æqualiter,tranſlata in loco mouebitur,tota quidem totum corpus, ſecundum autem partes partem eius mouens.at quid abſurdum conſequens huic adduxit?

At ſi hoc contingeret,etiam egreſſam ingredi iterum contingeret,hoc autem id conſequitur reſurgere mortua animalium.

Si nãq; per quẽdã uectẽ corpus mouet,& impellendo,quẽadmodũ iam diximus,ueluti in uiuario fera,illud inquit fieri poteſt, ut cum de corpore exiuerit: illud iterũ ingrediat, atq; iterum ipſum moueat,& ſic utiq; animalia mortua reſurgerent.quid enim impedimento eſt,ſiquidem ſola impellat,& uecte ipſum moueat?ad hoc aũt contra nituntur dicentes eum non bene dixiſſe,quod ſi mouẽs mouet,egreſſa iterum ingrediatur,& ſic quæ mortua ſunt animalia reſurgent.ecce enim quiſpiam dicit columna uecte quodam,& impulſione murũ ſuſtinet,uel aliud tale quoddam/& ſi diuellatur diſſoluta compoſitiõe,murusq; cadat, non tamẽ etiam ſuppoſita murum,uel qd aliud tale ſuſtinere poteſt.& alia huiuſcemodi exempla inuenire quidẽ poſſes.ad hoc autem reſpondentes dicunt hic nõ ſolũ uecte,& impulſione opus eſſe,uerum etiam ſuſtentati conuenientia,qua diſſoluta non item colũna,quæ ſemel uenit ſuppoſita,quod ſuſtinebat prius,ſuſtinere poteſt.illi uero ut aiunt,per uectem ſolum fieri motum dicebant,neq; ſanẽ corpori conuenientiã prębẽtes,neq; ex natura potentiam quãdam ad mouendũ,nos etenim potentiam quandam uitalem p̃ſentia animæ infundi in corpus dicimus,deinde eiuſdem animæ abſentia hanc ipſam potẽtiam corrũpi,atq; unà corpus cadere,ideoq; ↄſentaneũ eſſe nõ amplius illã poſſe ingredi,remiſſa ex illa,& corrupta,quæ initio corpori conuenientia erat.at illi ſola impulſione animã mouere corpus dicebant,& ideo conſentaneum eſſe eam egreſſam iterum poſſe ingredi,ueluti ĩ uiuariũ fera quædam ingredi,& egredi poteſt,quam rem hoc ſequitur,quod animalia mortua reſurgere poſſint.Sed hęc interpretatio eſt eorum,qui mentẽ Ariſtotelicam non obſeruant.Vult enim per hęc oſtendere quod anima penitus non mouetur,neq; mouendo corpus mouet.quid igitur mouentis ut moueatur intereſt? ſiue corpori conuenientia quadam opus eſt,ſiue non.quod enim quærimus aut moueatur,aut nõ moueatur,ſi quidem de hoc erat quęſtio,utrum corpus ut moueatur conuenientia quadam indigeat,an non.bene quidem hoc modo ſoluebant,& ſi nullus quidem de hac re ſermo ſit,quærit autem utrum anima moueatur,an non,in mouendo corpus,quid magis oſtendit? ipſam nõ moueri, ſi corpus indigeat ad mouendum conuenientia quadam,dum mouetur anima,ſic enim neq; baculus mouendo ianuam mouet,niſi quandam ad motum congruentiam ianua habeat,qua habita impellente baculo mouebitur,neq; enim aut fixa clauis,aut diſſoluta compoſitione moueretur,& omnia quidem quæ ab aliquo mouentur,omnino cuiuſdam propriæ aptitudinis egent.Quare dubium ſolutum non eſt,& propterea hoc adducere non probabiliter Ariſtoteles uidetur.aliter autem cõtra ipſum quiſpiam dicet,ingrederetur quidem rurſus anima in corpus,& quæ mortua ſunt,animalia reſurgerent,ſi natura cõcederet ut iterum poſſet ingredi,nunc autem nõ ingreditur, quoniam non hoc natura dedit.Quid igitur ad hoc? dum prius eſſet in corpore non mouebatur, neq; enim bis in idem corpus ingredi natura patitur,quemadmodum neq; ſi fera in eodem uiuario fuerat,ingredi rurſus,quod neq; ex deductione manifeſtum fuit. Democritus autem & unuſquiſq; aliorum diceret,quod animam dum mouetur,mouere corpus dicimus,opus eſſe antẽ corpori conuenientiam quandam,quo motus animæ ſuſcipere poſſit,ueluti talem atomorum taliũ ordinem,atq; poſitionem.Similiter quoq; reliqui talem elementorum,quæ ſunt apud ipſos compoſitionem,qua diſſoluta,non amplius corpus impellente eam poſſibile eſt,ut ſi talis formatio uel qualitas cerę diſſolueretur,ueluti ſi mollis fieret,uel quodpiam aliud pateretur,nõ amplius quod intus clauſum eſt,animal ipſam mouere poſſet.

Motu autem per accidens & ſi ab altero moueretur,impellitur utiq; ui ipſum animal.

Poſtquàm demõſtrauit non poſſibile eſſe animam moueri propter eã,quæ abſurda conſequuntur ſuppoſitionem dicentem ipſam per ſe moueri,nunc per hæc ad illud,quod per ſe moueat inſtare uult.etenim prius eam non moueri ſimpliciter demonſtrauit.nunc autem de quibus maxime ſuſpicentur illam moueri,ex illis ipſis non eſſe per ſe mouens oſtendit.neceſſe eſt inquit quod per ſe mouetur,ſibiipſi eſſe cauſam motus,non autem ab alio moueri,quod enim per accidẽs mouetur,ipſum ſibi talis motus eſſe cauſa poteſt,& ab alio eodem motu moueri, non enim dicimus

per animalem impetum animalis, quod mouetur, per accidens animam à seipsa moueri, & remigẽ mouentem nauigium per accidens à seipso itidem moueri. Q d si quispiam uiolentia animal traxerit, ab alio per accidens anima mouebitur: etiam aliquis posset dicere uelum quoq; nauigium mouens per accidẽs à seipso moueri motu, quo nauis mouetur, quod ipsum uelum sit in nauigio, qđ mouet, motu sanè, qui per se est, nũquã aliquod ab alio moueretur, quod enim per aliud est, eius, quod est per se, destructiuum est, ut in his qua sequũtur ostendit: atq; aliter si, q per se motus est ex ipsa natura, indiguerit per aliud moueri, imperfectum quiddam esset ab natura factum, nõ sufficiens sibiipsi per se, inutile, ergo & frustra erit, nihil autẽ frustra natura facit.

Non oportet autẽ, cui ab se moueri in substãtia est, hoc ipsum ab alio moueri, nisi per accidẽs.

Quod ab se inquit mouetur, & in substantia motum habet, nũquã hoc ipso motu ab alio mouebitur, si nãq; ab a io eodem motu mouebitur, non amplius erit ut per se semper moueatur. quę enim consubstantialia sunt, semper simul sunt. anima autẽ (ut infra adducet) à sensibilibus moueri uidetur, non igitur sese mouens est. hoc autem nisi per accidens, aut ita accipiẽdũ est, quod nõ moueri per seipsam quispiam dicat, sed per accidens, sic enim ab alio mouebitur, nãq; illud ostensum est, qđ seipsum per accidens mouens, ab alio quoq; eodem motu moueri potest, aut rursus sic, nisi per accidens, quod eo motu, quo per se mouetur, non ab alio mouebitur, quo autem motu ab alio mouetur, hoc eodem motu per accidens mouetur, ueluti sphærę errantes ex oriente ab non errãte sphæra motu per accidens mouentur. At fortasse quispiam dubitare posset quonam modo dicat haud esse probabile, quod motus per se ab alio fiat, non ne per se animal in loco mouetur? & in loco ab alio etiam moueretur? & lapis deorsum fertur per se, & ageretur etiam ab alio per locũ deorsum ferente? Dico igitur quod non eodem motu lapis, & animal, & ab alio, & per se mouentur, nãq; animali secũdum impetum per instrumenta propria factus est motus, quo nũquàm ab alio, neq; omnino per accidens moueretur. At lapidi similiter per se motus est, qui secũdum propriam inclinationem momentũ fit, hoc autem motu nũquã lapis per accidens moueretur. Quãobrem si quod per se mouetur ab alio non mouetur, anima autem ab sensibilibus moueri uidetur, nam cũ mundum cognouerit, in intelligẽtiam dei uenit, & ex singularibus sensibilibusq;, in uniuersalium cognitionem mouetur, item desiderabile cum uiderit, in eius desiderium mouetur, & in iram, qui iniuria affectus est, cietur. Deniq; si ex natiuitate cuidam sensus deficiat, motus etiam per eum sensum deficit. si nãq; uisum quispiam nõ habeat, haud unquã quo ex uisibilibus moueri solet, eo sensu mouebitur. item si cum nasceretur auditu priuatus fuit aliquis, is quidem nũquã ex audibilibus motus fuerit, & in reliquis eodem modo. qđ si anima sensibilibus mouetur, non igitur per se mouetur, qđ si est, non quidem sese mouens est. Verum ad hęc dicamus, quod etsi ab sensibilibus anima mouetur, sic tamen quemadmodum ab expergefaciente dormiens geometra mouetur. uelut igitur, qui illum expergefecit, hoc solum impedimentum remouit, non autem geometræ speculatiões geometricas inspirauit, sic etiam anima rerum rationes in seipsa habẽs, & uelut à somno natiuitatis inutilis existens ab sensibilibus, aut à doctoribus excitata, rationes, quas in se habet, sibi anteponit. At si illi sensibilia cognitionis causa fuerunt, cur etiã quæ ratione carent, ea non cognoscit? etenim plurima acutioribus sensibus usa sunt. Præterea aliter sensibilia uidet, & non quomodo sensui uidetur: sensu enim solem mensura unius pedis uidente, anima uero dicit eum esse multiplicatum multo maiorem, quã tota terra simul, quare non ab sensibilibus cognitionem tenet. nã si hoc esset, illud existimaret, qđ sensus pręđicit. unde & res, & rationes iudicat? & nisi ad rõnes quę sunt in se conferens, aut bene aut male esse demõstrat? id igitur patet, qđ omnibus modis animam in cognitionem sensibilia nõ mouent, nisi sanè ut diximus per secũdum potentię significatũ quod actus est, hoc enim habet habitum, etsi actum non expromit, præterea iam animalis tales esse motus diximus, quia ipsa per se anima operans intelligenter operabitur nihil cum sensibus indigeat. Nos quidem hæc in Aristotelem dicere cõmode possumus, si de anima rationali loquitur. quod si mouetur, non ab sese, sed ab sensibus mouetur. At quoniam de omni anima, etiam de irrationali illi sermo est, probationes eæ, quæ dictæ sunt ab eo, locum habent, nihil enim, quæ ratione caret anima, absq; sensibilibus cognoscit. sed hoc nihil ad Platonem, q rõnalem aiam p se mouẽs dicit.

Quemadmodum neq; quod per se bonum est, aut propter se, id quidem per aliud esse. Hoc vero alterius gratia, animam autem maxime quispiam dixerit ab sensibilibus moueri, si qdem mouetur.

Hoc est eorum quę dicta sunt, exemplum. Quemadmodũ (inquit) quod per se bonum est, non per aliud erit bonum, neq; quod est propter se bonum, unquàm alterius erit gratia, sic neq; quod per se mouetur, ab alio unquã mouebitur. atqui si ab sensibilibus aĩa mouetur, quẽadmodũ mouetur: id sequitur, quod per se non mouet, non igitur sese mouens est. illud aũt, quod dicit per aliud, opponit huic particulę, per se. illud uero, alterius gratia, huic, propter se. Prima autem oppositio ex actiuarum: secunda uero ex finalium causarum differentia sumpta est, ut uidere per se esse dicimus, quoniam nobis hoc per aliud quodpiam nũquàm fiat, ex ipsa enim natura uidendi causa actiua est, diuitias autem non ipsi habemus, uerum per aliud, uidelicet per mercaturam, per agriculturam, per aliud quodpiam tale: rursus in urceo aqua, uel glacies frigidũ quidem per se habet, talem uero figuram per aliud, scilicet per urceũ. Similiter ibi, propter se, & alterius gratia, nam uirtuti propter eam studemus, non alterius gratia, nam etsi non sit retributio uirtutis, uirtuti tamen propter eam studendum est: uires autem non propter eas habemus, sed propter corpus, corporis enim uires perfectio sunt, & animæ quidẽ uirtus propter se eligibile est: uirtus enim perfectio est animæ. Quid igitur sit hoc per se, & per aliud, quidq; hoc propter se, & propter aliud, dictum est. Si quodpiam autem sit propter se, hoc omnino est etiam per se, at non item si quodpiam per se est, hoc est omnino per se, ueluti animæ uirtus est ꝓpter se, atq; ideo ꝑ se, actiua enim uirtutis causa in ipsa est anima, quia in rectam affectionem uirtutis non alterius extrinsecus eget, sed in seipsa eius actiuam causam tenet. Similiter quoq; corpori propter se sanitas bonũ est, & ideo etiam ipsi per se sanitas est, de se nãq; actiuam causam sanitatis habet, quia bene ualere est secundum naturam, non tamen hoc per se, omnino est propter se, uidere enim ꝑ se est animæ, non tamen propter se, sed propter uirtutem, aut conseruationem, simili modo si quodpiam per aliud est, hoc omnino & alterius gratia est, at si quod est alterius gratia, omnino est per aliud: per aliud enim diuitiæ sunt, uidelicet per mercaturam, uel aliud tale, propterea etiam alterius gratia, scilicet uirtutis, hoc sanè uidere, uel sanum esse alterius quidem gratia est, at nõ per aliud, uerũ per se. oppositis igitur hoc per se, huic per aliud, hoc autẽ alterius gratia huic propter se, contingit per se, per accidens esse per aliud. lapidi enim per se est, ut deorsum feratur: at etiam deorsum per aliud per accidens agetur: nam si diuulsum fuerit fundamentũ, quæ sustinẽtur ab eo, per aliud. s. per diuellentem deorsum feruntur, per aliud (inquã) sed acta per accidens: illo enim diuellente fundamentũ hæc, deorsum secundum naturam locum inuenientia deducta sunt. dicetur, & per accidens per aliud deducta esse per diuellentem similiter quoq; bene ualere per se corporibus adest, attamen per accidẽs per aliud, ꝑ medicum scilicet euacuantem quod angit, uel simpliciter illud surripientem, quod corrumpit. ille enim quæ nocent, ea prohibet, natura autem submouens à se quod afficit molestia, sanitatem secũdum naturam facit, etenim infirmitatũ ipse naturæ medici sunt, & sic bene ualere per se corpori desiderabile est, quãuis nihil aliud è sanitate adiiciatur: item hoc propter se, (quod quidem dixi) per accidens erit alterius gratia, nam uirtus ipsa cum propter se sit optabile, bonæ glorię causa per accidens erit, quia ipsam uirtutem gloria bona sequitur, & quispiã dicere posset eẽ uirtutem propter gloriam non autem per se, uerum per accidẽs: eodem modo cum sanitas propter se corpori sit desiderabile, eam quispiam diceret eẽ alterius gratia per accidens, gratia uidelicet faciẽdi aliqua. at enim sanitas non est optabilis propterea, quod idoneum corpus ad agendum faciat, sed hoc ipsum ualens consequitur, sanitas igitur per accidens alterius gratia, faciendi scilicet aliquid est. quæ cum ita sint, patet quod anima si per se mouetur, non utiq; ab alio mouebitur, nisi per accidẽs, quod si per aliud mouetur, uidelicet per sensibilia, non ipsi quidem erit motus per se, quod quidem uolunt illi, qui eam per se moueri constituunt.

At vero, si mouet ipsa seipsam, ipsa quoq; mouebitur. Quare si omnis motus est eius, quod mouetur, inquantũ mouetur, anima quoq; digredietur è substantia, nisi per accidens ipsa se moueat, sed est motus substantiæ ipsius per se, quidam vero mouere inquiunt animam corpus, in quo est, eo modo, quo ipsa mouetur: vt Democritus *idem ferè dicens cum* Philippo Comico. *Dicit enim Dædalum fecisse ligneam* Venerem, *quæ mouebatur infuso argento fusili: similiter quoq;* Democritus *dicit, pilas indiuisibiles, quæ mouentur, ꝙ illis natura insitum sit nunquàm manere, simul trahere, & mouere corpus omne.*

Iam diximus quod per hæc contra illud, sese mouens, renititur. contra illud ergo hoc est argumentum

mentum,quod ita ait,si anima sese mouens est adeo,ut ipsa sit & quę mouet,& quę mouet̃,& non per aliud quidem mouet,per aliud autem mouetur,& uelut anima mouet:igitur ut anima moue bitur:omne autem quod mouetur,ab hoc digreditur inquantũ mouetur: igitur si anima inquã tum anima mouetur, ab animæ essentia digreditur. quod enim mouetur secundum locum:ab eo digreditur,à quo loco motum est:eodem quoq; modo quod secundum quantitatẽ, quodq; secũ dum qualitatem mouetur,unũquodq; enim inquantum mouetur, ab hoc unde mouetur,digre ditur.igitur anima quoq; si,inquantũ anima est,secũdum substantiam mouetur,digrediet̃ utiq; à substantia sua,& corrumpętur.etenim necesse est omnino,ut illi uolunt qui animam dicũt eẽ in corporeum,& sese mouens,motum secũdum substãtiam accipere.cum nãq; mutationes quatuor sint,quẽadmodum iam sępius dictum est,secũdum substãtiam,& quantitatem,& qualitatẽ,& lo cum,siqdem secũdum locum,aut quãtitatem mouetur anima,id est in promptu,quod corpus est, corporum nãq; sunt quantitas,& locus,pari quoq; modo secũdum qualitatem mutatio corporũ est,ut iam diximus,siquidem secũdum passiuas qualitates mutatio est,ipsę autem sensibiles sunt, quod autẽ secũdum aliquod sensibile mutatur,corpus est.igitur si mutatio,siue motus aię neq; est secũdum quãtitatem,neq; secũdum qualitatem,neq; tandẽ secũdum locũ,quia icorporea est, illud relinquitur,quod est secũdum substãtiam,aliter etiã per se substãtiam dicunt eius esse hoc,qđ per se mouetur,quod autẽ secũdum substantiam mouetur,quod idem est ac si diceremus mutat̃,cor rumpitur. igitur mouendo anima quoq; corrũpetur. item aliter, necesse est ipsos dicere mutatio nem,& motum ipsius animæ secũdum ipsam substantiã fieri,si nãq; mouet anima secũdũ qualita tem,aut aliorum quodpiam,substantia autẽ eius,neq; in qualitate,neq; in quantitate,neq; in loco est,quicquid enim in his est,corpus est,id sequitur quod anima seipsam nõ mouet.nũc autem sese mouens inquiũt,hoc autem nisi per accidens moueatur,uidelicet nisi in mouendo alio scilicet cor pore,in quo est,ipsa seipsam mouere dicatur.hoc enim & ipse ponit,qđ si non est ita,sed in substã tia eius motum contẽplamur,ipsa quidem de se digrediatur,nos possumus hoc nisi per accidens, etiam sic agnoscere pro eo,qđ est,non secũdum aliquod accidentiũ ipsi seipsam mouet,ueluti secũ dum locum,uel quãtitatem,uel qualitatem,qđ si secundũ quodpiam horũ seipsam mouet,maxi me quidem hoc impossibile est iis,qui illã esse incorporeũ dicunt.Præterea non esset sese mouens, non enim quantitas,aut qualitas anima est.quare mouet quidem aĩa,quantitas uero,aut qualitas eius mouetur.quemadmodũ enim natura secũdum quantitatem corpora mouens ipsa non mo uetur,non enim quantitas est,neq; corpus inquantũ corpus mouet,sed solam corporis quantitatẽ mouet,nãq; & naturæ,& corporis ipsa ratio manet,at non sanẽ item quantitatis,sic igitur anima,si secũdum quodpiam horũ mouetur,nõ ipsa seipsam mouet,sed in ipsa tum qđ mouet,tum quod mouetur,erit:non est igitur seipm mouens. Qđ si inquantũ est anima secundũ hoc habet ut mo ueatur,tãquã idem sit & mouens,& quod mouetur,alienatio autem est omnis motus ab hoc in quãtũ mouet̃,illud necessario ꝯsequit̃ ut aĩa ipsa dũ mouet̃,à seipsa digrediat̃,& corrũpat̃,qđ autẽ ipsius sese mouẽs de ipsius subã ꝑdicent,ueluti ſm hoc ipm moueat̃ aĩa,inquãtũ subã est,id apte in Phædro Plato declarat.Postquã enim dixit quod omnis anima imortalis est,imortale est enim quod per se mouetur,paulopost infert.cum autem demonstratum sit imortale eẽ quod per se mo uetur,animæ substantiam & rationem hoc idem esse dicere quẽquã non pudebit quare & substã tiam,& diffinitionem animæ esse hoc sese mouens manifeste dicit.bene igitur Aristoteles constru xit,qđ si secundũ substantiam mouetur,de se alienabitur,& corrumpetur. Sępenumero autem di ximus,quod omnem operationem motũ Plato uocans sic sese mouentem aĩam dicit esse, ueluti ꝑ se operabilem,qđ in naturalium nullo uidemus.etenim natura,uel potentia mouet,mouent̃ autẽ quæ hisce subiecta sunt.Quidam uero inquiunt eã mouere corpus,in quo est,eo modo,quo ipsa mouetur.Postquã superius demonstrauit illud esse absurdũ dicere quod anima dum mouet̃,im pulsiõe,& ueluti quodam uecte corpus mouet,nam si daretur hoc,illud itidem fieri posset,quod animalia,quæ mortua sunt,resurgerent.ne fortasse quispiam credat se eos dãnare,tãquã impulsio ne quadam aĩam mouere corpus dicant,cũ non hoc illi dicant.eorum opiniones in mediũ confert. quod qui dicebant atomos (sic aũt Democritus,& Leucippus,& Epicurus,atq; etiã Plato dicebat, quemadmodũ deinceps narrabit) dicebant enim inquit rotũdas atomos,cũ sint facillimi motus se cum corpus mouere,idem inqt dicentes cũ Philippo Comico,qui Venerem ligneam, quæ moue batur,Dædalũ fecisse dicebat.nam Dædalus cũ fecisset in statua quasdam concauitates, argentum uiuũ infudit,quo dum moueretur argentũ uiuũ (est enim motu facile,& ꝯtinue deuoluitur) atq; impulsione sua statuam moueret,ex ipso statuam Veneris moueri faceret apparere. ualde autẽ bre

uiter,& consequẽter Democrito se opponit asserens.

Nos autem interrogabimus, si etiam quietem facit hoc ipsum, quomodo faciet hoc difficile, vel etiam quod dici non potest?

Magna quidem attẽtione digna dicit. nam, quia animalia nõ modo moueri, uerũ etiã quiescere uidentur, quænam inquit est quietis causa? non enim ex ipsorum suppositione, quę sit quietis causa cognosci potest, nam si mouet animal anima, & quemadmodum operatio ipsa declarat, in quietem ducit, & dum sphæricæ atomi mouentur animal, mouetur, per se autem atomi semper mouentur, quænam quietis est causa?

Omnino vero nõ sic videtur mouere anima animal, sed per electionẽ quandã, atq; intelligẽtiã.

Validissimum est hoc argumentum, nam quæ ab illis dicuntur, sunt præter illud, quod ex rebus efficitur, non enim id uidemus, quod uiolentia, & impulsione quadam corpora anima moueat, sed uoluntate sola, simul enim pro uoluntate & moueri, & quiescere animalia facit.

Eodem autem modo Timæus quoq; physica ratione ostendit animã mouere corpus, illam enim mouendo corpus quoq; mouere, quoniã copulata sit illi, eam enim constituiam esse ex elementis, atq; distinctam harmonicis numeris.

Postquã dixit aliquos dicere quod anima corpus mouet eo modo, quo ipsa mouetur: deinde proposita Democriti opinione, factoq; breuiter argumento, quod illa sit præter ea, quæ manifesta sunt, & apparent: hinc Platonis, quæ est in Timæo, opinionẽ proponit, quæ ferè similis est, ait enim quod quo motu mundi anima mouetur, eodem mundi corpus, cui contingit, mouet. Quare hanc ipsam opinionem ueluti cum illa Democriti cõmunicantem, in ordine statim post illã subiunxit. inquantum enim utriq; dicunt cũ animæ motu corpus quoq; simul moueri, pari opinione ducuntur. differunt autem, quia Democritus uelut in uasculo animam claudit: Timæus uero eam ait corpori, ueluti catenæ esse cõnexam. At operępretium uidetur ipsam Timæi opinionem de anima prius exponere. ille igitur in creatione animæ dicit ipsum deum accepisse substãtiam, & idẽtitatem, & diuersitatem, quæ omnium existentium elementa sunt, substantiam autem non quãlibet, sed mediam, illius quæ indiuidua est, semperq; secundum eadem se similiter habet, & eius, quæ circa corpora diuidua est. hanc igitur substantiam, & identitatem, & diuersitatem cum miscuisset, inquit produxit, & lineam fecit, deinde hãc ipsam lineam in numeros harmonicos diuisit, uidelicet in unitatem, & duitatem, & trinitatem, & quaternitatem, & in nouem, & in numerum octo, & in uigintiseptem, hanc autem inqut lineam, in duas lineas scidit, deinde cũ coaptauisset has ipsas duas lineas inter se in figuram. X. litere reflexit, duosq; circulos fecit, alterum maiorem, alterum minorẽ, hunc quidẽ interiorem, illũ uero exteriorem coaptatos inuicem circa duo puncta, & exteriorem quidem circulũ ad dexterã, interiorem uero ad sinistrã mouit, & exteriorem eiusdem naturæ nominauit, interiorẽ uero alterius, & exteriorẽ unũ, & indiuisum dimisit, cũq; interiorem sexies diuisisset, septem circulos inæquales fecit, qui duplaq;, & tripla ratione inuicem superabantur, & tres quidẽ celeritate motus æquales, reliquos autem quatuor & sibi inuicem, & illis tribus inæquales motu constituit & hæc quidem est (inquit) anima mundi. deinde post hoc dicit, omne corporeũ mũdi intus clausit, coaptataq; anima è medio usq; ad ultimũ coelũ informauit, & ipsum extrinsecus omne circũ texit. quæ igitur Timæus dicit, hæc esse ait, & his contradicere se Aristoteles parat, id scilicet faciens ac si quispiam poeticis fabulis contradicat, tanq̃ rerũ naturæ minime conueniant. nãq;, ut ait Palato iis, qui fabulas poeticas, ut apparẽt, accipiunt, nihil quidem magis ridiculum uideatur, quẽdmodum etiam nihil magis insanum iis, qui mẽtẽ in illis occultatam, minime quærunt. uerum queadmodũ semper Aristoteles cõsueuit, hic quoq; quod extrinsecus apparet, arguit, ne quispiã cum q̃ per enigmata dẽmõstranẽ cognoscere nõ possit, in eo qđ apparens est, acquiescat. quod. n. per symbola quędam, & allegorias doctrinam suam Pythagorei ferrent, id patet, sæpiusq; à nobis dictum est, unde quoq; illorum præcepta moralia sunt istius modi, supra mensurã ne ascẽdas, in uia ne seces ligna, ignem gladio ne fodias, stateram ne transilias, cum ad templum te confers, ne de uia flectas, quod illis hoc idem significat, quod oportere eos, qui ducuntur ad sacra, quæ illic fiũt curare: hoc autem stateram ne transilias, quod iustitiam præterire non oporteat: hoc autem ignem gladio ne fodias,

idem

Idem eſt ac ſi diceremus iracundũ uerbis ne irites: illud uero in uia ne ſeces ligna, hoc ſignificat. qđ in uia uirtutis uitam ſeparabilem ſtudioſe curans non hoc animæ, & corporis naturale uinculum corrupto aĩali diſſoluas: hoc tandẽ ſupra menſurã ne aſcende, dictũ eſt ꝓ eo, ꝙ eſt, ne uela, neq; occulta ꝓpter ſuperbiam quod iuſtum eſt. hoc autẽ propterea faciebant, quod indignis ſapientiam ſuam manifeſtare haud oportere putabãt, unde diſcipulos quoq; p quinquẽniũ tacere moribusq; ita ſe prius ornare iubebant, neq; eos doctrinæ ſuæ participes faciebant ante, q̃ per quinquẽnium rectos, bonosq; mores aſſecuti ſeipſos ea doctrina dignos oſtendiſſent. ea autẽ, quę ſymbolice dicta ſunt, per illud quod apparet abſurdum, nos ad illam ueritatem, quæ ibi occultatur, inquirendam deducunt: neq; enim ſic fabulari putabant oportere, quemadmodũ poetæ faciunt propter iuuenũ nocumentum, qui in id, quod intelligitur uidere non poſſunt, neq; etiam dogmata tradere manifeſte uolebant: quare per illud, quod pręter rationem uidebatur, in inquiſitionem ueritatis occultæ deducentes doctrinam ſymbolicam compoſuerũt. nam ut primũ dicam, quomodo linea, quę ſine latitudine lõgitudo eſt, ſcindi poteſt? quomodo item omnibus modis in numeros harmonicos diuiſa uelut una exiſtens ſecundũ longitudinem uel ſcinditur, uel in circulos flectiť? præterea quomõ linea recta ipſa circulus fit, cũ neq; linea recta circulus, neq; circulus linea fieri poſſit? magnitudines enim ſunt genere diſſimiles. Deinde etiam quomodo circulorũ unus maior factus eſt exterior, cum linea neq; additionem, neq; ſubtractionẽ patiatur? quomodo tãdem ſi circuli hi anima, quorum intus uniuerſum corporeum clauſum eſt, coaptati è medio uniuerſi uſq; ad ultimũ cœlum coniuncti ſunt, quomodo (inq̃) ipſum totum cœlum circũtegunt extrinſecus? non enim circulus exteriorem ſphęram circũtegere poteſt. propter huiuſcemodi ergo res, & alia multa clarum eſt quod alia quędam illi inuere uidebantur Quod ſi maxime omnium Mathematicorũ cognitionis Pythagorei ſatagebant, Pythagoreus autem Plato erat, ante cuius ſtudium, nullus ignarus geometriæ ingrediať, ſcripſerat, nullus uero, qui geometriã ſummis ne quidẽ digitis tetigerit tale aliquid dicere auderet: quiſpiam ne adeo ſtultus erit, ut putet ipſum Platonem talia dicere, & intelligere ſicut apparent? at fortaſſe paucis, breuibusq; ſymbolorũ ſentẽtiam declarare nõ erit inutile. anima igitur mundi uita eſt, & uita intelligentiæ particeps: quod autem uita ſit omnis anima ſimpliciter, ex iis, quibus ingenita eſt, patet, quod in ipſo eſſe uitam præbet. nam ſi aliter eſt, quomodo id, quod non habuit dedit? anima uero eſt uniuerſi, & intellectiua, fecit enim (inquit) mundũ animal animatum, & intelligens. Cum igitur eius animę uitale, & intellectiuũ, lineam, circulumq; excipit, circulum quidẽ actionis intellectiuę ſignũ, nam regreſſus eſt ad ſeipſum circulus, & ab ſe icipit, inq; ſeipſum deſinit. quomodo etiam intellectus ad ſeipſum conuertiť, ſeq; ipſum contemplatur: lineam uero ut uitæ ſignũ capit. nam uita quidam progreſſus eſt, & ueluti fluxus, qui ſe habet ab aliquo ad aliquod, à uiuũ faciente ad uiuũ factum. Quali modo eſt etiam linea, nãq; habet unde, & quo ab initio ad finem. tali ergo de cauſa lineãq; eſſe, & circulũ ſupponit declarans eſſe uitãq;, & uitam intelligẽtię participem. ad hæc, cũ unam lineam feciſſet, quid ita hanc ipſam in duas ſcidit? qđ enim fuit impedimento, quin ex illa eadem mixtura duas lineas faceret? Rurſus igitur dico, quod ea, quæ intelligibilia ſunt, & diuina, ſuperq; aĩam (quemadmodũ ipſe Plato dixit) indiuiſa ſunt, & per ſe. Similiterq; ſunt habentia ſtabilem ſubſtantiã, potentiam, actionem, & indetenta ad omnem corporis naturã in ipſa unitate deſignantur. Vitæ autem naturales (ut ait) per corpora ſparguntur penitus mutãtes ſubſtantiã, potentiam, actionem, ſecundũ dualitatem, nãq; eſt ante multitudinem. Rationales uero aĩæ ueluti intellectiuæ, & ſecundũ ſubſtantiam imutabiles exiſtentes, & habẽtes à toto corpore ſeparabiles actiones. Sic quidẽ & ipſę ante unitatẽ ſunt. ut autẽ hæ, quæ habitum ad corpus receperũt, & eius ↄuerſionẽ, & prouidentiã faciũt, ſic ante multitudinẽ ſunt, & dualitatem. Quare quoniã unitatem, & dualitatem ipſam facit, indetentãq; eius ad corpus operationẽ demonſtrans illas itidẽ, quas in corporis habitu contẽplantur: hanc autẽ in numeros quoſdã diuidit, non quoſlibet, at qui geometricam, & harmonicã, & arithmeticã proportionem facere poſſunt. ex quibus ſecundũ primam diuiſionem capit eos, quos ego Numeros partitus ſum, qui cõpoſiti in ordine hi quidẽ pares. 2. 4. 8. item hi in ordine impares. 1. 3. 9. 27. geometricam proportionẽ faciunt, quemadmodũ enim ſe habet primus ad ſecũdum, eodem modo ſe habet ad tertiũ ſecũdus. in altera autẽ diuiſione alios numeros accipit, qui muſicam, & arithmeticã proportionẽ facere poſſunt, & ſic qui exacte magis de his diſcere cupit, Alexandri cõmẽtariis occurrat. qua ergo gratia in hos numeros lineam diuidit? hoc quidẽ tum pro anima mũdi, tum pro noſtra accipere poſſumus. nã qdẽ oratio ipſa ſicuti pro anima mũdi eſt, ita etiã noſtræ conuenit. animæ quidem mundi congruit, ut harmonice moueatur, mundũq; ſimiliter moueat, noſtræ uero quadrat, qđ in ſe harmonicam na

turam teneat(habet enim harmonicam quandam,& ad iram,& ad cupiditatem,& quo cognoscitiuam uirtutem cœlestiũ harmonicæ naturæ,& cõcentus habeat. Adhuc sanè etiam mathematices huius harmoniæ,musices inquã,& reliquarũ. Quare ibi quidem factiuam harmoniæ potentiã accipimus,atq; etiam simul cognoscitiuam. hic aũt solũ cognoscitiuã. in duas autem lineam diuidit, & figura X coniunctas in duos circulos flectit.& alterũ quidem exteriorem maiorem,alterũ uero interiorem minorẽ,duobus in locis coniũctos,& ipsum qdem maiorem, quem uocauit eiusdẽ,ad dexterã,ipsum uero minorem alterius nominatũ,ad sinistrã mouet. quid igitur sibi uelit hoc diuidere lineam in duas,qđ animo concepimus,à nobis dictum id est. has autem figura X literæ inter se aptat. axes enim & eius partis,quæ dicit aplanes,& eius,quæ uaga est,ita dispositi sunt,ut sphæra aplanes circa polos æqnoctii moueatur:uagæ uero circa zodiaci polos uoluantur. hi autẽ diuisi sunt inuicem in figurã X literæ. Quare horum quoq; axes in figura X literæ adiacent alter alteri. quod enim & aplanes,& sphęræ uagæ circa eosdem polos non moueanf,id ex hoc patet,qđ per latitudinem moueri planetæ uidentur,cũ scilicet & ad boream ascendant, & ad notũ descẽdãt. Vnde & transitu solis ad australia,& borealia æstasq; & hiems fit,nã si circa eosdem polos cũ aplane planetæ mouerenf,non quidem per latitudinem distantiã facerent. has igif duas lineas in circulos reflexit. per duos autẽ circulos ille idem,qđ per duas lineas significat. duplices enim sunt aĩæ uirtutes,alteræ sublimipetę,per quas excitaf ad ipsum Deum,alteræ generatiõis operatrices,per quas ad ea,quæ sunt hic, conuertif. has autem uirtutes duo circuli subobscure significant, quas alio in loco,equũ pulchriorem,& peiorẽ uocauit:& circulus qdem exterior potentiam animæ sublimipetã significat,interior uero uirtutẽ generationis operatricẽ. meliorem aũt noĩauit eiusdem. peiorẽ uero alterius,quoniam diuina qdem prope unitatem sunt,& idẽtitate prope unũ nimirũ existentia: quæ aũt sunt in generatione,& discrimine à primo ualde remota sunt. Adhuc etiam cõmodius illi hi circuli declarant animæ motus,qbus ipsa quoq; cœlestia mouenf,& qdem circulus eiusdẽ aplanen notat. alterius uero sphæras erraticas,quos quoq; duobus in locis cõiungit,zodiacum significans,& æqnoctialem. coniũguntur autem ii in Libra,& Ariete. Ad dexteram autẽ aplanẽ sphæram mouisse dicit,quoniã pricipium motus est dextra. inde autem principiũ motus erraticis est ab oriente. Quare etiam sinistris humeris onera imponimus,quo dextera,quæ motus est princeps,facillime solui possit. princeps aũt est,uelut ea,quæ prõptitudinem magis habeat,promptitudinẽ uero magis ut calidior habet. calidior aũt est,quoniã sanguinis officina epar in dextris sedet. id igif manifestum est,qđ primũ caliditate naturali fruitur. ad sinistram aũt circulũ, quem uocauit alterius, mouet,motũ scilicet errãtium,qui est ab occidente,declarans. Sic etiã Poeta dicit. Hi uel lęua petũt auroram,& Apollinis ortus. Vel dextra ad tenebras,densumq; caligine cœlũ. uocat autem eiusdem aplanẽ,uelut unam existẽtem,æqualemq;,& semp eodem modo se habẽtem. Reliquã uero partem uocat alterius ueluti nõ unam existẽtem,sed uariam,inæqualem,atq; dissimilẽ,etenim sunt errantiũ motus inter seinuicẽ inæquales. alterius aũt circulũ in septẽ scindit ea ꝓportione, quã errantes habent inuicem,talibus enim ꝓportionibus diuidit,in qualibus ipsorũ spatiaq;,& motus inuicem sunt. Quomodo igif hoc animæ nostræ quadret,id patet,qa illi cõuenit per proportionem,quã in numeris harmonicis eẽ diximus mũdi náq; anima uirtutes horũ factiuas,& exemplares habet. nostra uero cognobiliũ perceptiuas,& imaginarias. habet enim perceptiuã potẽtiam,per quam motuũq; rationes,& ipsorũ consonantias,atq; differentias cognoscit. Etenim qdam scripserũt horum esse inuicem rõnem motuũ,qualem ꝓportionem ad unũquẽq; reliquorum motuum,unusquisq; motus habet,& de uniuscuiusq; ad alterũ consonãtiaq;,& instauratione,& de oĩbus simul,quã instaurationem per multa annorũ millia fieri dicũt. fieri autem in tropicis,aut in cancro,aut in capricorno. Tũc autẽ inde accidere ut uel incẽdium/uel diluuiũ fiat. intus autẽ omne mũdi corporeum capit,è medioq; coaptata ipsa anima,dispersaq; usq; ad ultimũ cœlum,circũtegere cuncta circulariter ipm cœlum facit,id scilicet significans extra cœlũ nihil esse qcquã. Sed intra quæcũq; sunt uniuersa complecti,uitæq; nihil esse extra partẽ,uerũ omnibus ex anima mũdi partẽ concessam, diuinitusq; inspiratã uel obscurius,uel clarius,quẽadmodũ uniuscuiusq; mensura fert. etenim ipa etiã quæ carent anima,quãdam uitam participãt,per quã potentias quasdã habent,uel enim calefaciũt, uel frigefaciũt,uel exiccant,uel humectant. Præterea etiã mouent,aut per alias quasdã uirtutes inauditas operantur. quarũ rerum aliæ qdem per experiẽtiam multis cognitæ sunt:aliæ uero, q scripserunt hisce de rebus,ab iis memoriæ ꝓditæ sunt. hæ autem sunt istius modi. Magnes lapis habet uirtutem,quæ ad se ferrũ allicit,& trahit. alius autẽ lapis est,qui qdem madefactus aqua exardet,sed oleo infuso extinguif. alius item potẽtiam retinendi fœtus in utero tenet,neq; prius aĩalia

illa,quibus hic lapis adiaceat,pariunt,quá lapis ablatus fit.alia quoq; sunt huiusmodi inumerabi
lia,de quibus núc dicere tempus nõ est.Vnde igit(quispiam dicit)hæ potétiæ,siquidem oino hæc
ipsa,quæ carent anima,extra parté uitæ erant?qd auté sibi uult ad ipm mundi corporeũ animę ip/
sius coniũctio?ad hoc igitur dico qd cum sint tres rerũ mistiones,una per appositionem,per quam
coaptati sunt inuicem lapides,qbus est ipsa cõstructa domus,altera per téperamentũ,ueluti in aq̃,
& uino fit,tertia per coniũctionem,ut in funibus:ea quidem,quæ per appositioné fit,haud compa
titur,nulla enim lapidũ inuicem cõpositorũ compassio fit.at quæ per temperamentũ est,ea confu
sionem eorũ,quæ confundútur,operatur:quæ uero per coniũctionem facta est,media quodá mo
do est,neq; enim id habet quod appositio,quæ cõpassione caret,neq; eam,quæ est in téperaméto,
confusionem quæ enim coniũguntur,per plures partes inuicem coniũguntur.bene igitur cũ uel/
let animæ ad corpus uinculũ declarare,non dixit aut miscuit,aut téperauit,sed ɔiũxit.Quare neq;
corpori cõmista est,ueluti ea,quæ mouétur,quales potétiæ naturales,& formæ sunt,neq; est oino
aliena ab affectu,atq; habitu,quem ad corpus habet,ut supra mundana sunt.hæc igitur (ut sum/
matim dicam)sunt ea,quæ in creatione animæ Timæo significata sunt.Reliquũ autem est ut hanc
ipsam dictionem consideremus.eodem autem modo Timæus quoq; physica ratione ostendit ani/
mam mouere corpus.eodem modo,quo s.Democrito uisum est.quéadmodum enim ille dicebat
corpus simul cũ atomis rotundis motis,de quibus aiam constare uolebat,moueri:sic Timæus cũ
mundi corpori aiam coniũxisset,uniuersum cum ea simul trahi dicebat:ueluti inquit fabula nar/
rat Ixiona rotæ uinctũ pati,qui simul cum rota eodem motu mouet.Timęũ autem uocat Timæũ
Platonis.sic enim dialogos Platonis uocare cõsueuit.eam enim cõstitutam esse ex elementis,substá
tia.s.idétitate,& alteritate,náq; hæc apud ipm Platonem sunt eleméta,quéadmodum quoq; supe/
rius dictum est.in generatione autem animæ substátiam capit mediam ex indiuidua , semperq; se/
cũdum eadem,similiterq; se habente,& ex ea,quæ circa corpora diuidit.hoc enim modo uerba Ti
mæi dicũt,ex ea substátia,quæ indiuidua,& semper eadé similisq; est,& ex ea rursus quæ circa cor ”
pora diuidua fit,tertiam substátiæ spém ex ambabus in medio cõtéperauit,ex ea inquá quæ ipsius ”
eiusdem naturæq;,quæ ipsius alterius particeps esset.nunc qdem indiuiduam,semperq; se eodem ”
modo habétem substátiam dicit intelligibilem,diuiduam uero spém ipsam materialem.Quare ꝓ/
pria ratione qđ est in materia factum indiuiduũ separatur,atq; distinguitur.cũ enim sit una in ho/
minum specie ratio,in materia per partiũ differétias distinguitur quoniá igit omnia cognoscit ani/
ma,similiaq; similibus cognosci oportet,eam ex eorũ,quæ sunt principiis cõstituunt,ut cũ ex am/
babus teneat,hac qdem itelligibilia,ea uero sensibilia percipiat,quoniá quoq; sensibilium cognitio
non per res materiales,atq; corporeas,uerũ per uniuscuiusq; spém fit,atq; hoc mõ substantias ipsa
percipit.Quoniá uero p̃ter substátiam sunt etiam,quæ substantiæ acciderũt,hæc auté sunt præter
substátiam genera,illam ex eo,qđ est eiusdem,& ex eo,qđ est alterius,constituunt.in omnibus náq;
hisce est oppositio quædam,hinc qdem qđ melius est,inde uero quod peius,ueluti in quantitate
moderatũ,atq; imoderatum.quorũ moderatum melius est,in qualitate bonũ,& malum,in relatio
ne dextrum,& sinistrũ.in ubi supra,& infra,in quando prius,& posterius,& in reliquis similr.Py/
thagorei uero in omnibus existétibus duo principia,atq; elementa accipiétes,alterũ quidem decés,
meliusq;,& finitum faciunt,alterum uero prius priuatiuumq;,& infinitũ.Quoniam autem in om
nibus qđ melius est,idem simplexq; est,& ipsum sibi cõueniens:qđ uero peius est,id est uarium,si/
biq; dissonum:ꝑpterea ipsum melius ad ipm eiusdem reducunt,ipsum uero prius,ad illud quod
alterius est,ueluti bonum,& malũ.quorum alterum quidem.s.bonum,simplexq; est & sibi conue
nit,alterũ uero.s.malum uarium est,à seq; ipso dissonat,atq; discordat.Similiter quoq; est rectũ,&
curuum.asperũ,& leue planum,& montosum,ęquale,& inæquale,sanitas,& morbus,& quæcũq;
sunt huiusmodi a'ia.Quo igit horũ anima cognitionem haberet,in eius téperaturam Deus opifex
naturam,quæ est eiusdem,quæq; est alterius,accepit.At sanè sciédum est qđ si quæ sunt inter sub/
stantiam indiuiduã,& non diuiduam qdem per se,sed circa corpora diuiduam (dicit enim animæ
substátiam duorũ esse incorporeorum)inter duo,s.incorporea esse ipsam dicit.inter duo auté in/
corporea,& eadem indiuidua,náq; ipsum incorporeũ est idiuiduum.quæcũq; igitur ueluti de ani
mæ magnitudine dicũtur,ea per allegoriam dicũtur.náq; si ea est circa corpora diuidua,nõ est cor
pus,non enim esse eam corpus,sed circa corpora dixit eá esse diuiduam.id patet qa neq; super hác
corpus est.q; si corpus non est,id sequitur omnino,quod neq; magnitudo est,neq; enim supficies
est,neq; linea,quæ quidem subsistentiam propriam non habent,sed in corpore esse illis est.manife/
stum est ergo,quod omnia circa animam symbolice accipit,& ipse Aristoteles in eos inuehit q sic

non quod ſignificatur,ſed quod in ſuperficie apparet,enarrant.

Vt ſenſumq́;,& inſitam harmoniam habeat,& vniuerſum feratur conſonis lationibus,rectæ lineæ ductum in circulum flexit,cúq́; traxiſſet ex vno circulo duos circulos duobus in punctis con iunctos,rurſus vnum diuiſit in ſeptem circulos,tãquã ſint cœli lationes ipſius animæ motus.

Aliqui dicunt,ex quo ea,quę de mũdi anima dicta ſunt,omni quoq; animæ rationali cõueniũt, hoc,uidelicet,ut ſenſumq́;,& inſitam harmoniam habeat,ad ſumẽdũ,eſſe ueluti ſuper animã noſtrã dictum ſit,quod ea ſit harmoniæ magis effectiua,quã ſenſitiua.Quod uero ſequitur,uidelicet,ut uniuerſum feratur conſonis lationibus,de mundi anima capiendum eſſe.ſed hæc interpretatio nõ ualde quodãmodo conſonanter conſyderationi dictorũ conuenit,utraq; enim in eodẽ conſtituit. fortaſſe igitur,ut harmoniæ,cuius eſt mũdo cauſa,ſenſum accipiat,hoc eſt ut nõ ſine ratione,quẽadmodum natura facit,ſed cum ratione,& ſenſu percipiat:nõ ne igitur harmoniam & ea,quę ratione carent, exaudiunt? non ne per fiſtularũ ſonitum ouium greges aguntur? non ne itidem ſub tuba equi ſuperbientem in bellum audaciam ſuſcitant? quomodo igitur in creatione animæ hoc ut animæ rationalis propriũ tradidit,quod non animæ mundi ſolum,ſed etiam noſtræ conuenit? dico igitur quod & ſi natura illis ut exaudiant datum eſt,ſimpliciter tamen ueluti quandam uocẽ audiunt,concinnitatem uero nec ne habeant,id quidem minime iudicant.eſt enim noſtræ illud animæ proprium,quæ ſi cantus audiat,illud ſcit,& iudicat,utrũ uocũ conſonantia concinnitudinẽ faciat, an nõ.Notandum autem eſt qood ipſe Timæus lineam ex illa temperatura factam primum diuidit,deinde in duos circulos flectit.Ariſtoteles uero cõtrarium dicit,eum lineam flexiſſe,deinde in duos circulos diuiſiſſe.ſed hoc illi nihil ad propoſitum conferebat, ideo indifferenter hiſtoria ex opinione Timæi uſus eſt,ueluti cœli latiões ſint ipſius animæ motus.at ipſe Timæus quẽadmodũ apparet,illud dicere uidetur,quod cum anima ſimul reuoluta cœleſtia,motu eodem cum ea ſimul ferantur.ſed id ſanè non eſt,quod cœli motus,ſint animæ motus,uerum ſicuti dixi illa eſt horum cauſa.quod ſi prępoſitionem hanc ſecundũ præponamus,dictio ipſa manifeſta eſt,tãquã ſint cœli lationes ſecundũ ipſius animæ motus,atq; aliter,in cœleſtibus quidem ſunt animabus corpora cõiuncta,& ipſa corpora ſunt ad animas ipſas conuerſa,illæ uero animæ non corporibus diſtrahũtur quẽadmodũ noſtræ.quoniã igitur quod eſt animæ in illis dominatur,magis quã corporeũ,& ipſa corpora principiorũ ſunt,ideo lationes cœli,motus animæ eſſe dicit.uel etiam ut apparet ad literã, ita accipiendnm eſt,quod cœli motus ſiut animæ motus,nãq; anima mouendo cœlum mouet, quemadmodum ſi quiſpiam animali in cera clauſo,quod dum mouetur ceram quoq; moueat, dicat ceræ motus eſſe quoq; motus animalis intus clauſi.

Primum igitur non bene eſt dicere animam magnitudinem eſſe.

Hinc ad argumenta Timęi opinionis ingreditur, & quã ualidiſſimis quidẽ rationibus uſus eſt oſtendendo quod anima magnitudo non eſt.quod igitur Plato dicat ubiq; animã incorpoream,& ſine magnitudine id patet,uerũ etiam ex his,quę dicũtur hoc in loco,quãuis per enigmata ſiut,inueniendum id eſt.nam ſi (quod ego dicebam) dicit eius eſſe ſubſtantiam inter eam,quę non diuiditur,& eam quę circa corpora diuidiť,omnino neceſſe ẽ id qđ eſt ĩter duo incorporea,uel ex duobus ĩcorporeis,illud eẽ quoq; ĩcorporeũ.pręterea ſi corpus illam dixit,quomodo poterat ipm corpus exiſtens, & intus ſeipſum cœpiſſe corpus mundi,& èconuerſo hoc ipſum de medio coaptatum uſq; ad ultimũ cœlũ diſperſum eſſe,atq; aliter cũ dixerit corporeũ mundi per diſtinctionẽ ſiquidẽ illa in mundo eſt,incorpoream eam demonſtrauit.ſed certe nõ lineam ipſam,aut ſuperficiem dixit. quod autem non dixerit eam lineam,patet eo,quod ait eam extrinſecus omne cœlum circũtexiſſe: ſed neq; ſuperficiẽ.quomodo enim ſi eſſet anima ſuperficies coaptari è medio,deinde uſq; ad ultimum cœlum diſſipari,ipmq́; totum circũtegere poterat? quare neq; lineam,neq; ſuperficiem quidem eſſe animam diceret.Quod enim in omnibus mathematicis ſcientiis geometria,arithmetica, muſica,& aſtronomia haberet habitũ Timæus,ex ipſis uerbis illud manifeſte uidere eſt.quare nec quidem nec lineam,nec ſuperficiẽ exiſtẽtem,quod ait,hoc poſſe facere iudicauit.ideo ſi neq; lineã, neq; ſuperficiẽ,neq; corpus eſſe animam dixit, id ſequitur quod neq; magnitudinẽ eſſe eam dicit. etenim in his magnitudo eſt.Quãobrem Ariſtotelis contradictio ad eos magis expoſitio eſt,quàm contradictio: quodq́; etiam ipſe eos Ariſtoteles cognouit,& non ſicut apparẽt ea ipſa accipere,ex illis patet,quæ dicit Ariſtoteles.in ipſa aũt dictione inſiſtemus: ne eadem bis dicere coacti ſimus.

Nāq; animam vniuersi scilicet, talem esse volunt, qualis est qui vocatur intellectus, nō est enim neq; qualis sensitiua, neq; qualis concupiscentiæ vis, harum nāq; motus non est circularis latio.

Absurdum inquit est animam quamuis esse magnitudinem dicere, intellectū uero multo magis. quod enim illi dicentes circulos eos esse animam mundi, non quālibet, ut ita dicam, nutritiuā, aut irascibilem aut concupiscibilem, sed rationalē & intellectiuam dicebant: id patet ex eo, quod illam circulariter moueri dicunt. circulariter autem moueri dici soli conuenit animæ rationali, ipsa enim in seipsam conuertitur, & circulum imitatur. at sanè sentiēdi uis, aut irascendi, aut cupiendi, quæcūq; ea sit, haud habet circularem motū: eiusmodi enim potentiæ lineæ quædam sunt, etenim uisus ab oculis per lineam demittūtur: & rursus per reuerberationes recurrentes per suam ipsorū lineam reflectuntur: iracūdia uero & cupiditas progressus quidam sunt imitantes lineas, cūq; non circulariter moueantur, de sua sede proferentes operationes circa corpus sine ulla conuersione eas habent. neq; enim quærūt ipsę quid agant, aut quid sentiant, neq; omnino ipsę se cognoscere possunt. quare linea quædam est harū motus. Rationalis uero animæ circulus quidam uidetur esse, quoniam ipsa & agit, & quærit, & ipsa seipsam cognoscit, ipsa circa se quęrensq;, inueniens. hoc autem circuli proprium est à se in se conuerti: atq; aliter sensus, & ira, & cupiditas animalibus auxilio indigentibus in salutem datæ sunt, at diuina nullius auxilii extrinsecus egent: præterea procedens ipse dicit, has ipsas potentias à secundis DIIS mortales existentes immortali animæ, quam DEUS ipse primus creat, esse subcomplicatas, atq; aliter, cupiditas, & simpliciter appetitus, est rei absentis, cuius aliquis indigeat desiderium. Mūdus autem cum omnia intra se contineat, & nihil extrinsecus habeat, nihil quicquā desiderat, quare in ipso neq; ira, neq; cupiditas est: ideo qui mundi animam esse intellectū dicunt: cum deinde illam magnitudinē supponant esse absurdissima quidem faciunt. & ipsi quidem dictione DEUM fecisse mundū narrat animal animatumq;, & intelligens. Contentus sanè fit ipse hac sola coniectura, quod intellectum dicūt animam, quia ipsam circulariter moueri dixerūt: aduersus ergo ipsum dicamus. tu quidem ipse scis te propterea circularem accepisse motum, quia talis est quædam operatio intellectus, non igitur magnitudinem dicebant, sed symbolice intellectū latenter per circulos innuebant. nam si penitus animæ actionem, cum potētiis irrationalibus rectitudinem porrectam, operationem uero intellectus esse circulum symbolice, & per similitudinem dicis, id patet q in dictis Timæi circulos, & reliqua symbolice per proportionē capiemus: non autem ueluti sit animæ magnitudo. manifeste igitur & ipse sciuit quali intelligentia hęc ipsa diceret: & argumenta ea dirigit non aduersus eos, sed contra illos, qui male. quod apparet. excipiunt.

Intellectus autem vnus, & cōtinuus est quemadmodum intellectio. intellectio autem sunt intelligibilia, hę autem seriatim sunt vnum, veluti numerus, non autem vt magnitudo. quapropter neq; intellectus hoc modo continuus est.

In contrarium producit opinionem: quemadmodū enim superius quū se illis opposuisset, qui animam moueri dicerent, ostendebat quod ea non solū non sponte mouetur, sed nec omnino mouetur: eodem quoq; modo hoc in loco illis, qui magnitudinem dicūt eam esse, repugnat. Id autem patet quod omnis magnitudo continua est: tantum inquit abhorreo dicere quod intellectus continuus sit, quod conuenientius ipsum discretum esse dicerem: quod si penitus ipsum continuū dicere oportet, ita continuus erit, quemadmodū discretam quantitatem esse continuam dicimus: numerum autem dico qui sic habet continuationem, ut numeri sint seriatim nullo interiecto intermedio, nāq; inter unitatem & dualitatē, & reliquos numeros seriatim iacentes nihil est alieni interpositum inuicem, itaq; continui sunt numeri: quoniam inuicem seriatim dispositi sunt. igitur inquit si intellectum continuū dicere oporteat, ita eum quemadmodū numerum esse cōtinuum dicemus: non autem ueluti illi magnitudinem dicunt: hoc autem ex iis quæ sunt naturæ posteriora nobisq; magis cognita, confirmat: sic enim inquit. continuū intellectus habet, ut intellectio, intellectio uero ut intelligentiæ. at intelligētiæ, ut numerus seriatim obtinēt: seriatim autē illud est, cuius nullum affine est intermedium: sic autem numerus post unitatem, dualitatem, seriatim habet, dein de ternitatem, deinde quaternitatem, inter quos numeros nullū intermedium est interiectum. similiquoq; modo propositiones absq; intermedio sunt: est enim prima & deinceps alia, nihilq; est intermedium, quapropter in hisce est continuatio deinceps, non autem quemadmodum in magnitudinibus. Sic igitur & in intellectu continuum diuisim capit intellectum, perfectum

agentem eum, qui in diuinis est: non qui potentia intellectus est: actio autem intellectus, intellectio est, intellectio uero nihil aliud q̃ intelligentiæ sunt, ueluti quoq; sensus actio est ipsę sensationes, etenim in itelligentiis intellectioni est esse: neq; enim sine intelligentiis intellectioné intelligere licet. Quemadmodum igitur continuū intelligentiæ habent: habent autem deinceps: quū enim natura inuicé differant deinceps intelligendo continue habent: non enim simul omnia intelligunt, ut ille mundi primus & abstractus intellectus: sed sine tempore quidem: quoniam neq; in tempore est, huius esse, seriatim auté ueluti numerus. Igitur sic etiam intellectus continuus habet, non etenim ad ea quæ sunt extrinsecus, actio eius extenditur: at in seipso uidens omnia, uidet quoniam in eo ipso sunt omnium rationes, totum quidé, quę ante ipsum sunt imaginarie, eorum uero quæ post ipsum exemplariter. Quoniam igitur seipsum uidens omnia uidet: est enim formarum plenitudo, eo quod plures omnino sunt intelligentiæ, erit ut numerus. Quod autem eodem seriatim sint sic utiq; ueluti intelligentię erit continuus: possunt autem intelligentiæ interp̃tari ꝑ ipsis intelligibilibus. quemadmodū enim intelligibilia inuicem continua sunt: sunt enim seriatim secūdū entiū ordiné, atq; progressum: eodé modo quoq; de ipsis intellectio continuū habet: ut enim se habent intelligibilia, sic se habet intellectio, & quo modo se habet intellectio, eo modo intellectus continuū habet eo quod deinceps intelligat, sed etiam tu sanè scis Aristoteles te & numerū & intellectū per proportionem uocare continuū, non autem ueluti magnitudo existentia. at fortasse diceret: ego non esse numerū dixi: sed ueluti numerum, neq; continuum simpliciter, sed ueluti continuum, illi ueto eodem loco numerum atq; continuū dixerunt: sed illud patet q; enigmatica uniuersaliter erat eorum doctrina.

Sed aut ipartibilis, aut non vt magnitudo aliqua continuus est.

Maxime quidé inquit impartibilis est, atq; incorporeus intellectus, quòd si penitus illi continuationem dari oporteat, illi sic erit continuū quemadmodum dictum est.

Quomodo eni intelliget magnitudo existēs: virū vniuersaliter, an in quacūque partiū suarūt

Quoniam circulariter Timæus animam mouet: ut ipsa circūductione attingens intelligibilia suscipiat: ideo dicit, quo modo quū sit circulus attigens uel sensibilia, uel opinabilia, uel intelligibilia, ipsa suscipit? porrò etiam opiniouum uerarum & falsarum coniecturales causas reddit? quoniam ut dictum est, eius de omni anima sermo est. Propositum ergo Aristotelis est: ut hāc ipsam opinioné refellat. quid enim dico inquit, non posse fieri ut intellectus ipse sit circulus, eum nāq; esse magnitudinem, ex impossibilibus est: non enim fieri potest: ut si sit magnitudo, quicquam intelligat. Argumentum autem ex diuisione procedit, hoc modo. aut inquit intellectus quū, sit circulus mouendo tangitq; intelligibile, & sic intelligit. nam si magnitudo est, alio modo non cognoscet, aut tāgendo intelligibile: necesse est omnino, quod aut in pūcto tangens intelligat, aut in partibus. quod si in puncto, aut uno in puncto intelligit: aut non uno in puncto. Nam siquidem uno solo in puncto itelligat, alia supflua sunt. quid igitur motu circulari aut omnino magnitudine est opus? nāq; si punctus unus ad intelligendum sufficit, superflua est ipsius magnitudinis suppositio, quū nihil intellectui conferat. Nam si intellectus eo quod intelligit intellectus dicitur: punctus autem solus est is qui intelligit, hic sanè punctus ipse est intellectus: q; si uno in puncto non intelligit, id sequit, quòd aut in pluribus aut in omnibus intelligat. Quod igitur in pluribus intelligat, id quidem fortuitum uidetur, in quot enim aut quare tot neq; aut in pluribus aut in paucioribus intelligit, & rursus quę relinquūtur superflua erant, si autem in omnibus punctis intelligit aut singula pūcta intelligibilia omnia intelligit, aut ad singulum intelligibile omnium punctorū conspiratione opus est, & non aliter intelliget aliquid nisi omnia puncta intelligibile tetigerint, aut hoc quidem pūcto hoc intelligit, alio uero aliud: & sic deinceps, ut cōtingit uisus quidem uisibilia: auditus autem audibilia reliquiq; sensus aliud quodpiam capiunt ex sensibilibus. Quòd si unūquodq; omnia intelligit, infinita autem puncta frequenter dicit, aut infinite illud idem intelliget: nunc autem apparet & semel contingens est, fieri nāq; id potest, ut quū semel aliquid ante itellexisset, amplius illud non intelligat. ut quod eius oblitus sit, uel q; illud ex discursu non aggressus fuerit, quare si contingit q; semel aliquid intelligat, unoquoq; autem punctorum omnia intelligente & circulari latione semper intelligibilia tangente necessariū est, ut idem infinities intelligat. Igitur suppositio talis falsa est; atq; aliter si infinita puncta sunt, ifinita autem impossibile est ambire, nunq̃ secundum totum

se intellectus

se intellectus intelliget,uerum ipsum intelligibile hoc sanè huius intellectus intelliget: illud uero nequaq̃.sit in unoquoq; intelligibili oium tactu opus est,atq; nō aliter nisi omnibus tactis aliquid intelligit,quid inquit fecit quum unūquodq; tangeret?id enim patet quod unūquodq; aliquid fecit.dixit ideo quispiam quæ nam est in unoquoq; apprehēsio?q; si aliquis diceret ueluti per considerationem hoc quidem hanc propositionē tangere,aliud uero aliam: & ipsam omnium periodū esse conclusionem,& ueluti totū intelligibile,uidelicet intellectio perfecta:ad hunc dicemus quod deinceps Aristo.de uisu ait,ostendens esse incorporeum,quod siquidem hęc hanc intelligit propositionem,aliud uero aliam: quid est quod iudicat atq; dicit,q; hęc ab hoc altera est?hoc enim idem est,ac si hoc ego,tu uero illud sentias.quid autem colligens ex omnibus collecta cōclusio? oportet enim q; omnes ipse propositiones cognoscat,ut eo modo dicat.ex his hęc colligi potest:quod enim tetigit hanc ipsam propositionem non alteram cognoscet, quam alterum punctum tetigerit,nāq; altera suppositio fiet,omniaq;, cuncta apprehendent.item aliter quoniam unaquęq; propositio, est etiam enuntiatio quædam:manifestum certe est,quod quando propositionem ueluti enuntiationem intelligit,ut quodpiam intelliget nihil aliorum punctorum contactu indigens pſertim,si pūcta quidem sunt infinita:opus autem sit ad aliquid intelligēdum tactus infinitorum, infinita uero in determinato tempore pręterire impossibile est,nunq̃ intelliget:intelligere enim non est,nisi omnia rei intelligibilis tangat,omnia autem quæ sunt infinita tangere impossibile est: nūquam igitur intellectus intelliget.reliquū est,ut quęramus num aliquando,ut sensus,ita intellectus alio puncto alia intelligibilia suscipiat.qd si sit,rursus quidem non secūdum se totam omnia intelliget,hoc aūt non ipsa actio dictat.haud enim quū uolumus aīam quodlibet intelligere,hāc intellectus partem mouemus,alia uero abiecta est,& in reliquis similiter.quō autem sensui assistens est intellectus,qd oculus quidem colores,auris autē strepitus,alius uero sensus alia sensibilia percipiat.Et qd nūquā sensus alius sensibiliū aliorum sensibus assistit,& his qui diuersa suscipiūt sensibilia,atq; aliter q̃ diuersa suscipiunt ea esse secūdum substātiam diuersa necesse est.Diuersa igitur secūdum substantiā puncta erunt,quæ autem differentia substātialis puncti sit ad pūctum,neq; id uolentibus fingere facile est.sic igitur ut in puncto intellectus intelligat,haud fieri potest,q; si secūdum partes intellectio fiat,aut rursus una ex partibus ad intellectionem sufficit,aut nō.ergo si pars una sola sit itelligens,aliarum suppositio superflua erit:hæc enim ipsa itellectus erit,alioqui illud quæremus, utrū hæc ipsa pars in pūcto tangens intelligibile intelligat,an secūdum partem.Et primę ratiōes ueniēt. sed supponatur q; uniuersaliter intelligat.quis igit̃ reliquorū est usus?qd si secūdum unam ptem intellectio minime fiat,quoniā illud contingit qd omnis magnitudo in finita & in infinita diuidatur:etenim diuidūtur in finita magnitudines si in eadem,siue in æqualia secūdum quantitatem diuidātur,uelut in digitalia uel cubitalia.omne enim finitū definitur ab omni finito,in infinita autē si in eadem secūdum rōnem diuidantur,si scilicet in duas æquales partes secentur.in duas enī æq̃les partes diuisio in īfinitum tendit.ideo quia semp in magnitudines diuisio fit.omnis autē magnitudo continua est,omne autē continuum diuisibile.Quare si in definita diuisio fiat,aut unumquodq; oīa intelliget,aut aliter nō intelligit,nisi omnia aut aliqua tāgat,& eadem rursus dicemus, quēadmodum prius.atq; similiter si infinitę partes supponantur,iisdem rōnibus utemur,quibus in suppositione sedm punctos usi sumus.argumenta enim similiter omnibus cōueniētia ipse Aristoteles partitus est.nos autem omnibus omnia accōmodamus.

Partium autem,aut in magnitudine aut in puncto,siquidem & hanc partē dicere liceat,si igitur in puncto,ipsa autem puncta infinita sunt,manifestum est,quod nunquā percurret.

Quoniam magnitudines partes similares sunt,nāq; ex magnitudinibus magnitudo est,nō ex punctis,punctus.n.magnitudo non est,at magnitudinis principium,propterea quū dixerit,partiū autem,aut in magnitudine,aut in puncto,significauit per abusionem loquens,an punctum ipsum partem dicere oporteat.

Qd̄ si in magnitudine sępius,aut infinities intelliget idē.uidetur autē & semel cōtingens.

Sepius quidem si in definitas partes diuidatur,infinities autē si in infinitas.

At si satis est tāgere qualibet partiū,qd opus est moueri.aut,etiā omnino magnitudinē habere.

Hoc est si quamlibet partem circuli tangens intelligibile suscipere potest,quid circulari motu

opus est? etenim ipsa etiam suscipiet, quid enim illi ad susceptionem circulariter mouendo confertur, nihil autem illi neq; magnitudo ad intellectionem prodest, si quauis partium intelligat, si nanq; aliquid diuisum maneat, nihil minus, qđ absq; affectu esse ex diuisione possit, hoc aliud est præter id quod diuiditur, & ipsum per se dimensione carens est, & impartibile, ueluti supficiei perpetuo diuisę albedo ipsa in unaquaq; partium seruatur, at quantitas ex diuisione patitur, atq; minuitur, ut.n. ita dicam quæ bicubitalis est, cubitalis fit, quũ tamẽ album eodem modo se habeat, aliud igitur est album præter illud qđ diuiditur, hoc sane modo, si quauis partium circuli similis intellectio fit, maximaq; in parte, & in minima igitur intelligens est, præter magnitudinem. nihil ergo ad intellectionem magnitudo confert, si quidẽ maioremq; & minorẽ partẽ similiter intelligit.

Qđ si necessariũ est intelligere toto circulo tangentem, quis est ipsis paribus tactus?

Quũ sit diuisio quod aut in parte sui ipsius intelligit, circulus aũt in toto, in parte autẽ aut secũdum magnitudinem, aũt in puncto, quumq; exposuerit ea quæ absurda accidunt suppositioni dicenti qđ in parte intelligit, reliquũ nunc exponit, toto scilicet intelligere circulo. nã si non prius intelliget, quàm ambiuerit circulus, quid unaquęq; partiũ facit? si.n. partes ambientes nõ intelligant, totius autem circuli tactus in partibus fit, neq; ipse quidem intelliget, nullibi.n. nisi in partibus eius tangit, intelligibile. at.n. dicere id restat, qđ unaquęq; partium intelligibilis partẽ cognoscit, circulus autem totus ipsum totum. quod autẽ hanc opinionẽ absurdum sequitur ipse inducit, postquàm.n. dixit quis est ipsis partibus tactus, tanquàm in eo quòd tacetur illud acceperit, qđ partibus ipsius intelligibilis tangunt, subintulit.

At etiam quo modo intelliget ipsum partibile impartibili, & ipsum impartibile partibili.

Si enim partes non possunt intelligere totum, sine autem intellectione partium totum non intelligit, nãq; intellectionis partium collectio est, ipsa totius intellectio: nullum quidem impartibile intelligere potest. quare ipse quũ sit partibilis, intelligibile quũ sit impartibile non intelliget. item si unaquaq; parte pars intelligit ipsa intelligentia tota cõposita erit, quo modo igitur intelliget intelligentia simplex? tota.n. sic intelligentia composita erit. At qui si simplex non sit intelligentia, neq; etiam composita erit, omne.n. compositum ex simplicibus ꝯstat, hac de causa nulla erit intelligẽtia, neq; ideo intelliget. igitur non existente intelligentia, intellectus destructur. apposuit autem ipm partibile impartibili ueluti arguens eos, qui dicant intelligentiam tactu fieri, si nãq; impartibilis est intellectus, quo modo ipsum partibile intelliget? impartibili enim contanget, impartibile non partibile, aut quo modo impartibili ipsum partibile intelliget, ut sit adiacens ipsum in pũcto? quo modo.n. ipsa in puncto susceptio partibilia intelliget, hoc autẽ etiã quo modo intelliget ipsum partibile impartibili, aut ipsum impartibile partibili, sic quoq; uelut ab alio principio interpretâtur, quoniã non esse intellectum magnitudinem dicunt, ne quispiam credat eum sic ipsum impartibilem dicere, ut punctus hæc ipsa apposuit: neq;.n. inquit si, magnitudo sit impartibilia intelliget, neq; partibilia si punctus. Aliter aũt ipse in itellectu dicit impartibile: ipsius.n. intellectum impartibile, substantia per se subsistens est, ab omni magnitudine separata, punctus autem in linea habet esse & est ipsius magnitudinis principium. quo modo autem itellectus quũ sit impartibilis intelligat, omnia in tertio libro narrabit, alioqui ut in altero argumẽto hoc audiendum cõmuniter omnibus dictis suppositionibus conuenire, nam quia circulus intelligens tanget aut in pũcto tangit, aut in parte, quod si in pũcto tangens intelligit quo modo partibilia intelligit. s. corpora: non.n. punctus magnitudini conuenit: quo igitur modo si non conuenit, intelliget? qđ.n. non tetigit nullo modo hoc intelliget, qđ si in partibus intelligit quo modo quæ impartibilia sunt intelliget? partibile.n. non conuenit impartibili, hoc autem ad ueram rationem nullo modo amplius adduci potest, quoniã quocũq; modo intellectus quũ sit impartibilis, oĩa partibiliaq; & impartibilia intelligit, impartibile.n. nunc dicimus id qđ partibili opponitur uidelicet punctum, intellectus autem impartibilitas alia quędam est neq; multi partibilitati corporis opponit̃, nã ueluti in se oĩum ratiões hñs itelligit.

Necesse autem est intellectum esse circulum hunc. intellectus nãq; motus intellectio est. circuli vero circunlatio est. & intellectus quidem fuerit circulus, cuius talis circunlatio intellectio est.

Ne quispiam dicat, Timęũ non dixisse animam circulum sensibilem sed uniuersalem circulum & ipsius rationẽ circuli qui sine magnitudine est & incorporeus, propterea omni circulo pari mõ

paruoq;

paruoq; & magno adaptat,& hoc per hæc ipsa pręparat,omnino.n.inquit ex iis quæ dicta sunt sensibilem circulũ intellĩm dicere Timęum credendũ est. Quod enim hoc ipsum demonstrat illud sensibile significat.hoc.n.est ipsum demostrans. Vnde igitur hoc qđ ipsi dicebant uniuersalem circulũ non moueri?quia ratio est.quam autem rationem intellectus habet ad intellectionem hanc eãdem circulus habet ad circũlationem,utraq;.n.motus est,intellectio quidem ipsius intellectus,circulatio uero ipsius circuli.ideo è contrario etiam,quam rationem intellectio habet ad circunlationem,eandem quoq; ad ipsum circulũ intellectus habet. Qđ si intellectio circunlatio est,igitur intellectus quoq; circulus est:& si circuli sensibilis circunlatio est,nam circulus uniuersalis non circunducitur,igitur etiam intellectus sensibilis circulus est.

Semper autem aliquid intelliget.id.n.opus est si quidem æterna est circunlatio.

Aut hoc ait quia idem sepius iutelliget,aut qđ semper oporteat in infinitum altera atq; altera intelligere,si quidem circunlatio sit intellectio,ipsa autem intellectio ęterna,hoc autem nullam necessitatem habere uidetur,dixerit enim semper aliquid intelligere necessarium esse & ab eodem in idẽ rursus uenire,etenim quia nulla talis est anima,qualis est intellectus primus,qui collectam & sine tempore habet intellectionem,non quidem modo hoc,modo illud,uerum simul omnia intelligẽs. At quoniam omnis anima,etiam si uniuersi animam dicas,habet intellectionem trãsitiuam,ab hoc intelligibili ad alterum transiens:ideo semper mota,semper aliquid intelliget,causa uero ęternitatis ꝑpter infinitatem temporis necesse est ut rursus in idem reuertatur,& sic imitetur circulum, neq; sanè infinita intelliget,quia neq; infinita sunt intelligibilia,nunquàm igitur hoc dicit qđ idẽ semꝑ intelliget,quia nunquàm totum intellexerit.nãq; circunlatio similis similiterq; se habens de eodẽ aliquo erit,quare tale esse oportebit illud quod intelligitur,quale nũquàm intellectum fuerit.qđ hoc igitur est,quod nulla est intellectio infinita,per ea quæ sequuntur,adducit.

Etenim factiuarũ vel actiuarum intellectionũ sunt fines,omnes.n.alterius gratia sunt.

Intellectiones actiuas esse finitas ex actionibus ostendit, omnis nãq; actio gratia alicuius finis est.igitur quũ finem cuius gratia fiunt,cõsecutę fuerint,opatione supledent,nulla nãq; actio tendit in infinitum,quicquid.n.cupimus,alicuius gratia cupimus.habent pręterea actiones ipsę principia. quare ueluti sunt actiones,ita se speculationes de illis habẽt.actiuę igitur speculationes finitę sunt, ueruntamen(ut sępius in aliis diximus) è contrario speculationes & actiones se habẽt inuicẽ,ipsius nãq; actionis finis principiũ speculationis est & è cõuerso,principiũ igitur architectonices est(si qdẽ cõtingat actio) fundamentũ iacere uel materias ipas ꝑparare , finis uero tectũ, hoc est ab imbribus, & caloribus protectio,speculationis igitur & actionis eiusdem iidem sunt è conuerso termini.

Contẽplatiuæ autẽ rationibus similiter terminant,ratio vero omnis aut est diffinitio,aut demõstratio,demõstrationes autẽ & à prĩcipio sunt,& habẽt quodãmõ finẽ syllogismũ vel cõclusionẽ.

Quod neq; contemplatiuę intellectiones infinitę sunt ostẽdit iisce rationibus,quę circa eas fiũt ex clarioribus obscuriora dilucidãs,nuntii.n.sunt intelligẽtiarum rationes,hæ autem nobis manifestę magis sunt magisq; cognitę,quàm sint habitus:unde procedunt.est igitur omnino necessariũ quod quemadmodum eæ quæ sunt de contemplatiuis intellectionibus rationes se habent:ita sint etiam ipsę intellectiones.Quare si ostendero rationes ipsarum finitas esse:illud etiam cõsequetur quod & illę finitę sunt:rationes autem de contemplatiuis intellectionibus demonstratio/& definitio sunt.Quod autem nulla harum sint infinita,inde patet ꝙ omnis demõstratio principiumq; & finem habet,principium quidem cõmunes notiones,finem uero ipsam demonstrationem conclusionemq;:nulla igitur demõstratio infinita est,definitiones quoq; ipsę finemq, & principium similiter habent,principium quidem genera generalissima,finem uero specialissimas differentias,ergo neq; diffinitiones ipsę sunt infinitę.Item aliter quum nulla substantia sit infinita,sed terminata necesse est etiam quod earũ rationes definitiuę sint finitę.Item aliter/si omnium quęcũq; sunt generalissima decem genera sunt,& horum non est in infinitũ progressus,uerum usq; ad indiuiduas species,post quas singularia sunt diffinitio ex omnibus finita erit : ex his igitur sunt ipsę diffinitiones:omnis ergo diffinitio finita est . At in demonstratiua quoq; ostensum est / id nullo modo fieri posse / ut in infinitum demonstrationes progrediantur . Nãq; sic omnis cognitio & scientia destrueretur,si enim in diffinitionum assumptionẽ infinitas differentias accipere oportet:infinitũ

autem finito tpe pertransire ipossibile est. uerũ definitione nō cognita rei naturá cognoscere haud possibile est, ignota autem rei natura neq; per se ipsi in existentia cognoscere possibile est, circa quæ demonstratio fit, omnis igitur cognitio destruetur. Non igitur definitiones in infinitũ tendere possibile est: quare si rationes intellectionum contemplatiuarum finitę sunt, ipsas quoq; itellectiones finitas esse necesse est, syllogismum autem ipsam cõclusionem dicit. quamobrem postq̃ dixit syllogismum, interpretans adduxit uel conclusionem, uelut alterũ pro altero dicés: quod autem rationes de contemplatiuis intellectionibus duæ solę sint definitio scilicet & demonstratio: inde patet q omnia quæcũq; sunt, aut substantiæ sunt, aut substantiis accidétia, est enim aliquid substantia animę, & est aliquid quod circa illam accidit, ut mortalis sit, uel in uniuerso mediũ habet ordinem uel aliquid simile. substantiarum igitur cõprehensio per diffinitiones inuenitur, accidentiũ uero per demonstrationem: sed eorum accidentium, quæ per se sunt.

Qđ si non terminantur, saltem non regrediuntur rursus in principium: sumentes autem semper mediũ extremum recta proficiscuntur: circulatio vero rursus in principiũ reuertitur, definitiones autem omnes finitę sunt.

Si quispiam inquit hæc dicat: quod in infinitum demonstrationes extendi possint, is quidem maxime à scopo ueritatis errabit, quemadmodum nos ostendemus: iam uero & si progrediantur in infinitum, recta tamen incedunt, & non in id quod à principio est. Iterum ueniũt ueluti quum sic dico: homo est risibile: risibile uero rationale est: igitur homo est rationale: quum huic ipsi demonstrationi uno addito termino alteram demõstrationem coapto, siquidem extremum appositũ feci, quiq; erat ante extremum, eum medium constitui. nãq; hoc ipse etiam declarat quum dicit, sumẽtes medium & extremum. Appono igitur animal sic: omnis homo rationalis est, omne rationale est animal: igitur omnis homo est animal. adiungo etiam corpus animatum: talis autem demõstrationum progressus in rectitudine fit, nõ enim unq̃ reflectitur in principium. i. non amplius reuertitur ad demonstrandam propositionem dicentem quod homo risibile est: id enim iam demõstratum est, nãq; si demonstratum non esset nec ipsa omnino procederet, demõstratio simpliciter, quoniam non reflectitur in communem mentis conceptumquę est ipsarum demonstrationum principium, de quo prima propositio contexitur: quæ ipsa per se fidem faciens demonstratione non indiget, circulus uero in seipsum reuertitur: quod autem non progrediatur in infinitum demonstratio: inde etiam patet, aut enim à generibus generalissimis incipit, & pronunciat usq; ad species specialissimas, aut èconuerso ex his incipit, & pronunciat in illa. Hoc autem, quod ait, sumentes medium terminũ male ab Alexandro percipitur: medium nãq; propositionis ipsum terminum ponit, ueluti medium hominis & risibilis & rationalis. non amplius igiť demonstrationem seruat, siquidem habeat propositionem quæ per medium quẽdam terminum demonstrationis indigeat. At quemadmodũ diximus extremus quidem extrinsecus aduenit, medius uero non aduenit. verum extremus ab hoc positionem permutat mediusq; fit, & si sic acceperimus quod intra propositionem terminum accipiunt, ueluti in quem propositio nõ est medio carens, neq; etiam tanq̃ recta incedatur neq; circulũ imitentur, nec enim primus terminus qui erat subiectus in ↄclusione p̃dicatus fiet, nec q prędicatus erat subiectus fiet nisi termini conuertantur ipsi, in quibus etiam demonstratio fit circularis non per demõstrationẽ methodon, sed p ipsam materiam ueluti quũ dico: homo risibile est, risibile autem mentis & scientiæ capax: homo igitur mẽtis & scientiæ capax est, & èconuerso mentis & scientiæ capax risibile est, risibile uero est homo. scientiæ igitur & mentis capax est homo.

Præterea si eadem circunlatio sepius fiat, opus erit sepius intelligere illud idem.

Quum dixerit q infinita intellectio circũlationem fine carentem sequitur, siue quũ idem semp in intelligendo sit neq; factũ fuerit unquá, siue quum sæpius idẽ reuoluatur, demõstrato absurdo quod prius seqtur, nunc quod hæc sequitur ostendit. si nãq; eadem est semper intellectus circunlatio, idem quoq; semper erit, qđ intelligitur: quare illud idem semper intelliget & nihil unquam aliud: quare nec omnia intelliget.

Atq; itẽ, intellectio similis est quieti cuidã & statui magis q̃ motui: eodẽ quoq; mõ syllogismus.

Coronidem pulcram imposuit. nã sanè quidem motui q̃stio similis uidetur, qui nãq; dubitat;

in multa

in multa perturbatione & motu est,qui uero inuenit quod idé est ac si dicam intellexit , in quiete & tranquillitate postea est.unde quoq; scientia dicitur ἐπιστήμη quia ἐπὶ στάσιν idest in statū animam ducit,& is,q ratiocinatus est,& per demōstrationem quod quęrebat inuenit,deinde quiescit.quare si ipsam intellectioné & conclusioné syllogismi,circunlationé esse dicunt,magis ipsa quies est quàm motus.quod si uiá quę ducit i itellectionem esse circūlationé dicunt,in priores rationes ueniemus quid unaquęq; partium facit aut finitę sint aut infinitę,quid etiá sit illud,quod ipas ꝑpositiones coniungit.nāq; aliud quū aliud intellexerit,nisi quodpiam aliud sit,quo conducente omnia suscipiantur,neq; conclusio ipsa deducetur:neq; enim erit aliter,ac si hoc quidem ego,tu uero illud sentias quod si sit aliquid,hoc est anima non circulus.

At vero neq; beatum quidem est quod non facile.sed violentum est.

Potest hoc etiam per se esse argumentū atq; superioribus cōiūgi,ná cū dixerit itellectioné quieti magis euidam quàm motui similem esse,quūq, ex hoc ostenderit quieté magis esse intellectui scdm naturam quasi adductum esset ea de causa motū esse præter naturam,quia si secundū naturam quies est,illud necessario sequetur qd præter naturá motus erit,quare si moueatur intellectus uioléter mouebitur,quodcūq; enim pręter naturam est,id uiolentū est.quū igitur ex prędictis illud adductum sit,qd intellectus uiolentia mouetur,hoc iure optimo subinfert. at uero neq; beatū est, quod non facile,sed uiolentum est.At uniuersi animam in beatitudine esse oportet.quod si neq; scdm naturam mouetur,quia quies magis est intellectio quàm motus,neq; etiam pręter naturam ne sit extra partem beatitudinis,nullo igitur modo mouetur.potest auté quoq; per se esse argumétum:quū nāq; demōstrauerit ea quę absurda sequūtur opinioné illorū,qui secūdū naturá moueri animá dicunt,nunc edocet quid seqretur,nisi secūdū naturá moueretur,quia si pręter naturá mouetur,ui moueť,omne auté uiolentū nequaquàm beatū est:at uniuersi animá beatá esse oportet.

Qđ si est motus eius non substantia,præter naturam sane mouebitur.

Potest hoc etiam huic quod ante est, eé continuum.nam postquàm dixit illud haud esse beatū, quod non facile sed uiolentum est,quo modo id erit uiolentum,per hęc inducit,si qdem (inquit) nō est in substantia eius motus,non erit autem in substantia motus,quoniam quieti magis quàm motui ipsum intelligere simile est,id etiá p se absolute potest intelligi:nam si mouetur intellectus, anima etiam mouetur.At quieti magis q̄ motui proportione respondet intellectus. præter naturá motū habet, nihil autem qđ pręter naturam se habeat,semp est,sed ubi est illud qđ est pręter naturam,id etiam omnino quod est secundum naturam,sequitur.at non sanè quod est secundū naturam sequetur omnino id quod ꝑter naturam se habeat,igitur id qđ pręter naturá mouetur,motum scdm naturam continebit.At uero secundum naturam,(quéadmodū demōstratum est) moueri non potest,ergo neq; pręter naturam mouebitur.

Laboriosum autem quoq; est esse mixtum cum corpore non volens dissolui.

Quo modo sit motus uiolentus & difficilis & pręter naturam,per se hęc ipse declarauit,quod enim corpori cōmixta sit,cūq; eo trahatur ea ,de causa motū laboriosum continet,ea quodá modo quę Ixion ferés.nam si cœlo coniuncta est,ut ipsum quoq; motu suo secum circunducat,motum quidem non facilem sed laboriosum continet,hoc autem nequaquàm beatum est.

Est insuper fugiendum,si quidem melius est intellectui non esse cum corpore,quemadmodum & dici consueuit,& multis simul videtur.

Ex his,quæ consueuerunt à Platone dici,quęq; etiam multis uidétur,absurdum esse confirmat. illud etiá Platoni quoq; uidetur esse animæ melius ut ea sit sine corpore,namq; illi laboriosa est in corpore uita.quod etiam mūdus nō sit soluendus,illius opinio est,unde in priori sorte sempiterno guo anima quam mūdus erit,neq; id habens qđ animæ nostræ,quæ à corporibus aliquádo soluūtur,quū illa semper cum corpore coniuncta sit.Bene igitur hęc Aristoteles induxit,si uere,quéadmodum Timæus dicere uidetur,substantia eius corpori coniūcta est.At uero quéadmodū quum corpori dominatur anima,sequens,atq; obediens corpus habet,non autem motus corporis ipsa sequitur:hoc modo,multo magis ipsum coeleste corpus quū ab omni difficultate mortali longe absit,animæq; sola uoluntate moueatur,nullam ex ea re anima difficultatem habet.ut etiá nŕæ aię in

luminoso corpore quod uocant αὐγοειδὲς, esse nihil difficille est.

Item quod circulariter feratur cœlum, causa latet, neq; n. ipsius animæ substātia causa est, quod circulariter feratur, sed per accidens eo modo mouetur: neq; corpus ipsum causa est, verum ipsa anima magis corpori.

Nūc ueluti id ostensum sit, quod anima quū sine magnitudine sit, atq; incorporea, nō per se sed per accidens mouetur, merito quæ nā circularis cœli motus causa sit, in dictis illorū minime patere dicit. si nāq; anima dum mouetur mouet, demōstratum est autem qd per se nō mouetur, quæ nā cœlo motus circularis causa est? neq; enim per ea quę demōstrata sunt, anima ipsa per se mouetur, neq; sanè corpus ipsum sibi causa est motus, id enim negat Plato ut illi secūdum naturā sit circularis motus, sed ex anima hunc ipsum illi esse uult. igitur per eos circularis motus causa nō patet. Aristoteles enim corpori cœlesti naturalem motum tribuit, concurrere autem cū naturali ex anima motum dicit, qui motus quum in ipso sit, sic mouet.

At vero neq; quia melius dicitur, et quidē oportebat ipsum Deum propterea circulariter facere ferri animam quia melius ipsi est moueri, q̄ manere, moueri autem sic, q̄ alio modo.

Non solum inquit, ex iis quę dicta sunt in Timæo, ignoramus quæ sit causa motum circularem faciens, uerū etiā finale: nullo enim mō cōfirmauit esse cœlo melius moueri quàm quiescere, & id circulariter quàm alio motu, nec prætereà omnia quęcunq; sunt in natura ad ipsum finem respicere, quod quidem pulcherrimum est omnium, quæcunq; circa eam ipsam rem fieri possunt. ipse enim & motus, & circularis motus finalem causam demonstrat: & quod motus ipse circularis æternitati conueniat, quia neq; principium neq; finem habeat, & quod ipsi magis erat bonum moueri, quàm stare, neq; operari quàm nihil facere melius est. At etiam Plotinus circularis motus finalem causam reddit, ita dicens. quare enim circulariter mouetur? quia intellectum imitatur. etenim intellectus operatio circularis est, id dixisse uidetur, quod nos dicendo consecuti sumus. quoniam igitur peiora ad ea quæ sunt meliora conuertuntur, sic & ipsum circulariter mouendo intellectus imitatur operationem. itē aliter, quoniam ubiq; simul esse diuina res est. Quod autem ubiq; circulari motu accedit, id quod ubiq; est imitatur, prætereà finalem figuræ sphericæ causam Plato reddidit, decentem enim inquit atq; cognatam figuram illi dedit, nāq; complectenti omnia figurarum capacissimam dedit, in planis autem figurarum quæ sunt ęqualis mensurę, circulus est. capacissimus, in solidis uero sphæra.

Verum quia est talis consideratio aliorū sermonū magis propria, eā quidē dimittamus nunc.

Illud enim quærere, cur sic cœlum moueatur, & quare eo modo, melius à scopo proposito aberrat, sermonibus enim de cœlo & motu talis consideratio magis conuenit, instans autē propositū de aīa est. id igitur solū locutus, qd ea Timæo prętermissa sunt, ad sermonē propositū reuertitur.

Illud autem absurdum accidit & huic sermoni, & plurimis illorum de anima, coniungunt enim & ponunt in corpore animam, non prius determinantes quam ob causam, & quo modo sese habentē corpore, & si videatur hoc necessarium esse, nam propter cōmunionem hoc quidem facit, illud vero patitur, & hoc quidem mouetur, illud vero mouet, horum autem nihil adest inuicem quibuslibet: at illi solùm conantur dicere quale quid sit anima, de susceptiuo autē corpore nihil adhuc determināt, quasi possibile sit. secūdum Pythagoricas fabulas quamlibet animam in quoduis ingredi corpus, uidetur enim vnumquodq; propriam habere speciem & formam, similiter autem dicunt ueluti si quispiam diceret tectonicam in fistulas ingredi, oportet enim artem quidem vti instrumentis, animam vero corpore.

Postquàm contra unāquāq; opinionem de anima particulatim dixit nunc unā atq; eandē cōmunem omnium simul, hisce qui de anima dixerūt, quasi accusationem infert, Nam quū de anima dixerint, ii de susceptiuo eius corpore nihil quicquàm dixerunt, qualis anima quali corpore utatur. At qui corpus & anima hæc quidē facit, illud uero patitur sed agentiū, atq; patientium quidā est habitus, & cōmunicatio, nō enim quod uis à quolibet patitur, neq; enim ab dulcedine albedo, quæ

re neq; in omni corpore ipſa aget anima,neq; de quauis anima quodcũq; corpus acciderit patietur. namq; ſi inuicem ſecundum formam differunt animalia,forma uero animatorũ eſt uniuſcuiuſq; anima,nãq; ipſa ſubiectum perfectum facit,eadẽ autẽ forma in diuerſa materia nũquàm naſcetur, uniuſcuiuſq; enim formæ propria materia eſt:Alia nãq; eſt ęris materia & lapidis,alia & aliorum ſimiliter:nõ igitur quęlibet anima in quouis corpore naſcetur,quemadmodũ igitur qui de ære Philoſophus naturalis diſputat,non eius ſolum formam ſed materiam quoq; dicere debet,ut ipſe in quarto meteororum atq; alibi fecit,eodẽ quoq; modo eum qui de anima diſputat facere oportet de corpore ſcilicet,quod eam ſuſcipiat enarrare.uidelicet quale quid ſit,& natura & potẽtia,ſi quidem anima corporis eſt anima.ſed illi (inquit) de anima locuti de corpore nihil ꝓdeterminauerũt, ueluti id fieri poſſit,inquit ut quemadmodũ Pythagoreorũ fabulę uolunt,anima quęlibet,in quod uis corpus ingrediatur ſermone qdem ualde uſus iniurioſo,fabuloſa ſunt,(ait) neq; ſermone digna quæ ex illis dicuntur, quale eſt illud Empedoclis,qui & ipſe Pythagoricus fuit.

Olim nanq; fui ceſpesq;, puerq;, puellaq;.
Et uolucris cœli,atq; alti maris incola piſcis.

Eſt autẽ hoc ipſum abſurdum,nãq; unaquęq; res formã ꝓpriam tenet.quare ſi ſunt animalium differẽtes formę,forma autẽ maxĩe eſt aĩa,nõ oĩum erit aĩaliũ ipſa eadẽ aĩa,nã uelut ars alia aliis inſtrumẽtis utiſ,nec unq̃ tectonica fiſtulis uteſ,ſic animis quoq; naturalia ꝓpria ſunt iſtrumẽta corpora ipſa qbus utunſ,oportet.n.qđ appetitiõibus aĩę ſit idoneũ corpus,qđ ipſarũ appetitionũ ſuſceptiuũ ſit:quẽadmodũ enim ſe habet ars ad inſtrumenta,ſic aĩa ſe ad ipſum corpus habet.Qđ ſi nõ illud fieri poteſt ut inſtrumento quolibet ars hæc utatur,id etiam ſequitur,quod eo, quodcunq; acciderit corpus,aĩa quęuis nõ utetur,oportebat igitur eos qui de anima dicerent etiã dicere de eo corpore qđ animam ipſam ſuſciperet,quod ipſe in tractatu de partibus animalium fecit,unãquãq; enim partem figurari dixit non de ſola animæ ipſius operatione,neq; de ſola corporis compoſitione,ſed ex ambabus,uelut oculus,qui non ſimpliciter de tot talibusq; tuniculis,uerũetiam quũ tali animæ potentia compoſita pars eſt,ſimiliter quoq; in aliis uniuſcuiuſq; partibus.hic autem non ſolum de ſenſibus uerũetiam de ſenſuum ſedibus potentias ſenſitiuas capientibus diſputabit. bene autem nõ omnibus dixit,ſed plurimis qui de anima tractauerunt,excipiens uidelicet ipm Platonem,qui multis de anima declaratis , multum quoq; de ſuſceptiuo corpore ſermonem fecit,& in Timæo,& in Phædro,ꝓpterea enim caput ſuperiorem totius corporis habere partem ſphæricũq; eſſe,quia id rationem quæ corpori præeſt,ac dominatur,maxime complectatur,qđ etiã mundi pars præſtantiſſima cœlum uitaq; animalis,quæ in hoc eſt,totius mũdi ſupmum locum tenet, ſphæricũq; eſt.quid ita autem,ait cor ipſum cono ſimile eſt,quia ĩquit animoſitas in eo ſedet,quæ quidem ignem ipſum imitatur,quare ipſum quoq; cor ad ſimilitudinẽ coni figuratũ ipſius ignis ſubſtantiam ſequitur.ſimiliter etiam de epate reliquisq; partibus,& toto humano corpore naturaliter diſputat hoc modo,qđ conſurgit de toto corpore rotũdum caput.ſ.reliquum uero rectũ,ſequitur.ideſt qđ humanæ animæ mixtũ demõſtrat,uidelicet quod ex ratione & irrationabili mortaliq; atq; ĩmortali uita compoſitum cõmixtumq; eſt.quæcũq; enim uitæ ſunt ĩmortales ſolũ eæ non aliud quàm corpus ſphæricum conſecutę ſunt,id enim qđ ĩmortale eſt propriam ſibi ſiſemq; figuram adpetit:ea autem circularis eſt quæ neq; finem,neq; principium habet:quæ uero ſunt ſolum mortales ut eorum quæ ratione carent uitę ſunt,iis ſolum corpora recta ſorte obtigerunt, ut enim diximus uitæ irrationales lineæ ſunt ſimiles,& ea quidem obliqua,pronaq; adeo ſunt ut nullam cognationem cum cœleſtibus habeant:homo autem qui uita mortali atq; ĩmortali cõſtat,corporis proprii figuram conſecutus eſt,ſuperiorem quidem partem rotundam rationalis atq; ęternę uis illa tenet,quæ corpori princeps imperare debet,inferior uero pars recta eſt,unde mortalis atq; irrationalis ĩmortalemq; & rationalem uitam ſequitur.ſic ille quidem quũ dixiſſet in Phædro de ĩmortalitate animę,deq; corpore illi proprio(quẽadmodum diximus)figurato ait.nõ enim niſi cognouerit id quod eſt,in hãc ipſam figuram uenerit tãquã ſit aliqua anima,quę id neſciat,quod eſt uidelicet irrationalis,qua nũquã in humanam figuram ueniat ut patet,quo corpori præſit eidẽq; imperet.hoc autem Ariſtotelicũ ab eo antequã Ariſtoteles id diceret,dictum eſt,non quãlibet animam in quoduis ingredi corpus.quid autem ita dicebat id quod eſt?id ſcimus quod ipſum intelligibile innuebat:uere enim hoc,quod eſt,ut ĩmateriale & nihil habens potentia eſt,ſed ſine potentia ens actu eſt:omne autẽ ſenſibile non eſt ens.Quare ſemper quod potentia eſt idem eſt,ac ſi dicã quod non eſt.igitur ſolũ rõnalis ut intellectualis intellectuale cognoſcit.

Alia etiam quędam opinio tradita eſt de anima.

Questus Aristoteles cōmuniter de omnibus iis qui de anima disseruerunt, quia de corpore ipsam suscipiente nihil dixerint: oportebat enim, quū non quælibet anima in quoduis corpus ingrediatur, quia tali proprietate quæ corpori ad susceptionem talis animæ cōueniat opus est, alia nāq; est compositio & temperamentum eorum animalium quæ in irascibili designantur, alia eorū quę in concupiscibili, alia eorum quæ secūdum consilium atq; rationem notantur, & simpliciter ad animæ ipsius operationum conuenientiam, corporisq;, & elemētorum temperamētum, & apparatus instrumentorum pertinent. his igitur dictis, quæ proprie consequitur opinionē de anima coaptat, ad hoc enim qdā respexerunt qđ aiæ non quodcūq; accidit corpus, est particeps, ibi enim temperamento, quod animæ conueniat opus est, ueluti etiam harmonia quæ non ita ut obtigerunt quibuscūq; chordis fit uerum cōuenientiam quanta extensione opus est. adde etiam qđ ipsam animā esse corporis harmoniam putauerunt, & uarias eē animarum spēs, quæ ad uarias corporis harmonias aptantur. Hanc igitur exponit opinionem atq; refellit & interim solam hanc opinionem in hisce inquirit. paulopost autem rationes ponit quibus illi in hanc opinionem uenerunt. at ante etiā in aliis uidelicet in Eudemo dialogo contra hanc opinionem dixit, & ante eum Plato in Phædone huic opinioni instans quinque dialecticis argumentis est usus, & hoc primum, harmonia ipsa adaptatis aduenir, adesse enim chordas, quas deinde tātum ostensas esse. unde postea sic harmonia aduenire oportet: quare harmonia posterior est earum quæ adaptantur, sed anima ante corpus adaptatum præexistit, si quidem disciplinę reminiscētiæ sunt. non igitur ipsa anima harmonia est. hoc autem argumentum dictum est tāquā demonstratum id sit pręexistēte animam, ꝑpterea quod id enim ostēsum est esse disciplinas ipsas reminiscētias. hoc igitur argumētum ad animam solā rationalem facit. alia autem partim ad omnem animam. alia uero ad rationalem solam faciunt, una quidem ratio est ea, quæ dicta est. altera uero quæ sequitur. Harmonia inqt adaptatis haud repugnat, sed sequitur sic se habēs quomodocūq; se habeat adaptata. anima autem corpori repugnat atq; illi imperat. non igitur harmonia est anima. Quod autem fieri nō possit, ut adaptatis harmonia repugnet id patet, quia in illis habet esse. unde impossibile est ut illis ea sit contraria. nihil est enim qđ non esse cupiat. anima uero corpus ipsum negligit, corporis conatibus contraria est, & omnino corrumpi ipsum cupit ut quæ in eo non habeat esse. Tertia ratio est, harmonia ipsa suscipit, magis & minus, dicimus enim quod hac lira hæc magis aptata est. At anima magis ac minus non suscipit, nō enim seipsa anima magis anima & minus anima fit. At neq; alia magis alia: non igiē est anima harmonia. Quarta ratio est anima uirtutem & uiciositatē suscipit: quarum uirtus ipsa est harmonia potentiarum, nāq; animæ ipsa consonantia est uiciositas uero dissonantia, quæ potentiarum animæ ipsius pugnæ atq; seditio est, unde anima ipsa harmoniam & inconcinnitatē suscipit: hæc enim uirtus & uiciositas est. Harmonia autem harmoniam & inconcinnitatem non suscipit, ridiculum nāq; id est dicere quod harmonia inconcinnitatem, uel ècōuerso quod inconcinitas harmoniam suscipit: non est igitur harmonia ipsa anima. Quinta ratio est, si anima ipsa est harmonia ea non suscipit inconcinnitatem: inconcinnitas autem animę uiciositas est, quod si anima uiciositatem non suscipit, omnes bene similiter erūt, ad secundum uidelicet consequēs falsum est, igitur & antecedens. non est ergo anima ipsa harmonia. Ad tertiam rationem quæ dicit harmoniam magis & minus est harmonia, sed anima magis & minus nō est anima, (sic enim propositiones accipit Plato) fertur ab Epicuro ratio, qua per similia ipsam redarguere tentat dulce (inquit) magis & minus suscipit, mel ipsum magis uel minus non suscipir, est enim substantia, non est ergo dulce mel, quod quidem absurdum est, uterq; autem syllogismorum, in secunda figura similiter complexus non sine syllogizandi ratione esse uidetur: quare necesse id est, aut utrūq; esse uerum aut si manifeste falsus, & sine syllogizandi ratione est, syllogismus Epicuri talem quoq; Platonis esse argumentū necesse est. In omnibus enim cōparatio similis est, quod autem sine ratione syllogizandi sint uiriq; facti dicere poteris, si medium terminū qui in utroq; syllogismo est acceperis, & prius Platonis syllogismum, nō enim eundem medium terminum, in utrisq; propositionibus inueneris, habet enim se sic syllogismus, harmonia magis & minus, est harmonia anima non est magis & minus anima: quare in maiore magis & minus harmoniam esse prædicatum est, in maiore uero magis & minus non esse animam non est ideo medius terminus unus, non igitur cum syllogizandi ratione factum est argumentum, in alio quoq; syllogismo sīt, alibi enim magis & minus dulce prædicatum assumptum est, alibi autem magis & minus mel unde medius terminus non est unus, nam quāq̄ uideē accipere unum medium in utrisq; quū dicimus, mel magis & minus non suscipit, dulce autem magis & minus suscipit, unum inquam esse in utrisq; prædicatum uideatur licet suscipere. ſ. magis &

minus

minus,non tamen id uerum est,quod sit unus terminus,non enim simpliciter,hoc dulce magis & minus suscipit,sed inquãtum dulce,neq; enim inquãtum corpus,similiter quoq; ipsum mel non simpliciter magis & minus non suscipit,sed inquãtum mel, non sanè inquantum dulce suscipit, similiquoq; modo anima ipsa inquantũ anima,magis & minus nequaquàm suscipit; at quo ad affectus id quidem suscipit.oportet igitur i propositionibus assumi,inquãtum quidem hęc est,suscipit magis & minus,inquãtum uero illud,nequaq̃. Quòd si ei apponatur terminus medius diuersus est, quòd si ita est ipsa sine syllogizandi ratione complexio facta est:uerum ipsam comparationem nõ esse similem uidere possumus,ipsumq́; Platonem rectè quidem ratiocinãtem:Epicurum uero,nõ rectè:sic enim dico harmonia magis & minus est harmonia: anima magis & minus nõ est harmonia,sic autem unum medium terminum facio.Præterea manifestior erit ratio, si quemadmodum accepit Plato propositiones non acceperimus,sed paulum transponendo adaptabimus.Nam Plato sic accepit,harmonia magis & minus est harmonia. nos autẽ sic accipiamus, omnis harmonia magis & minus suscipit,nam si hoc modo dixerimus,non illa additione,ut scilicet dicamus inquãtum harmonia,opus est: nõ enĩ simul utrũq; est in harmonia,neq; cum subiecto,quẽadmodum dulce est,hcc enim corpus ipsum quod dulcedinem ceperit significat, uelut etiam id in quo sit harmonia.nam sanè harmonia quoddam simplex est, ut dulcedo, nãq; ipsam solam qualitatem declarat, etenim si quod harmoniã habet,acceperimus,additione nobis opus erit,omne enim quod harmonia compositum est, inquãtum harmonia compositũ magis ac minus suscipit, quod si harmoniã capiamus non procedit quod harmonia magis & minus suscipiat. Anima autem inquãtum anima est magis & minus non suscipit: id enim apponendum est,animæ inquatum anima, ideo diximus animam inquãtum est anima,harmoniam non esse,sic igitur Platonem ratiocinantem nobis osten disse liceat.Epicurus autem rationem cepit in dulci,non in dulcedine,nam si eam in dulcedine accepisset,nihil quidẽ falsum adduxisset:id enim uerum est,q͂d ipsum mel dulcedo nõ est.ergo quia ipsum dulce utrũq; quoddam simul est,additionis indiget: non enim propositio uniuersalis uera erit,nãq; omne dulce inquantum dulce magis & minus suscipit, & non simpliciter, sed mel inquantum mel est haud suscipit magis & minus,ex qbus nihil congregatur,quia non est medius terminus cõmunis, quare si prædicatis hoc inquantum hoc additum fuerit, non ipsum medium cõmune accipiemus,ut dictum est,q; si subiectis addatur,ut inquãtum dulce ipsum dulce, magis & minus suscipit mel ipsum inquantum mel,magis & minus non suscipit,id concludetur,non est: igitur mel inquantum mel est dulce inquantum dulce est, hoc autem cogitari non potest.ex igiẽ sunt quinque Platonis argumenta,quæ diximus.ipse autem Aristoteles(ut iam dicebam)in Eudemo dialogo hisce duobus usus est,uno quidem sic, harmoniæ inquit est quoddam contrariũ ipsa inconcinnitas,animæ uero nihil est contrarium:anima igitur non est harmonia,sed ad hoc fortasse quispiam diceret,quod harmoniæ contrarium non est proprie contrarium. sed magis priuatio indefinita atq; animæ ueluti cuidam speciei existenti est aliquod oppositum indefinitum,& quemadmodum ibi talem harmoniam in iconcinnitatem mutari, sic etiam in talem priuationem animam transire dicimus.secundum autem syllogismum,sic protulit,harmonię inquit, corporis inconcinnitas corporis contraria est,animati autẽ corporis inconcinnitas est,morbus & imbecillitas,& turpitudo:quorum quidem a symmetria elementorũ morbus est,partium uero similarium imbecillitas,at instrumentalium turpitudo,q; si morbus & imbecillitas & turpitudo est,ipsa incõcinnitas, id sequitur quod sanitas & robur & pulchritudo est ipsa harmonia,sed horum nihil est anima nõ est inquam anima,neq; sanitas neq; robur neq; pulchritudo,nãq; etiam Tersites quum turpissimus esset,habebat animam,non est ergo harmonia ipsa anima, & hoc quidem in illis. huic autem quatuor argumẽtis hanc opinionem refellentibus usus est, quorum tertium dictum in Eudemo secundum est,quæ autem sint hæc,procedentes in litera sciemus.

Probabilis quidem multis neque minor vlla earum,quę dicuntur.

Quod igitur opinio quæ dicit esse animam corporis harmoniam,sit probabilis, nunc simpliciter ponit.deinde autem post obiectiones ad illam factas per opinionem probabilem quoq; imponit in Phædone etiam Symmias ait,nullam rationem,sic ipsi de anima probabilem uideri, ut ea q̃ ipsam esse harmoniam dicit.

Rationes vero veluti damnatas dedit,his etiam quę in cõmuni dicuntur rationibus,harmoniam nãq; quandam ipsam aliqui dicunt.

Et si (inquit) probabilis est opinio, rationes tamen dedit ueluti condēnata, uidelicet in rationes profecta damnata est, & reprobata, ut ea quę mendax est. Deinde apponit ubinam dānata fuerit, in cōmunibus (inquit) rationibus, quæ dicūtur, hoc factum est, innuens fortasse uel sua cōtra alios, nō scripta colloquia, uel externas cōmentationes, de quibus dialogi sunt, quorum est Eudemus, quas quidem uocauit externas ideo, quod non ad legitimos auditores, sed in communem multorum utilitatem scriptæ sunt.

Etenim harmoniam temperationem, & compositionem quandam contrariorum esse, & corpus componi ex contrarijs.

Postquā igitur exposuit opinionem illorum, qui esse animam harmoniam dicebant, hic eam rationem ponit, per quam confirmare rem suam conabātur, syllogismus autem talis est. Harmonia componitur ex contrariis, & animatum corpus ex contrariis quatuor elementis componitur, uidelicet arido, liquido, frigido, calido. corpus ergo animatum est harmonia. quod ergo harmonia ex contrariis cōstet, id uerum est. Harmonia enim quemadmodū Pythagorici uolūt, est πολυμιγέων καὶ δίχα φρονεόντων ἕνωσις .i. multorū permixtio qui inter se in unitate diuersa sentiūt, hoc sanè qđ animatum corpus ex cōtrariis componatur non uniuerse est uerum. nāq; cœlestia animata cum sint, ex contrariis haudquaquā componuntur, sunt enim simplicia, alioqui sine ratione est facta syllogismi complexio, cum sit ex duabus affirmatiuis in secunda figura. præterea etsi rationalis erat, nō tamen concludit qđ anima ipsa est harmonia, sed ipsum corpus. temperationem uero, & compositionem dixit harmoniam, temperationem quidem elemētorum. bene enim uini, & aquę fusionem esse compositam dicimus: dicimus autem quoq; per appositionem, harmoniam. Dicimus enim bene esse compositam ianuam, quā compositionem uocauit. Dico autem appositionē, quādo enī sic tabulæ cōpositæ sunt, ut nihil eiusdē generis admittant, ianuā bene cōpactā fuisse dicimus.

Atqui ipsa quidem harmonia mixtorum quædam ratio est, vel compositio, animam vero, neutrum esse horum possibile est.

Hinc argumēta sunt, & hoc ex quatuor argumentis primum est, talis autē syllogismus est. harmonia ratio est, uel compositio mixtorum, sed anima neq; ratio est, neq; compositio. igitur aīa non est harmonia. quod autem neq; ratio, neq; compositio est anima, nunc quidem ueluti id manifestū sit, accepit, nāq; id quidem absurdum est animam, siue rationem, siue compositionem dicere, ueluti duplam, uel sesquialteram, uel aliam quādam, siue rursus compositionem, quæ corporū est appositio, substātia nāq; est aīa. horū autē neutrū suba est. Deinde uero idē, procedendo demōstrat.

Prętereа autē mouere nō est harmoniæ, animæ vero hoc attribuūt omnes, maxime vt ita dicā.

Secundus hic est syllogismus, & ipse in secūda figura. harmonia (inquit) ex quibus est, ex iis nō mouetur, nō enim chordas ipsa harmonia mouet. anima uero mouet ipsum corpus, cuius est anima, non est igitur anima harmonia: nullo nāq; motu harmonia mouet ea, quorum est harmonia, neq; enim ea, quæ harmonice composita sunt, harmonia localiter mouet, nāq; artifex ea extrinsecus mouet, neq; secūdum quantitatem, neq; etiam secūdum alterationem, neq; enim chordas ipsa harmonia alterat, sed ipsa quidem motis & alteratis chordis fit, non tñ in quibus est, cū fit, ea alterat.

Cōuenit autē magis de sanitate dicere harmoniā, atq; oīno de corporeis virtutibus, quā de aīa.

Hoc est tertium argumētum. est autem secūdum eorum, quæ sunt in Eudemo. qđ autem harmonia sit sanitas, in illis demonstrauit ex morbi contrario, sylli aūt deductionē supra diximus.

Manifestius autem, si quispiam reddere tentauerit affectus, & operationes animæ harmoniæ cuidam, difficile namq; est accommodare.

Aperte (inquit) apparet absurda ea ratio, quæ animā eē harmoniam dicit. si unumquēq; affectū, aut operationem animæ in aliquam harmoniam transferre tentemus, si nāq; anima est harmonia, operationes quoq;, & affectus eius harmonia erunt. ueluti quoq; ipsius simpliciter harmonię partes, aut species ipsæ sunt harmoniæ. qualis ergo est harmonię spēs, ira, uel cupiditas, uel sensus & reliqua? Lydia ne, an Phrygia, an Iaspia, an aliæ quædam? quòd si nihil horum est harmonia, neq; aīa

deinceps erit horum quicquã,hoc est igitur argumentum quartum,sic autem se syllogismus habet,si anima est harmonia,species autem harmoniæ sunt Lydia,Phrygia,& reliquę,id sequitur,qđ harum quædam sit anima.sed hoc dicere absurdum est,non est igitur anima harmonia. Verũ posset quispiam ad hoc contradicere hoc modo,nos quidem non dicimus chordarum harmoniã esse animam,sed quãdam talem compositorum,siue temperatorum rationem.neq; enim ipsa corporis harmonia,aut elemẽtorum secũdum potentias,aut instrumẽtalium secũdum compositionem,uel Lydia,uel Phrygia est harmonia.nullo igitur modo i hoc sermonem Aristoteles deducit,sed in id quod est harmonia quadam.uidelicet in harmoniam eorum,quæ tali,aut tali ratione composita sunt,nõ autem Lydia,aut Phrygia,sed hoc enarratum est.Qđ autem fieri non possit,ut harmonię cuidam corporis animæ opera,& affectiones reddantur,ex ipsa patet progressione,nam dicere intellectum,si sit temperatio,duplam esse rationem,sensum autem,si ita sit,sesquialteram,atq; etiã aliã quandam potentiam,ridiculum est,neq; hoc tale accõmodare est facile.

Præterea si diceremus harmoniam in duo respicientes,propriissime quidem magnitudinũ in habentibus motum,& positionem positionemq́; compositionem ipsarum,postquã sic coaptatę sunt,ut nihil eiusdem generis suscipiant,inde autem quoq; mixtorum rationem.

In primo syllogismo dixit harmoniam esse rationem,uel compositionem mixtorũ:animam autem neutrum esse horum:ar unde id pateat,quod aia nihil est horũ,ibi quidem sine probatione id accepit,hic uero reliquum demonstrat.dicimus enim inquit harmoniam duobus modis,& quidem prima ratione,compositionem corporum,quãdo sic apposita sunt, ut nullum eiusdem generis corpus iterseri possit. Veluti cum lapides,quibus constat domus, adeo bene compositi sunt,ut alius lapis,aut lignum,aut quid eiusdem generis interseri nõ possit, aut grauium corporum aliqđ accõmodari,dicimus lapides,& horum harmoniam compositionẽ,adposuit autem eiusdem generis,quoniam fieri potest,ut aër,uel gluten, uel quodpiã tale constructis lapidibus interseratur, ex his autem inquit harmoniæ nomen in mixtorum rationem transferimus, ueluti & in temperatis, & in his quæ sunt in musica,rationem nãq; mixtorum sesquialteram, uel sesquitertiam,uel aliam quandam ex compositis per trãslationem harmoniã dicimus. Quid autem cum dixisset,propriissime quidem magnitudinum,subintulit in habẽtibus motum,& positionem,quoniam uoluit hæc à mathematicis distinguere, nam mathematica quoq; sunt magnitudines, uerum neq; motũ,neq; positionem habent,quãdoquidem neq; subsistentiam,in considerarione enim sola habent esse:& motum quidem, ut à mathematicis naturalia corpora diuidat: positionem autem,quo & lineas, & superficies naturales ab ipsis mathematicis distinguat, positionem nãq; hæc ipsa naturalia dico, quamuis motum non habeant. quare autem secundum primam rationem harmoniam sub appositione nos contemplari dicit, id inquam ea de causa, quod nobis magis cognita sit, nanq; & in prædicamentis propriissime, & primo, & maxime esse substantiam indiuiduam dicit, uel ut nobis magis cognitam.

At neutro quidem modo consentaneum est,neq; compositio ipsarum corporis partium valde facilis inquisitu est,multæ enim compositiones ipsarum partium sunt,& multis modis.cuius igitur,aut quo modo putare oportet intellectum compositionem esse,vel etiam sensitiuũ,vel appetitiuum?

Neq; cõpositionẽ inquit, neq; mixtionem facere animam rationi consentaneũ est, minime autẽ magis compositionẽ,quoniam facile ualde argumentis ratio conuinci potest.si nãq; partium similariũ compositio animam facit:quoniam in unaquaq; parte instrumentalium, est ipsa similarium partium compositio,etenim manus ex ossibus, & neruis,& carnibus, & reliquis, eodem modo & pes,& caput,& reliqua omnia particulatim esset utiq; anima,nam si simpliciter anima ipsa compositio est,una aũt quæq; pars,alia aliter,cõponitẽ,aiamq́; habet, unusquisq; ẽt multas aïas habet,aliter eni tota manus cõposita est,& aliter ptes ipsius manus digiti,aut aliud qđpiã, & in unaquaq; parte multæ aïæ sunt,qđ qdẽ dicere absurdum est,non est igitur anima cõpositio:nam si alicui compositioni corporis nulla animæ pars conuenit,ex quanam compositione intellectus, aut sensus constat?non igitur tota toti compositioni congruit, nãq; ex singulorum compositione tota compositio constat:quali igitur compositione, & quali in parte unaquæq; animæ potentia fit? difficile est, hoc etiam fingere,ut ipse ait:multæ autem partium cõpositiões sunt,& multis modis,multæ qui

dem quoniam multa quoq; membra sunt, multis autem modis, quoniam partium similarium compositionem aliter aliud habet.

Similiter autem absurdum est, & rationem mistionis esse animam, non enim eandem habet rationem mixtio elementorum secundum quam caro, & secundũ quam os est, accidet igitur multasq; animas habere, & secundum totum corpus, si quidem omnia ex elementis commistis, mixtionis autem ratio, harmonia est & anima.

Per alterum inquit significatum harmoniæ, animam esse harmoniam dicere absurdum est, nam enim multæ rationes temperationum in corpore per partes similares sunt, elementa enim eadem, ratio autem temperationis horum, alia quidem in osse, alia autem in carne, in sanguine uero, & in reliquis partibus similaribus alia. Quare per hãc ipsam rationẽ multas habere animas ipsum corpus necesse est ꝙ si temperatio ipsa harmonia est: harmonia autem anima, multæ quidem sunt ipsius corporis partium temperationes: ꝙ si quispiam dicat haud simpliciter quãcunq; cõpositionem, siue harmoniam animam dixisse, neq; huius, aut illius partis: uerũ totius corporis cõpositionem, & harmoniã hoc esse animam, dicimus quod maxime quidẽ ut ad simpliciter dicentes harmoniam, neq; prædifiniẽtes ratio dicta est. deinde etsi aliquis hanc ipsam rationem confutabit, aliæ tamen sunt, quæ quidem conuinci non possunt. ad omnes autẽ dicimus ꝙ si harmonia est anima, quæ superiora sunt, inferiora facient: nã quæ sine anima sunt, animorum causa erunt, quæ ratione carent, rationis, & sensus ea, quæ non habẽt sensum, quod quidem absurdum est, dicere scilicet peiora esse meliorum causam.

Petiuerit autem quispiam hoc etiam ab Empedocle, vnumquodq; enim ipsorum in ratione quadã dicit esse, vtrum igitur ratio est anima, an potius aliud aliquid existens, înascitur mẽbris? Præterea vtrum concordia cuiusuis causa mistionis sit, an eius quę secundum rationem fit? & hęc vtrum ratio sit, an præter rationem aliud quodpiam? hæc igitur habent tales dubitationes.

Postquàm eos, qui harmoniã dicunt esse animam, redarguit demonstrãdo quod quãcunq; harmoniæ speciem supponamus & sm tẽperationẽ, & secũdum compositionem, absurda multa sequẽtur, ueluti contra Empedoclem merito ex dictis in transgressione dubitat, quoniam & ille ex tẽperatione elementorum ipsas animaliũ partiũ species fieri dicebat. id enim narrabat, quod alia elemẽtorum ratio carnem facit, alia os, alia uero aliud quodpiã, & eius infra proponetur sermo, quo dicere conatur, quæ nam in unaquaq; parte temperationis elementorũ ratio sit. quoniam igitur partium formas esse temperationis rationem dixit, est autẽ ipsa quoq; anima totius animalis forma, nõ immerito quærit, utrum & ipsa anima sit ratio mixtorũ, de quibus animal totum cõstat, an aliud aliquid existens ꝑter rõnẽ mixtis ipsis inascit. nam si ratio mixtorũ est anima, quomodo inquit? terra. etenim terram uidimus, nõ enim ratio sunt elementa. adhuc autem quemadmodũ formę inquit multæ sunt animę in animali, magis autem in unaquaq; parte, quoniam multę quoq; rationes sunt, si aliud aliquid existens præter rationem mixtis ipsis innascitur, qd existẽs & quomodo inascitur? & rursus quomodo inquit? terra etenim terram uidimus. quod si elementa ipsa sunt anima, quare in aliis quidem formis ossis, & carnis, & similium non elementa, sed ipsam rationem causam esse dixit, in anima autem ipsa elementa? nam si forma melior est, quã materia, & ipsa materia sunt animalis partium elementa, forma uero ratio ipsa, id sequitur quod ratio temperationis ipsorum, sit elementis melior. quare forma, scilicet caro, os, & similia melioribus erunt peiores, uidelicet ratione temperationis, imo ratio ipsa erunt, melior autem forma anima ex peioribus uidelicet ex materiã erit, hæc enim aliarum formarũ materia erat, meliora igitur ex prioribus erunt, quod quidem absurdum est. Deinde quoniam Empedocles dicebat amicitiã esse causam temperationis elementorũ, seriatim de ipsa dubitat. nam amicitia uel est eadem mistione, ut mistionem amicitiã esse dicimus, uel est alia, uel etiam alia cuiusuis est causa mistionis, uel eius, quæ est secundum rationem. quare si est eadem mistione, quæ nam est ipsius mistionis causa? nullo enim modo id fieri potest, ut res sine causa generationem habeant, ut ait Plato, quod si alia est, cuius nam mistionis est causa? at si cuius uis est, illud accidet, quod ex quacũq; mistione formę fient, neq; solum quæ genitæ sunt, uerum etiam diuinæ, quod quidem absurdum est, neq; enim uidemus quamlibet mistionem quodlibet facere, sed mistionis cuiuscũq; formę ratio definita est. quod si eius est, quæ est secundum rationẽ,

quod

quod quidem consentaneum est,& si non hoc Empedocles dixit,neq; id ex eius dictis ratione subducta colligi potest.oportebat ipsum dicere quæ nam sit ipsa,& quam naturã habeat,nõ enim esse amicitiam dicere sufficit,uerum illud etiam addendum est,quid nam sit amicitia.hæc igitur cõtra Empedoclem dicere conuenit,& quemadmodum diximus,non ita Aristoteles diuisionem fecit, uerum sic se pulchrius habet,his igitur per digressionem contra Empedoclem dictis in de harmonia rationem regreditur.

Q đ si est aliud anima ab harmonia, quidnam simul cum ipso carnis esse tollitur,& aliarum partium animalis?

Cum exposuisset opinionem illorum,qui harmoniam esse animam dicunt,hanc ipsam esse rationem probabilem dixit.nunc igitur huic ipsi rationi contradicens causas opponit,per quas talis opinio probabilis esse uidetur,& ut breuibus dicam sic ait,si ipsa anima nõ est harmonia secũdum rationem mistionis facta,quid ita ablata corporis harmonia,anima quoq; tollitur? nam si aliud est ab harmonia anima,ueluti citharœdi citharœdus ab cithara alii sunt,quemadmodũ cum chordarũ harmonia depressa est,quod adhuc citharæ citharœdus adsit,nihil prohibeat eum esse alterum ab harmonia, & cithara,sic etiam animam,siquidem non erat idem cũ harmonia,oportebat aliquando dissoluta harmonia corpori adesse.intellectus igitur propositorũ talis est,litera uero sic se habet.quod si aliud est anima à mistione,hoc est si harmonia non est anima,harmonia autem est secundũ mistionẽ, & temparationem,est enim ea quoq;,quæ est secundum compositionem,quid nam simul cũ carnis eẽ tollitur,& aliarũ partium animalis? quod est,ac si dicat,quid ita una parte harmoniæ ablata, reliquarum quoq; partium harmonia aufertur? ut extra literã nos concludemus,quod harmonia omnium partium ablata,anima quoq; simul aufertur,in carne autẽ tãquàm sit ea magis manifesta, rationem exercet,nam si formant carnis ab animali aufertur,reliquarũ quoq; partiũ forma species auferuntur,ossium scilicet,& neruorum,& reliquorum,cum quibus etiam anima simul aufertur, quia non solum carne ablata,reliquorum sublatio sequitur,uerum etiam si aliorum quæ diximus, auferatᷣ unũ.sic Alex.ualde cõmode interp̃tatᷣ,ut dubitatio ipsa pariter sit ĩterp̃tatio eorũ,q̃ de harmonia dicta sunt.magis aũt unius dicẽtis ex eo,qđ anima dr̃ harmonia,id accidere,qđ multas aĩas animal habeat,nam si inquit non est anima harmonia,uerum quodpiam aliud mistionis, quare mistione carnis corrupta,reliquarum quoq; partium mistio corrumpitur? nam siquidem id sit, una quidem omnium partium esse mistio uidebitur,non multæ,quare enim cũ una simul omnes corrumpuntur? Sic autem anima ipsa una erit & non multæ,in quod absurdum deduci uidebatᷣ sermo,qui animam esse harmoniam dicit: quàobrem si mistione una ablata animal aufertur, una igitur quoq; anima cum sit harmonia:alio quoq; modo exponitur, si nõ est harmonia anima,qua re simul cum carne ablata auferẽ? Deinceps ut ab alio principio: similiter autem & aliarum partiũ animalis pro eo,quod est,unoquoq; ablato cum aliis partibus tollitur,partes autem intelligit similares,os,carnem,neruum,uenas,& reliqua, quorũ quopiam ablato simul quoq; animal aufertur, non sanè quouis instrumentalium,tolli autem dicit, non ipsum similarium partiũ subiectum:sed ipsam formam:quare non dixit ablata carne,sed carnis esse.

Ad hæc,siquidem non vna quæq; partium animam habet,si nõ est anima ratio mistionis,quid est, quod corrumpitur anima deficiẽte? quod igitur neq; harmoniam possibile est esse animam, neq; circulariter circũferri,patet ex dictis.

Alio modo circa hoc ipsum dubitat,imo non omnino est alia ipsa dubitatio à superiori,sed cũ sit eadem,ad illam uice uersa se habet.prius enim dubitauit,quid ita cõpositione,& harmonia corporis corrupta simul abit anima:siquidem non est harmonia.nũc autem ẽcõuerso,quid ita ab anima relicto corpore,harmonia simul corrumpitur? ibi qdem ab harmonia facto principio in aĩam, hic uero ab anima in harmoniam corporis desinit.nam si(inquit)haud est harmonia corporis anima,quare sic ab anima derelicto corpore,harmonia statim corrũpitur? quàquàm non aperte dixit hoc modo,quod.s.haud est anima corporis hãrmonia,sed quod huius opinionis absurdũ sequitᷣ, id ut prius accepit,nam dicẽdo animam harmoniam seq̃batur id,ut secundum unamquãq; partiũ animam diceremus.Si ergo non est inq̃t secũdum unamquãq; partium aĩa,uidelicet si aĩa non est harmonia:hac de causa postquã obscuritatem cõtemplatus est,ipsam rationem resumpsit dicens,si non est anima ratio mistionis.deinde subinfert,quid est qđ corrumpitur anima deficiente? qđ est,

ac si dicat,corrupto animali in defectione animæ nihil aliud,nisi temperationem,& harmoniá corporis,corruptú uidemus.nãq; téperata elñta nõ corrũpuntur,sed adhuc sunt.anima igitur est harmonia,siquidem corruptio animæ nihil aliud nisi corruptionem harmoniæ corporis operata est. Aristoteles igitur cum dubitauerit,non solutionem subinde tulit ueluti ea sit manifesta,& aliquo modo in superioribus dicta.solueret aũt sic ipsam,queádmodum quoq; alibi diximus.Qđ rõ mistionis,& composita(quod est idem,ac si dicat,harmonia) rõnẽ eorum,sine quibus nõ sunt,ad animam habent:non enim fieri potest,ut,si hæc non sint,ipsum sit corpus organicũ,quòd si neq; corpus organicum sit,animam ipsam in eo esse impossibile est,nõ tamen illa sunt anima,quemadmodum neq; sine lapidibus & lignis domus est.neq; tamẽ lapides,& ligna sunt domus,uelut etiã non sine aëris perspicuitate lux ipsa agit,neq; tamen lux,& perspicuitas idem sunt,eodẽ modo sic se habet in anima,& in corporis harmonia.Quid ita igitur harmonia ablata,anima quoq; ipsa tollitur, imo animæ in corpus actio tollitur?queádmodum etiam transparente aëre ablato,non ipsum lumen,sed ipsius luminis in trãsparens actio tollitur,uidelicet eorum,sine quibus esse nõ potest,rõnem ad animæ operationem harmonia habet.Rursus autem ècõuerso si defecerit anima, harmonia ipsa statim deficiet.Quare qđ ipsam continet atq; apparet, id est,quod aptata eius semper conseruauerat deficit.qđ autem ipsa anima non est harmonia,id quidem per plura ostensum est,cum uero dicimus adesse citharœdũ citharæ,chordarum dissoluta harmonia,simile est ac si ignarũ musices,aut omnino inanimatũ quodpiam citharæ adesse aliquis dicat,nõ eni ut citharœdus,& aptus ad citharam ille adest,sed ueluti,si etiam lapis adsit.non enim unquã citharœdi modo in ipsam citharam nõ aptam operatus est,queádmodum neq; anima in corpus nõ aptũ operatur.Quare magis exemplum illi,quod per animam fit,adest,quã contrarium sit.adesse enim fortasse animá corpori aliquando,etiam post exitum nihil prohibebit,non tamen quod in eo operetur admittitur, quemadmodum neq; citharœdum in cithara non apta operari conceditur.

Per accidens autem moueri (quemadmodum diximus) potest,& mouere seipsam, veluti moueri quidẽ in quo est,hoc autẽ moueri ab anima,aliter autẽ impossibile est moueri secundũ locũ ipsam.

Cum illud confutauerit,quod anima per se moueatur,quod & Democritus,& Timæus dicebant,alter quidem secũdum lineam,alter uero circulariter mouens,cũ inquam ostenderit animã per se esse imobilem,nunc dicit qđ ipsa per accidẽs motu solo locali se mouere dicitur. ex quo eni corpus ipsa mouet,& in eo est dum corpus mouetur,cum eo simul mouebitur. quare mouendo corpus in quo est,seipsam per accidẽs mouet.per se autem,& secũdum substãtiam, neq; mouetur, neq; in loco est,nãq; est incorporea.motu igitur solo locali mouere seipsam per accidens anima dicitur.nullo autem alio motu:neq; enim etsi mutatur corpus ipsa mutat,neq; auget,neq; minuit, per accidens autẽ moueri(queádmodum diximus.)Dixit enim quando contra Timæum dicebat, non autem patet causa,quare cœlum circulariter feratur.neq; enim animę substantia causa est,qđ cœlum circulariter feratur,sed per accidens.

Rectius autem dubitauerit quispiã de illa,vt quæ moueatur,in talia cũ respexerit,dicimus enim animam tristari,gaudere,confidere,timere,atq; etiã irasci,& sentire,& cogitare,hæc autem omnia motus esse videntur,vnde putauerit quispiam ipsam moueri,sed hoc non est necessarium.

Cum animam in loco per se moueri confutauerit,si nãq; mouetur inquit in loco per se, in loco est,quod si hoc est, etiam corpus,nunc igitur hoc cõfutato,quoniam maxime motibus uariatius moueri uidetur,timore enim,& ira,& aliis affectibus mutatur,nunc inquã ad hoc instantiam fecit, contexit igitur sic,quod anima eo modo moueri uideatur,anima tristatur,& gaudet,& timet,& similia,hi autem sunt motus,anima igitur mouetur.harum autem propositionum maiori quidẽ concedit,ubi timor,& ira,& reliqua,motus esse dicuntur,minori uero nequaquàm,non enim cõcedit,quod anima per se hisce affectibus patiatur,sed hoc esse utriusq; simul,nãq; sunt hi affectus in animalis anima,ex manifestis autem huic ipsi rei fidem facit,quemadmodum enim inquit texere,uel ędificare esse opera animæ non consentaneũ est dicere,at ne quidem corporis,sed animalis cũ corpore,eodem modo irasci,& timere,& similia esse animalis cũ anima dicimus,nãq; illud est animal,quod per corpus texit,& ædificat,in corpore uero per animam irascitur,& tristatur,quare si motus eius esse concedantur,non tamẽ sunt animæ per se,sed utriusq; simul,nos autem id quærimus,an ipsa per se moueatur anima,& quispiam id quæsiuerit, quomodo cogitationem utriusq;

ſimul eſſe dicat,nāq; & alia,quæ ſunt irrationalis partis animæ,quæ quidem non eſt à corpore ſeparabilis,ſed eſt animati corporis forma,ut in materia corpore exiſtens forma inſeparabilis.quod ſi per ſe eſſe non poteſt,conſequens illud eſt,ut nulla operatio eius ſolum,ſed utriuſq; ſimul dicatur: cogitare uero eſt ipſius animæ rationalis propriū,quæ quidē ſeparabilis eſt,hoc igitur quomodo utriuſq; ſimul eſt? ad hoc ergo dicimus quod anima rationalis cū extra corpus eſt,& ſeparata habitu,quē cū corpore habebat,cogitatio nō utitur,nō enim quærit,& inuenit,neq; per propoſitiōes ad concluſiones procedit,ſed purus cum ſit ītellectus abſq; inquiſitione res ipſas perfecte percipit, ut ea,quæ omnium in ſe rationes habeat,& hiſce non corpore perturbata, quādo uult,abſq; tempore occurrit.etenim corpus eſt illi ignorantiæ cauſa,quāobrem inquiſitionis, & inuentionis indiget,& quia non eſt eius uinculum ad corpus inuictum,ſed compatiens,propterea ex ipſius animę motibus in corpus, & ex corpore in animam ueſtigia trāſeunt. alia eſt igitur rei cogitatę ſpecies,& alia rei,q̄ triſtitia affecit:& in reliqs (ut dixi) in corpore ueſtigium qddā motus aīę manifeſtat,unde ipſi quoq; phyſiognomi ex aſpectu corporis animæ diſpoſitiones conīiciunt: quod autem ex affectibus corporis quidam in animam tranſeat,manifeſtum eſt, nam cum dolēte ſimul dolet, & cum lætante lætatur.quod autem corpus tali, uel tali modo diſpoſitum ſit, uel non ſit illi impedimēto, nullus eſt,qui ignoret,quod quidem impedimētum non erat ex eo in illam futurū,niſi ex habitu, quem ad corpus habet naturalis quidam conſenſus, & affectus cōmunis in aīam tranſiret ſic,quēadmodum ſi retro alicuius cerebri uentriculus patiatur,ipſam memoratiuam uirtutem pati dicimus,alio autem uentriculo patiente,ratiocinatiuam,atq; eo modo pro diſpoſitione bona,aut mala bene,aut male imaginari animam,eæq; differentes animarum aptitudines,& hoc,quod in hos,aut in illos affectus propenſæ ſint,ex eo habitu,quem ad corpus habeat,& ex cōmuni in affectiones cōſenſu aduenit.unde etiam quidam id putauerūt: quod animę uirtutes corporis temperationes ſequantur.hac igitur de cauſa cogitationem,cum ſit imperfectus ītellectus,eſſe utriuſq; ſimul dicit, at hoc minime neceſſarium eſt.

Nam ſi & quàm maxime triſtari,vel gaudere,vel cogitare motus ſunt,& vnumquodq; moueri horum,moueri autem eſt ab anima,veluti iraſci,vel timere dum cor ſic mouetur,cogitare autem, vel tale,fortaſſe autem aliud quodpiam eſt.

Non eſt inquit neceſſarium ex his,quæ dicta ſunt,ut animam moueri dicamus.quomodo autē non id neceſſarium ſit,per ea,quæ ſequūtur confirmat. nam cum prædicta per conceſſionē motus eſſe dederit,hoc enim per hoc manifeſtat dicens,nam ſi & quámaxime,pro eo quod eſt,& ſi quàm maxime concedamus.præterea ſuperius,cum dixiſſet,hæc autem omnia motus eſſe uidentur.ſed litera obſcuritatem habet,nāq; ſententiæ redditionem interlocutione uſus lōgam fecit,eſt enim dictorum redditio.Dicere autem iraſci ipſam, quod quātum ad literę cōſtructionem ſuperfluū eſt. at quoniam multa uſus eſt interlocutione,iterum ſumpto intellectu coniunctione inceptiua uſus eſt,literæ igitur ɔſtructio ſic ſe habet.Nam ſi & quāmaxime triſtari,uel gaudere, uel cogitare motus ſunt,& unūquodq; moueri dicere,iraſci ipſam,ſimiliter & quæ ſequūtur,quēadmodum enim inquit texere,& ædificare eſſe animæ non aliquis dixerit,ſed ipſius hominis cum corpore,ſic miſereri,diſcere,iraſci,& ſimilia ſunt hominis opera cum anima,quare motus hi non ſunt animę ipſius per ſe motus,ſed utriuſq; ſimul propter animā.Quod uero quæritur eſt,an:ipſa per ſe anima moueatur,ea eſt igitur literæ conſtructio:reliqua uero in interlocutione dicta ſunt, cum nāq; dixiſſet quod triſtari,& gaudere,& talia ſi ſunt motus,quomodo ſint hi motus enarrauit,iraſci enim inqt, aut timere,& ſimilia motus ab anima facti ſunt,quod autē ſint ii motus,in prōptu eſt, unus enim quiſq; ipſorum pro motu cordis ſit,nāq; in iracūdia circa cor ſanguis feruet,& in ſuperficie diſpergitur,in timore uero in profundo ɔtrahitur,& ipſum cor hoc uel illo modo mouetur:hæc autē talia non ſolum fiunt ab anima quodam motu,uerū etiam ipſa cogitationis actio non ſine tali quodam motu ſit,cerebro ſcilicet aut alia quadam parte motum quēdam ferente, hinc illud eſt, quod eorum qui cogitant,uultus mutabiliores fiunt.

Horum vero contingunt alia quidem ſecundum lationem quibuſdā motis,alia vero ſecundum alterationem, qualia vero & quomodo,alia ratio eſt. dicere autem iraſci animam,ſimile eſt ac ſi quiſpiam dicat animam texere,vel ædificare,melius enim fortaſſe eſt, non dicere animam miſereri, vel diſcere,vel cogitare,ſed hominem anima.

Horũ.f.qđ irafcaf,qđ timeat,qđ cogitet,& reliquorũ alia qđẽ ɔtingũt ẽm lationẽ,quibufdã mõ tis,alia uero fecũdum alterationẽ,aliq autẽ & ẽm lationẽ,& ẽm alterationẽ,nãq; illud,quod irafcaẽ ex ambobus accidit:cor enim palpitat, qui motus eft in loco,& fanguis circa cor alteratur, nã iram, fanguinis circa cor effe feruorem dicimus,feruor autem eft alteratio: mifereri autem, uel timere, uel gaudere alterationes quædam funt,at etiam fortaffe fufione quadam, uel contractione fangui nis facta motus in loco funt:cogitare uero eft alteratio quædam & cerebri,& alii corporis,maxime autem faciei,fed ipfa qdem fequitur eam,quæ eft ,ppter cerebrum,& ut caufa quædam eft, unde quoq; qualis eft cerebri temperatio,tales/uel tales actiones circa rõcinatiuas facit:cogitare autẽ in/ quit,uel tale fit,uel aliud fortaffe quodpiam,uel tal,euidelicet motus in loco:hoc enim motu dice bat moueri cor palpitans in ira,uel fi nõ hoc eft cogitare,faltem tale quodpiam eft,uidelicet altera/ tio.Quales autẽ & quomodo contingant, alterius rationis eft, hoc eft quales uniufcuiufq; partis, aut operis animæ fint motus,ueluti quales in irafcendo motus accidunt, utrum fecũdum locum, an fecundum alterationem,fimiliter & in triftando,& in gaudẽdo,& in cogitãdo,uel quomodo hi motus fiunt,ideft qua parte cum animę affectu compofita, ueluti epate cum ɔcupifcibili, cum ira/ fcibili uero corde,& alia quadam parte cum alio quodam, & quali modo hoc moueatur,uidelicet quid ab affectus animalis motu patiẽs:alterius qdem rationis talia funt. funt autẽ fiue de partibus animalium:fiue etiam de animalium motu tractatus.

Hoc autẽ nõ vt in illa motu exiftẽte fed aliquãdo quidẽ vfq; ad illã,aliquãdo vero ab illa,veluti fenfus quidẽ ex hifce,reminifcentia autẽ ab illa,ad eos,qui funt in fenforijs motus,vel mãfiones.

Quoniam dixit oportere dicere,quod anima mouetur homo,non fic inquit ego dixi,ueluti in ea per fe motus exiftat, uerum quod aliquãdo quidem ufq; ad illam à corpore fumpto principio motus fit,ueluti fe habet in fenfu,nãq; à fenfibilibus principiũ fit ad fenforia. Deinde hifce fepara/ tis,uel comparatis,& ex fenfibilibus talem quẽdam affectum patientibus in potentiam tranfit affe/ ctus,& fic in ipfam animam,quæ ipfum affectum,& cognofcit,& iudicat.fit autem quidam motus talis etiam circa ea,quæ carẽt anima:quæ igitur corpora leuia funt,& polita,fi quibufdam directe, ftantia ponantur,hifce,qui funt in uifibilibus colores,illuftrantur,ut fpecula,fed minime fentiunt, quia in fe non habent animã,quæ ipfam affectionem diiudicet,at ea fentiunt,quęcũq; habent ani/ mam,in quã is,qui fit in ipfis affectus,remittitur:in eo igitur quod ufq; ad illam per fenfus affectus diftribuitur,anima moueri dicimus,nãq; per animã fentit animal,& affectus ufq; ad ipfam tran/ fit.Reminifcentia fanẽ fumpto principio ab anima in corpus uiuũ factum defcendit, reminifcentes enim timoris alicuius nobis facti fæpenumero palluimus,& memores facti nauigationis naufeaui mus.at quomodo in reminifcentia motum ab anima,fumere principium dicimus?non ut illa ipfa per fe reminifcẽte,fed ut per fenfus motum ab fenfibilibus fumpto principio eoufq;, ubi fenfitiua, & iudicatiua potẽtia eft,pertranfiffe dicimus,hic autem fpiritus eft.fic & i reminifcentia dicimus, quod à fpiritu,in quo anima eft,principium motus eius,qui in reminifcentia fit,factum eft,ẽcõuer fo in fenfu,in quod enim fenfus definit,ab eo reminifcẽtię eft principiũ, nãq; reminifcentia cuiufdã phantafmatis eft inuentio, quod aliquãdo in fpiritu fuit, in hoc enim inafcuntur phantafmata,in quo anima fenfitiua fedet,ab his monumentis,quæ funt i fpiritu,i quo eft aĩa,quæ phãtafmata uo camus,quæ monumenta ex apprehenfionibus,quæ per fenfus fiunt,obtinuit,ab his(inquãm) mo tuum ẽm reminifcentiam principium fit:obiectam igitur rurfus phantafmati,quod prius habuit hoc eft impßiõe prius in fpiritu inata reminifcit,& per ,ppriũ fenforium fentit, fic igitur fenforio corpus difponitur. ueluti fenfus quidem ex hifce:ut in exemplo ratio eft ex his, ut ex fenfibilibus principium motus habet:reminifcentia autẽ ab illa ad eos,qui funt fenforii motus,uel manfiones, hoc autem,uel manfiones adpofuit,quoniã non,ueluti cum fentimus, ipfa fenforia moueri neceffe eft,deinde fic in animam ipfum affectũ tranfire:& fic quando reminifcimur,penitus oportet illud ipfum fenforium moueri,per quod prius ipfum motum habuimus. Verum fit aliquãdo hoc ipm, uelut ex his,quæ propofuimus,exemplis,aliquando uero non,neq; enim omnino cum reminifcen tia fenforium mouebitur:fed illis requiefcentibus tantum cogitãtes reminifcimur, nãq; per ipfum fenforium nobis ipfa apprehenfio facta fuit.

Intellectus autem videtur innafci fubftãtia quędam exiftens & nõ corrumpi,maxime enim cor/ rumperetur ab ea,quæ fit in fenectute,offufcatione.

Poftq̃

Poſtquàm demonſtrauit animam per ſe localiter non moueri,inueſtigauitq; quid ita maxime ira,& cupiditas,& timor,& ſimilia motus animæ alteratiui,uiderentur, declaruitq; quod, & ſi id concederetur,motus eſſe,utriuſq; tamen ſimul ſunt,non ipſius animæ,conſequenter in intellectũ ſermonem traducit,& eum penitus eſſe immortalem dicit,quapropter Alexander,cũ quæ ab Ariſtotele perſpicue dicta ſunt reſpicere non poſſet,intellectum ipſum uelit nolit,eſſe immortalem fatetur.non enim aliam expoſitionem inuenit,quæ literę quadraret ſcopoq; ſuo conſonaret,multis quidem in locis quadam cum dubitatione ſermonem facit,et hic intellectum eſſe immortalem dicere Ariſtotelem fatetur.paulum autem progreſſus in continuatione ſermonis incidens in literam quę dicit,intellectus fortaſſe eſt diuinumq;,& impatibile,de diuino(inquit)ĩtellectu ſermo eſt,at ſi de diuino dicebat,quid ita,fortaſſe appoſuit? uerum id diligentius,cum eo peruenerimus,cognoſcemus,ille etiam idem Alexander de anima librum proprium ſcripſit,in quo ait.quòd cum duo ſint in exiſtentibus,materia ſcilicet & forma,unumquodq; ſecundũ propriam formam deſignatur, materia enim communiter omnibus ſubſternitur,quare & homo ipſe ſecundum propriam formã deſignatur,ea autem forma eſt anima rationalis,uerũtamen unaquæq; forma coruptibilis eſt,& inſeparabilis à materia,igiť aïa quoq; rõnalis.enimuero nos dicimus qđ aliæ formę ſunt à materia ſeparabiles,aliæ uero nõ,aïamq; ipſam rõnalẽ ſeparabilẽ eẽ,quãobrẽ Ariſto. cũ animã diffiniuiſſet,nõ animam rationalem priuatim,ſed ſimpliciter omnem animã diffiniuit,& cũ dixiſſet eſſe entelechiã corporis naturalis inſtrumentalis potentia uitam habentis,addidit,manifeſtũ eſt autem quomodo entelechia,utrum uelut inſeparabilis,an ut nauiculator à naue,quare formã quoq; eſſe ſeparabilẽ ſciuit.Quod autem hoc in loco manifeſte de intellectu humano diſſerat,ex ipſa dictione cõſydera, intellectus autem inquit uidetur innaſci ſubſtantia quędam exiſtens,& nõ corrumpi.ſed quis diuinum in nobis intellectum ſubſtantialiter innaſci ſuſpicatus fuerit? quis etiam corruptibilem diuinum eſſe intellectum coniectabit? uidetur enim inquit non corrumpi, deinde etiam manifeſtius, maxime enim inquit corrumperetur ab ea;quæ fit in ſenectute offuſcatione,quid autem clarius quàm,quod hic ſermo de noſtro intellectu eſt? paulo autem progreſſus nomen intellectus in animæ nomen tranſumit.quare ſenectus inquit eſt,non quod anima quicquàm paſſa ſit,ſed quia id, in quo eſt,aliquid paſſum eſt,uelut in morbis,atq; ebrietatibus fieri ſolet.quãobrem illi quidem calumniantur , quicũq; Ariſtotelem rationalem animam mortalem dicere ſuſpicantur,hoc autem in loco Alexander bene q̃rit,quomodo hæc ipſa cũ prędictis cõueniant,nãq; ſermo in ſuperioribus de hoc erat,an oporteat uocare motus ipſas animæ operationes,uidelicet iram,& timorem,& quæ ſunt his ſimilia,non autem,an incorruptibilia,an corruptibilia ſint,quomodo igitur ueluti facta de illis inquiſitione,de intellectu infert hoc,quod intellectus uidetur innaſci ſubſtantia quædam exiſtens,& non corrumpi? ſed hoc dubium bene ſoluit,de illis enim inquit potẽtia demõſtrauit, an corruptibilia ſint,hoc oſtenſo quod hæ quæ propriæ eius operationes uidentur,in anima ſunt utriuſq; ſimul,quemadmodũ texere eſt in corpore ſimul utriuſq;,potentia igitur eas operationes corruptibiles eſſe demonſtrauit,in ſuperioribus enim illud præſumptum eſt,quod ſi operationũ, aut affectuum animæ aliquid eſt proprium,eam eẽ ſeparabilem probabile eſt,ſin minime id conceditur,nullo modo.Quoniam igitur potentiæ illæ nullam habent ab corpore actionẽ ſeparabilẽ, propterea ab ipſo corpore inſeparabiles erunt,uelut igitur hoc oſtenſum ſit,id conſequenter de intellectu quærit,quomodo ſe habeat.Hoc igitur dicit,quod intellectus nõ ſic ſe habere uidetur,ſed ſubſtantia quædam eſſe,& innaſci,& non corrumpi,& dictionẽ ipſam cõſydera,nã dicendo innaſci uidetur,maxime quidem ſignificabat eum nõ ex corporis aut animę ad hoc ipſum complexione, germinare,ſed extrinſecus accedere,quemadmodũ in his,quæ ſequuntur,ait.Deinde quoniam in corpore accidentia quoq; innaſci uidentur,& ſi non extrinſecus,oppoſuit,ſubſtantia quædam exiſtens:at etiam quia formæ in materia innaſcuntur,& ſubſtãtia ſunt,coruptibiles tamẽ,adiecit & nõ corrũpi. deinde huiuſce rei fidem ſtudioſe addidit,maxime enim corrmperetur ab ea,quæ fit in ſenectute offuſcatione,nam ſi ab corpore inſeparabilis eſſet,& uigere,& corrumpi cũ eo oporteret, ſiquidem in eo ſubſiſtentiam haberet.talia igitur ſunt ira,& cupiditas,& ea,quæ ſunt ex his,intellectus autem è conuerſo ſe habet,nam florente quidem corpore,uix apparẽs,at etiã fortaſſe nõ eſt, ſeneſcente uero,augetur,nãq; prudentiam,& ueræ gloriæ bonum Plato dicit,ſi ſic in profundam ſenectutem adueniat.

Nunc autem quemadmodum in ſenſorijs accidit,ſi enim acciperet ſenex oculum talẽ,uideret quidem ſicut & iuuenis.

Dubium quoddam iuste ad ea, quæ dicta sunt habens dubitationem, dissoluit Aristoteles. Dixit enim, si qspiam intellectum cum senectute nō contabesceret ostendat, ipsum esse incorruptibilem demōstrat, qđ si cum corpore contabescere eum, pbet, corruptibilem igitur in ultima senectute, & delirātibus magis corruptus uidet. ualde enim senescentes delirant, hoc autē & in ebrietatibus, & aliis quibusdā affectibus, ueluti melācholiis, atq; etiam in somnis patitur. Quòd si corporis motibus alteratur, ob eam rē corruptibilis esse uidet. hoc igitur dubiū soluēs ait, idem in dictis affectibus intellectui contingere, quod potētiæ sensitiuæ quando sensoria læsa sunt. nam quēadmodum sensoriis læsis non qdem sentimus, attamen iam sensitiua potentia minime lædit. non enī cū huiusce crassi corporis instrumentis ea, quæ illis utitur potentia simul patitur. qđ enim non ipsa potentia patiatur, sed ipsum sensorium laboret, id patet ex iis, quæ supposuimus, diximus enim q̄ si qualis est oculus iuuenis, oculum senex acceperit, quēadmodū iuuenis operabitur senex, quod quidem nō esset si potentia læderet, exemplū autem in suffusionibus humorū manifestius est, nā si humorem illū deiiciamus illi uident. qui eo humore impediti prius non uidebāt. id autem propterea accidit, quod in hoc corpore sensitiua potētia non habet esse, sed in spiritu. sic etiam si oculus senum ex tēpore debilitatus sit, & tunicule crassiores factæ, & tāquā sordescentes, nō sic trāsluceant. Si præterea intus humor non trāsluceat, atq; etiam aridiores ex tempore, & ,ppè congelatę, neq; possint affectus sensibiles in spiritum uisiuum trāsferre, id accidit, qđ ipsi senes minus uidēt, sed non quod ipsa uisiua potentia aliquid patiat. Quòd si in sensibus, in qbus id minus esse oportebat, hæc accidit, multo magis in intellectu. quare solū corpus, cum quid ipsis itellectus operationibus passum sit, impediri dicimus, non aliter, quàm si alicuius operationis studiosæ causa, ueluti lectionis, uel cōtemplationis, uel orationis uicinū uicinus nugator expellat. quòd si ille cum erga studiosum respectum omnino nō habeat, eū tñ de propinquitate loci expellit, quanto magis intellectum: cum erga ipm corpus respectū habeat pp naturale uiculū? nō enim uinculū hoc omnino simul est impatibile. Qđ si quispiam dicat, unde igitur id patet, quod intellectus, quēadmodū sensus non in aliquo, p̄ter hoc corpus esse habeat? uelut in spiritu? nōdum enim in iis, quę dicta sunt, hoc manifestū est, hoc autem tātum patuit, quod in hoc non habet eē, ueluti sensus. Dico igit qđ hoc ipsum deinceps Phs demonstrabit, esse. s. ipsum ab omni corpore separabilem, neq; ueluti sensus ab hoc solum. non autem difficile est, & hoc prius explicare in aliquo eorum, quæ dicit. qđ enī quemadmodum sensus in alio, non habeat esse intellectus, inde patet. nam sensus ab sensibilibus maioribus p̄occupati, minora suscipere non possunt, uelut auditus si maiorem strepitum audiuerit, minorem nequaquā perceperit, & lingua si acerrimum succum gustauerit, inferiorem non senserit, atq; in aliis similiter. hoc autem, quoniam proprie sensuum instrumētūq;, & uehiculū, spiritum dico, corpus est. Ipse uero intellectus nimirum incorporeę itelligens, nulloq; corpore in intelligentiam utens quanto maiora intelligibilia suscipit, tāto magis minora capit. atq; aliter: nulla potentia, quæ in subiecto corpore esse habeat, ipsa ad se conuertere potest, nam & corpus ad seipsum, in quo est, pariter conuertetur, nullum autem corpus sibiipsi cohærere potest, neq; etiam alii nisi per superficiem, sed intellectus ipse ad se conuertitur, seq; ipsum uidet, ipse de se quærit, & ipse inuenit, substātia igitur à corpore separabilis, neq; aliter quicquā aut contra ipsum, aut contra subiectū suum pugnat, anima uero corpori repugnat cū sic, affectus corde feras. nihil autem subiectum suū corrumpit: omnia enim esse cupiunt, at ipsa uirtute corpus consumit, nō igitur in ipso esse habet, etsi aliquando separatim operatur, quando in diuinorum contemplatione est, illud patet, quod etiam substantiam separabilem tenet.

Quare senectus est, nō qđ aīa patiat aliquid, sed illud in quo est, vt in ebrietatibus, & morbis.

Senectus, uidelicet non illud interpretamur, quod ita dicebat, maxime enim corrumperetur ab ea, quæ fit in senectute offuscatione, & quod nunc ait, sed ibi quidem moderatum, hic uero, quod multum, & ultimum est, ut enim dixi quod, quia non est omnino aduersum corpus sine respectu, noster intellectus proportione corporis īdiget, ut cum proportionabiliter se habeat, nihil turbetur, illi uero in flore ætatis aduersus operatiōes proprias per affectuum perturbationem immoderatū fit, & in ultima senectute quia mortificatum idēq; materię ,pximum est, idē igitur (inquit) patitur, intellectus in senectute, quod in ebietatibus, & morbis, nā uelut ibi propter corporis intemperiem ad operationes impeditur, quod patet, quia cum de tali statu corpus ipsum discesserit, iterum reluget, sic in senectute etiam accidit. quod autem post ebrietatis liberationem, non alius quispiam innascitur intellectus, quasi rursus ex temperamento fiat, perspicuum est, quòd cum primo est unus,

& idem numero,nam si simpliciter ex temperatione fit,ut album,non quidem est unus,& idē numero,nam neq; ante,& post ebrietatem una,& eadē numero temperatio est,sed certe specie,quod autem numero intellectus est unus,& idem patet ex eo,quod post ebrietatē quæ prius facta sunt recordatur,nam si,ueluti quispiam putauerit,idem specie,nō autem numero esset,non quidē quæ facta essent ante ebrietatem,ea recordaretur,sed illi altera disciplina opus esset,simile enim inquit Aristoteles hoc est,ac si quidem hoc ego,tu uero illud sentires,neq; enim quoniā sunt eędem specie animæ,quæ iam ego scio,alius scit,quod si unus & idem numero est,& ante,& post ebrietatē,nihil quidem aliud,nisi operationes ebrietas impediebat,at illud sciendum est,quod illi qui omnem animam esse separabilem uolūt,has ipsas dictiunculas assumunt,ecce enim dixit (inquiunt) quod anima non patitur aliquid,sed ipsum corpus,in quo est,uerū nos dicimus quod illi non de omni anima sed de intellectu sermo est,& hunc ipsum animam uocat,quod & ex prędictis,& ex his,quę postea infert manifestum est,namq; adhuc de intellectu sermonem facit,sic enim cū dixisset,quod intellectus ipse non est qui patiatur,uerum corpus in quo est,quare inquit neq; intelligere,neq; cōtemplari ipsum corrumpitur,sed alio quodam corrupto marcescit,nam si intellectus nō patiatur, operationes eius uidelicet intelligere,& contemplari minime patiuntur,de omni igitur nō est eius sermo,est enim ridiculum putare eum de omni dicere,cum & eius substantiæ,quæ à corporibus separabilis est,& eius,quæ non separatur,nobis regulas manifeste tradiderit.& nota quod quem intellectum dixit incorruptibilem esse,& foris aduenire corpori,hūc ipsum statim animam uocauit, ut intelligeres quod non aliter aliquem dixit esse intellectum præter animam rationalem extrinsecus nobis aduenientem,sed animam ipsam rationalem intellectum uocauit,manifestissime igit̃ per hæc animam nostram esse imortalem Aristoteles demonstrauit.corpori autem rationalis aīa innascitur post animalis perfecti figuram aliis animæ uirtutibus,uidelicet rationibus ipsis simul coniectis cum spermate,quod si quispiam ad omnem animam hoc esse dictum accipiat,uidelicet quare senectus est,non quod anima passa sit,accipiemus (ut Alexandro etiā uidetur) omnem quidem aīam per se impatibilē esse,sed irrationalē quidem,quia neq; illi est,ut per se sit,sed ut cum spiritu corrumpatur,intellectum uero,cū sit substantia separabilis,esse impartibilem.

Et ipsum intelligere, & ipsum contemplari marcescit alio quodam intus corrupto,ipsum autem impatibile est.

Alio quodā intus uidelicet spiritu,nam quia nō in solis delirationibus intelligere ipsum marcessere accidit,uerum etiam in flore ætatis sæpenumero intellectionū desipientias,& hebetudines fieri contingit,hoc inquit fieri cū spiritale corpus,in quo animales potentię primū relucent,aliquā corruptionē ferat,cū q; non adsit symmetria,cū ipsam illectionem turbet,atq; impediat.

Cogitare vero, & amare, & odisse non sunt illius affectus,verum huius habentis illud,quatenus illud habet,quapropter & hoc corrupto neq; recordatur,neq; amat,non enim illius erat, sed ipsius communis,quod perijt.

Quod ipsum cogitare per se non sit ipsius animę,sed utriusq; simul iam diximus,non enim (inquit) ut ipsum intelligere,& contēplari proprii sunt ipsius intellectus affectus (affectus enim quēadmodum sæpe diximus,operatiões uocat) sic & cogitare,& amare,& odisse,sed huiusce,uidelicet animalis habentis animam,quatenus illud habeat,hoc est inquātum habeat animam,nā ueluti (ut sæpius dictū est) ipsum texere est animalis in corpore,sic animalis ea sunt in anima.Quare inquit animali corrupto nihil horum anima habebit,quæ ipsi ex complexione corporis aduenerant,cōsequenter autem neq; recordari ipsam dicit,quia ibi quidem cognitio eius præterfluens est,& in detentionem cognitorum memoria indiget,at post ipsum corpus,ut ea,quæ cognitionem statem habet,& ipsis rebus occurrit,memoria non eget,eorum enim,quæ quondam cognita sunt,memoria est.tunc enim neq; prius,neq; posterius habet cognitio,nisi per contemplationum repręsentationem,sed semper instituta est,& in præsens inquirit.

Intellectus autem fortasse diuinius quiddam, & impatibile est.quod igitur impossibile est moueri animam,manifestum est ex hoc,quod si omnino non mouetur,patet quod neq; à se.

Non ut dubitans illud fortasse adposuit,sed ut qui nondum perfecte id demonstrauit, quòd si & hic,& superius,atq; etiam magis inferius uult ipsum intellectum esse imortalem,hoc est ipsam

per se rationalem animam, dementes ideo sunt, qui putant ipsum opinari eam esse mortalem: manifestum est enim qđ non de diuino intellectu, uerum de nostra rationali anima sermonem facit: neq; enim ille in corpore, neq; ab iis, quæ dicta sunt, impeditur, ab iis enim, quę simul cognita sunt nobis de eo apertum est, illius autem sunt ignobiles operationes, alioqui si de diuino itellectu eēt illi sermo, non quidem illud fortasse apposuisset ueluti dubitans, an ille sit impartibilis, atq; diuinus, ex ostensis autem summatim sermonem colligens inquit. quòd si id ostensum est, quod aīa non mouetur, id etiam patet, qđ si nō omnino mouetur, neq; etiam per se mouebitur.

Multo vero dictorum stultißimum est, dicere numerum esse animam mouentem seipsum, sunt enim ipsis impoßibilia, prima quidē, quę ex motu accidūt, propria autē, quia dicūt ipsam numerū.

Qđ propositum est, Xenocratis, qui fuit successor Platonis, opinionem de anima refellit, q animam numerum seipm mouentem dicebat esse, manifestumq; est, quòd si ita dicebat, quēadmodum apparet, facile redargui potest hic sermo. Sed (quod etiam in superioribus dixi) nullus qdem etiam qui summo digito disciplinas gustauerit, talia dixerit. dicebat igitur numerū animam propter spērum plenitudinem esse animam, & ex rationibus rationem, omniū nāq; rationum (sicuti diximus) in seipsa rationes habet. numeros autem uocabant species, ut dictum est. ipse etiam deinceps ait. & bene quidem dicentes animam spērum locum, ea de causa igitur numerū: seipsum uero mouentem dicit, quia ipsa per se uiuit. non enim est illi ab alio uita, est enim ipsa sponte uiuēs. At Aristo. quemadmodum consueuit, quod apparet rationis, id arguit. cōmunia igitur dicit esse, eas opiniones, quas cum hac ipsa redarguit. nam quæcūq; sequuntur absurda eos, qui dicūt animam moueri, eadem hunc ipsum sequentur, qui eam numerum seipsum mouentem dicit: ppria autem, quatenus dicit esse animam numerum, ad quod nunc instat.

Quo nanq; modo oportet intelligere vnitatem motam? & à quo? & quomodo impartibilem, & indifferentem existentem? si enim est motiua, & mobilis, differre oportet.

Videtur idem dicere cum bis quomodo dixerit. at non sic est, uerum primum est modi ipsius cognitionis. uidelicet quis est modus intellectionis, qui nos in unitatis motę cognitionem inducere potest. neq; enim sensu, neq; cogitatione hoc ipsum cognosci potest. id autem, quod dicit, à quo, id est utrum ipsa sibi motus est causa, an aliæ alia unitas? illud uero secūdum, quomodo est modi ipsius motus, utrum. s. per lineam moueatur, an circulariter? an alio quodam modo, ueluti p mutationem, aut augumētum, & corruptionem. quomodo igitur unitatem motam intelligere oportet? nam si omnis numerus est unitatum multitudo, id quidem necesse est, ut moto numero unitates moueantur, quomodo igitur unitas mouetur? nam si à seipsa mouetur, qa mouens inquantum mouet aliud quoddam est ab eo, qđ mouetur: necesse est & ipsam unitatem à seipsa differre, nāq; aliud quoddam est inquātum mouet, & aliud inquantū mouetur, quæ igitur est ipsius ab se unitatis differentia, cum sit indifferens & impartibilis? q si aliæ mouent, atq; aliæ mouentur quænam inter unitatem, & unitatem differētia est? oportet enim quod mouens, inquātum mouet ab eo, quod mouetur, differat. siquidem potentia quadam naturæ: hoc est aptum mouere, illud uero moueri, atq; aliter. Si aliæ unitates mouent, aliæ mouentur, quæ quidem mouent, eę erunt anima, non quæ mouentur. quēadmodum enim in animali, quod mouet est anima, quod mouetur corpus: sic etiam quia unitatum aliæ mouent, aliæ mouentur, quæ mouent qdem, eę erunt aīa, q si hoc est, non qdem numerus seipsum mouens erit anima, sed solum mouens.

Præterea autem, quia dicunt motam lineam superficiem facere, punctum vero lineam, ipsi ēt vnitatum motus lineę erunt, punctus enim vnitas est positionem habens, numerus autem animæ iam alicubi est, & positionem habet.

Aliud argumētum. in hoc autem loco ipsos deridet. hoc inqt ex geometria uidetur, quod punctus fluens lineam facit, linea uero itidem fluens superficiem, q si hoc est, ipsi animæ motus, cum sint unitatum motus, lineæ erunt ira, et cupiditas, & reliqua. nam, inqt, unitas nulla alia in re à pūcto differt, nisi quod qdem alicubi pūctus iacet, in linea enim, unitas uero nō est ex his, quæ positionem habent, nihil igitur aliud est unitas, quā punctus sine positione, punctus uero unitas cum positione. qui igitur numerum esse animam dicunt, ii in corpore eam esse fatent. quare numeri

unitates

unitates alicubi iacent,in corpore enim sunt.igitur unitates ipsę positionem habentes pūcta sunt, igitur ea cum mouentur,lineas faciunt.

Prętereà autem a numero si auferat aliquis numerum,vel vnitatē, relinquitur alius numerus, plantę autem,& animalium multa diuisa viuunt,& videntur eandem animam habere specie.

Tertium hoc est epicherema,si inquit ab numero unitatem detraho,uelut ab decem,alium nu/merum facio nouem,alium quidem parem,alium uero imparem.similiter etiam si numerū aufe/ramus,qui relinquit,specie alius fit,nam si ab sexdecim, qui tetragonus est auferamus tria, nō am/plius tetragonus est,q̄ si etiam Gnomona à tetragono aufero,ueluti septē à sexdecim tetragonus nouem fit,non igitur est idem specie,sed genere. Quòd si(inquit) à plāta ramum absciderís,eadem & in relicta planta,& in ipso ramo anima manet: similiterq; in diuisis animalibus hoc ipsum con/tingit :diuisa enim ad quoddam tempus animæ operationem habere uidentur, sensum,inquā,& motum,non igitur numerus est anima.in plantis autem ratio manifesta est.q̄ si non in omnibus partibus rationem acceperis,in aliis animalibus uera est,q̄busdam enim partibus amputatis eadē manet anima,quod etsi non omnino in animatis ratio uera est, attamen in quibusdam esse uerum argumentum sanum demonstrat.

Videbitur autē nihil differre vnitates dicere,vel corpuscula parua,etenim ex Democriti sphę rulis si fiant puncta,solum autē maneat quantitas,erit quiddam in ipso,aliud qdem mouens,aliud ve ro motum,sicut in magnitudine,non enim quia magnitudine differāt, aut paruitate,hoc accidit,quod dictum est,sed quia quantum est,quocirca necesse est esse aliquod mouens ipsas vnitates,si autem in animali,mouens anima est,& in numero,quare nō mouens,& motū anima est,verū mouēs solū.

Xenocratis opinionē in opionē Democriti ɔtrahere uult,ille enī de sphæricis atomis aīam cōsta re dicebat,si igitur inqt atomorum magnitudinem quispiam auferat,pūcta erunt,unde eadem ab/surda utrisq; consequentia erunt.nihil autem suppositionem Democriti lædit, si atomorum con/tinuum auferamus,neq; enim quia continua corpora essent,ea moueri dicebat,sed propter ipsorū multitudinem in impulsione mutua,sic etiam Xenocrates nō, quia supponeret impartibilia ea,de quibus anima constabat,dico autē unitates, ideo ipsas moueri dicebat. Verum quod erat quātum id,quod erat ex ipsis scilicet numerus,in hoc igitur conueniunt. inquātum moueri ipsam dicebāt, alter quidem atomos,alter uero numerum, sequitur necessario utrūq; hoc dicere, alia quidē siue atomorum,siue numerorum moueri,alia uero mouere.ab ipso autem in septimo,& octauo physi ces demonstratum est, quod idem inquantum idem & mouere, & moueri impossibile est,neq; in continuo,neq; in diuiso,hæc autem cōsequitur hoc, quod uterq; ipsorum animam sese mouentē diuisum quantum facit.Quapropter si atomorum,& numerorum alii quidem mouent,alii uero mouentur,erit quidem tota congregatio sese mouens,quēadmodum etiam totum animal sese mo ueri dicitur,sed hoc quidē moto,illo uero mouēte,ut igitur in animali mouens est anima,& non motum,sic & in animæ numero,non omnis numerus erit anima,sed eæ, quæ mouent unitates,si/militer & in sphæricis atomis,eæ,quæ mouent,atomi animæ erunt, sic igitur in eandem opinionē Democritus,& Xenocrates conferuntur,& ideo quæcūq; absurda Democriti opinionem sequi de monstrauimus,eadē Xenocratis opinionem sequentur. at fortasse quispiam diceret haud illud esse uerum,quod omnino Democriti,& Xenocratis opinio in idem conueniat,non enim animam quā tum diuisum Democritus simpliciter faciebat,ut Xenocrates,atq; ideo supponebat animā esse non ex quibuslibet atomis,uerū de sphæricis, ut motus causam ipsam traderet:non igitur utrasq; opi/niones in idem simpliciter adducit.

Accidit autem quomodo vnitatem hanc esse? oportet enim esse ipsius differentiam ad alias, puncti autem vnici quę nam differentia est pręterquam positio?

Vnitatem dixit,pro ex unitatibus,si igitur inquit anima est unitas,uel ex unitatibus : id patet quod unitates ex qbus anima constat,oportebit differre ab aliis unitatibus, quę non faciūt animas, non enim simpliciter omnes unitates,aut hæ,ex quibus anima cōstat, ipsæ sunt animæ factiuę,sed hæ mouentes solum.quę nam igitur unitatis ad unitatem differentia est? non hoc quidem potest intelligi,nisi quantum aliæ quidem ipsarum positionem habēt,aliæ uero non. uerum omnes uni/

tates,ex quibus numerus est,idest anima,positionem habent,in corpore enim sunt, quæ igitur ipsarum differentia est? esse autem differētiam hac de causa oportebat,ut aliæ quidem moueāt,aliæ uero moueantur,quod quidem fieri non potest,non contingit igitur quod numerus, aut unitas anima sit.pulchre autem dixit puncti unici,nam si unitas accepta positione punctus fit,& unitates sunt ex qbus anima est in corpore,id sequitur,quod erunt puncta,quia autē non simpliciter pūcta dicebant,sed unitates,& ipse hęc esse punctos ostendit,ideo puncta unica merito dixit.

Si quidem igitur sunt diuersæ quæ in corpore sunt vnitates,vel puncta,in eodem erunt vnitates,occupabit enim locum puncti.

Adhuc contra Xenocratem sermo demōstrat,quod unitates ex qbus anima cōstat puncta sunt, quoniā punctus est unitas sine positione,sed unitates animæ positionem habent,nāq; sunt in corpore,qua de causa puncta sunt:similiter puncta sunt unitates positionem habētes,quod si puncta sunt unitates,& unitates puncta,in toto autem corpore sunt puncta,utrum unitates quæ faciunt animam,siue puncta cum punctis siue unitatibus,quæ sunt in corpore,in quo est anima,sunt eædem, an diuersæ? quod si aliæ sunt unitates animæ ab unitatibus corporis,quando anima ipsa fit in corpore,puncta animæ cū punctis corporis cohærent,punctus autem puncto cohærens unū punctū facit,nam si impartibile cū impartibili componatur,fit impartibile.quod si unum animæ punctum alii corporis puncto cohæret,& nihil magis ex ambobus fit,quid prohibet plures animæ pūctos eidē corporis puncto cohærere? nāq; infinita impartibilia composita magnitudinem minime faciunt, quare fieri id potest,ut omnia animæ puncta uni corporis puncto cohæreant. quæcūq; autē pūcta cohærebunt,ea punctum unū facient.quare in pūcto suiipsius erit animatum corpus,inquantum omnia animæ pūcta cohæserunt,neq; aliquod impossibile suppositio ipsa habet,nā si numerus est anima,quod idem est,ac si diceremus,punctorum distinctorum cumulus, accidit autem quod infinita puncta uni,& eidem puncto cohæreant,ut centrum circuli,in quod linearum circūductarū termini conducuntur:cōtingens erit etiam quod omnia puncta ex quibus anima constat,uni puncto corporis cohæreant,illud autem contingens est cuius,cum non sit necessariū,sed positū,nihil euenit impossibile,at uero si numerus est anima quod est,ac si dicam,multitudo punctorum,continget,utiq; quod omnes puncti uni corporis puncto,actu quidem distincti cohęreant,hoc autem sequitur quod in puncto uno corpus animatum est,quod quidem fieri nō potest,nāq; totū uiuit, & animatū est,non igitur est anima numerus,hanc enim suppositionem hoc absurdum secutū est, atq; aliter id acciderit,quod anima sit unus punctus,licet etiam quispiam nō hoc supposuerit,omnia animę puncta uni corporis puncto cohærere,sed unum animale punctum uni corporali puncto cohærere.at neq; sic absurdum hic sermo effugiet,nā sic etiam necesse est non idipsum totum corpus animatum esse,sed in quibusdam in se punctis,omnino autem neq; ipsum esse animatū corpus,omnino autem puncta,non corpus,quare animales pūcti sunt in corporis punctis,non autem corpus,& pūcta,quæ sunt in eo,sunt idem,quēadmodum neq; est idem dicere terminum,& terminatū.nullum est igitur animatū corpus,quod si animæ puncta eadem sint cū pūctis corporis,omne autem corpus pūcta habeat,id sequitur quod omne corpus animatum sit siquidem igitur unitates quæ sunt in corpore diuersæ sunt & puncta,unitates,& puncta de eodem dicit uidelicet de punctis corporis:dixit enim qđ puncta sunt unitates habentes positionem,si igitur (inquit) unitates, siue puncta,quæ sunt in corpore,diuersæ sunt ab unitatibus,siue pūctis animę,locum puncti unitas occupabit,unitas uidelicet animæ locum puncti corporis occupabit,cōmunius autem locū puncti dixit.quia quod est indiuisibile,non est in loco,sed dixisse potest animalis pūcti locum, ipsum, quod est in corpore punctum.

Atqui quid ꝓhibebit in eodē esse si duo & nfinita sint? quorū eni locus indiuisibilis est,et ipsa.

Habet suppositio qđ consentaneum est,nam si duo puncta cōuenerunt ex necessitate,unde pūcta animæ,quæ sunt in corpore,omnino cum punctis corporis cohæreāt,quid prohibet,& plura, & omnia in idem conuenisse? Quare uel in uno pūcto corporis animatum erit ipsum animal,uel omnia animæ puncta uni corporis pūcto cohęrebūt,uel in unoquoq; eorum,quæ sunt in corpore,punctorum animal ipsum habebit animam,uel etiam infinita erunt in corpore puncta,uel omnibus animæ pūcta cohærebunt,& sic in animali erunt infinitæ animæ.erit autem sic & ipsum infinitum,uel omnibus,neq; erit totum idipsum animatum corpus,neq; omnino (quemadmodum

dictu m est)animatum,nam quorum locus est indiuisibilis,& ipsa quoniam dixit nihil phibere in eodem puncto corporis infinita animæ pūcta cohærere adeo,ut unus punctus anima fiat, hoc ipsum confirmare uult. Si enim inumerabilium pūctorum locus animæ punctus est,idem punctus corporis,hic autem ipse punctus indiuisibilis.infinita.f.puncta cohærentia cum uno corporis puncto erunt indiuisibilia.nam quemadmodum se locus habet,ita se habēt ea,quæ sunt in eo,quapropter unus erit anima punctus,& uno in puncto ipsum corpus animatum.

Q đ si quę sunt in corpore puncta sunt ipse numerus animę,vel siqui ex his,quę sunt in corpore, punctis,numerus est anima,cur non omnia animam habent corpora?pūcta enim in omnibus videntur esse,& infinita.

Hæc est altera diuisionis pars.id enim diximus,qđ uel eadem sunt animæ puncta cum punctis corporis,uel diuersa,cum igitur habueris ea esse diuersa,tunc quod reliquum est ante oculos ponitur.cum igitur dixerit quod pūcta,quæ sunt in corpore ipse est numerus animę,in id quod manifestius est sermonem repetit.non enim puncta numerum esse animæ dicebant,sed numerū eorum,quæ sunt in corpore,punctorū esse aiam,si idē supponerēt eē pūcta aiæ cū pūctis corporis.

Adhuc autem quomodo possibile est separare animas,& absoluere à corporibus,siquidem nō diuiduntur lineæ in puncta?

Xenocrates ueluti is,qui esset Platonis discipulus à corpore separabilem esse aiam dicebat, quo patet ipsum,nō hunc numerum cognitū ipsam dixisse.quo enim modo fieri potest numerum p se esse nisi per analogiam?ad id autem qđ apparet Aristoteles occurrēs ait si anima separabilis est, & pūcta à corpore separari nō possunt,id seqtur quod anima nō est numerus.id eni sequætetur, si diceremus numerū,ut etiam pūcta diceremus,numerus enim sunt unitates,quæ positionē habentia pūcta sunt.id autem fieri non potest,ut pūcta,quæ sunt in corpore separētur,quia non in puncta lineæ diuidūtur,quemadmodum neq; superficies in lineas,neq; corpora in superficies,linea nāq; lineæ pars est,punctus uero lineæ terminus est.quæ autem diuiduntur,in partes,nō in terminos diuiduntur.non enim terminus ab eo,cuius est terminus,separari potest.

Accidit autem quemadmodum diximus,partim quidem hoc idem dicere his,qui corpus subtilium partium ipsam ponunt,partim vero vt Democritus moueri inquit ab anima proprium hoc absurdum.siquidem enim est anima in omni sentiente,necessarium est in eodem duo esse corpora,si corpus aliquod aīa sit,his vero,qui numerū dicunt,in vno puncto,multa puncta esse,vel omne corpus aīam habere,nisi differēs aliquis numerus aduentat,& alius quidā eorū,quę sunt in corpore,punctorū.

Hæc inquit absurda Xenocratis opinionem sequūtur,partim quidem illorum opinionem, qui corpus aliqđ subtilium partium esse aiam dicunt,partim uero Democriti opinionem absurdum sequitur.illi enim aiam exile quoddam corpus esse dicebant,ut omnino posset per corpus procedere,& aiatum totum per totum faciens mouere:quare iuxta illos,si anima cum sit corpus, per totum pcedit corpus,& aiatum totum per totum faciens mouet,duo corpora erunt in eodem,qđ quidem absurdum est.hoc igitur absurdū his etiam,qui illam numerū dicebant,accidebat:nam si animę unitates aliæ essent cum pūctis corporis,hoc sequeretur,qđ omnia animæ pūcta cum uno corporis pūcto cohærere possent. Sic igitur cōmunicant,aliter etiam sic.unitates ex quibus eē animam Xenocrates supponebat,aut corporeę sunt,& numerabiles,aut non corporeæ,neq; numerabiles,sed impartibiles,& numerātes magis:omnis enim numerus corporeus,omnino numerabilis est:at numerans,incorporeus.simpliciter igitur,aut sunt unitates animæ corporeæ aut nō,sed sunt impartibiles,quòd si corporeæ sint,id qdem sequitur,ut corpus per corpus pcedat, & idem eueniat quod his,qui corpus subtiliū partium animam esse dicūt.Quòd si sint impartibiles, in eadem absurda,in quæ Democriti opinio descēdit,res ipsa deducetur,si quidē & ille cū atomis corpus mouebat,non qđ ad quātitatem molē habeant uel simpliciter molem,sed qa numerus eēt.dictum est autem qđ non solum ex numeris atomis esse animam Democritus dicebat.sic eni qcūq; contingebant atomi aiam faciebant,uerum cū mole sphærice figurata.non enim fieri id potest ut sine mole figura sit,molis enim terminus est figura.hæc igitur,si nō eadem sint animæ puncta,cū punctis corporis.Q uòd si sint eadem pūcta animę cum pūctis corporis,id sequitur ut omnē cor-

pus animatum sit,magis autem cõsentaneum est,utipsi primum supponant,siqdem non omne animatum dicebant. Sic igitur idem absurdum sequitur & eos,qui animam subtilium partiũ corpus esse dicũt,& eos,qui numerũ eam esse uolũt aliud etiam absurdum sequitur,quod his,qui numerum eam esse dicunt,cum Democrito cõmune est, in superioribus enim demõstrauit nihil differre utrum dicamus sphærulas paruas mouentes simul trahere corpus, an numerũ, neq; enim quia sint hę qdem magnitudines,illæ uero unitates impartibiles,propterea motus ipsi fiebant,ue rum quantitate ipsa. quare quod absurdum alterum sequitur,id quoq; reliquũ seqtur. multa autem própria absurda seqbantur & opinionem Xenocratis,& Democriti,igitur quæ erant alterius alterum seqbantur,quę autem sint ea in superioribus dictum est. Accidit autem quemadmodum diximus partim qdem hoc idem dicere,hoc idem non ad opinionem,sed ad absurdum,quod sequitur referens protulit:non enim de anima eadem dicebant,uerũtamen in eadem absurda deueniebant. partim uero,ut Democritus moueri inquit ab anima,proprium hoc absurdum,quod animam moueri Democritus dicebat,hoc cum Xenocrate cõmunicabat,uterq; enim ipsorum dicebat. Alter quidem motas unitates mouere animam,alter uero atomos. hoc igitur cõmunicantes cõmune hoc absurdum sequens habebunt,quod absurdum est,quãtum ad opinionem dicẽtium animam exile corpus quoddam esse Xenocratis,& Democriti proprium est.in hoc igitur cõmunicabant,differebant autem quod alter quidem numeros dicebat,alter uero corpora atomos, siquidem enim est anima in omni sentientium corpore,necessarium est in codẽ duo esse corpora,si corpus aliquod anima sit.per hæc Xenocratis,& eorum qui subtilium partium corpus esse dicebant, cõmunionem demonstrat,nam eorum inquit,qui corpus exile dicũnt,hoc est consequens, quod corpus per corpus procedit,siquidem oporteat animam per totum corpus pcedere, quo totum sit animatum corpus,totumq; moueatur. quod si quispiam dicat animam posse existentem in uacuis corporis,ipsum mouere,ueluti ea,quæ sunt in uasculis,maxime sic non quidem erit in corpore.illi enim adiacebit,non in toto erit. quomodo igitur totum animatum erit? præterea si extrinsecus adiacens non ipsum animatum facit,neq; intus id faciet.

Contingitq; ipsum corpus moueri animal ab numero, quẽadmodũ quoq; Democritum diximus ipsum mouere. quid enim refert sphęras dicere paruas,an vnitates magnas? vel omnino vnitates agitatas, vtroq; enim modo necesse est mouere ipsum animal, quia mouentur ipsæ.

Xenocratis,& Democriti per hæc opinionem comparat. eadem inquit absurda his quoq; contingent,utiq; enim moueri corpus dicebant,quod atomi,uel unitates mouerentur,quæ autẽ hæc absurda sequũtur,ea non induxit,ut qui nunc eadẽ dixerit,uidelicet quod uel ab seipsis mouẽtur, uel ab aliis. quæ igitur differentia est unitatis uel ad seipsum,uel ad aliam? unitates enim potentia, & atomi Democriti sunt,quia nõ quatenus erant cõtinuæ mouebantur,sed inquãtum diuisa quãtitas,ut numerus. uolens autem has opiniones inuicem contingere,sphæras quidem paruas,unitates autem magnas appellauit,nam si de sphęris continuum tollas, puncta uel unitates de magnitudine abstractæ erunt,etsi puncta uel unitates magnitudinem assumerent,eę erunt, quales quoq; Democriti sphærę erant,uidelicet unitates magnæ: uel omnino unitates. Quoniam cum uellet ostendere nihil ad mouendum conferri,neq; atomis magnitudinem,neq; unitatibus impartibile, paruas dixit atomos, & unitates magnas,ut ostenderet hoc nihil interesse,ideo subintulit,uel omnino unitates.

His quidẽ qui cõiunxerũt in idẽ motũ atq; numerũ,hęcq; accidũt,& multa alia huiuscemodi.

Dictorum conclusio hęc est,demonstratur enim,quod non dicta solum absurda, uerum etiam alia multa eos consequũtur. quæ nam autem sint,infert.

Non enim solum definitionem animę impossibile est talem esse,sed etiã accidens,id autem patet, si quis conetur ex hac ratione affectus,& operationes animę assignare,veluti consyderationes,sensus,voluptates,mœstitias,& quęcunq; alia sunt istiusmodi,quemadmodum enim diximus prius,neq; vaticinari ex ipsis facile est.

Cum probauerit id esse impossibile quod animæ substãtię sit diffinitio ab Xenocrate data ratio, quod scilicet anima sit seipsm mouens numerus,deinceps ostendit,quod neq; eorum quicquã, quę animam

animam sequũtur,& ipsi ad sunt affectus,& operationes,seipsum mouens numerus esse potest,affectus nãq; animæ sunt,consyderationes,tristitiæ,uoluptates,timores,& talia. quid igitur seipsum mouẽs numerus dici põt?nec qdẽ qspiam,nisi uerisimili utatur ratione, uaticinabitur quomodo numerus motus cogitatio erit,aut quomodo sensus,aut quomodo tristitia,& in reliquis similiter, alio etiam modo,si numerus seipsum mouens est anima,quia differentes animæ partes,uel potentiæ sunt,eundem numerum non esse animæ potentiam necesse est. Qualis igitur numerus erit rationalis animæ pars?atq; huius differentes potentię?qualis cogitatiua?qlis opinatiua?& circa eam partem,quæ ratione caret,qualis erit numerus imaginatiua,uel sensitiua, uel aliorum quodpiam, quod uere quidem facile fingi non potest? & hæc quidem ad ea, quæ dicta sunt, absurda Xenocratis opinionem sequentur.

Tribus aũt modis traditis,per quos definiunt animam,alij quidẽ maxime motiuum enuntiauerũt, quia moueat seipsam,alij vero corpus,subtilißimorum partium,aut maxime incorporeum aliorum. Hęc aũt quas dubitationesq;,& contrarietates hñt,penẽ pcurrimus.restat vt consyderemus quo modo dicatur,ex elementis ipsam esse.dicunt enim, vt sentiat quid sit eorum, quæ sunt, & vnum quodq; cognoscat:sed necessario accidunt multa,& impoßibilia huic rationi.

Quę dicta sunt,ea concludit,ut quod reliquũ est,id apponat.dixit enim quod ex his,qui de anima dixerunt,alii quidem in motiuũ eius respexerunt,alii uero in cognitiuũ, alii autem in id,quod subtilium partium corpus dicebant,aut in incorporeum.postq̃ igitur eos,qui in motiuũ eius,aut in incorporeum respexerunt,confutauit,nunc in reliquũ descendit,ipse enim quoq; uult illam mouere,& sic qui respexerunt in hoc,eos admittit, quemadmodum etiã eos,qui in cognitiuũ,& in incorporeum mentẽ habuerunt.quæritur autem,de his quidem,quod quia moueretur,sic mouere dicebant,de illis uero,quia imaginati incorporeum rationem non apprehenderunt,sed subtilium partium corpus ipsam esse dicebant,hæc autem quas dubitationes, & contrarietates habent,penè percurrimus:id enim eos,qui maxime motiuum,& eos qui subtilissimarũ partium corpus eam eẽ dicebãt,sequebatur,& quod per corpus corpus pcederet,& quod ab anima si moueretur corpus, ut ab argento uiuo lignea Venus.sic autem id sequebatur,quod iterum in mortua corpora ingrediens,ea mouere posset,& quod ipsa anima non esset animali causa stationis. Rationes autem,quæ dictę sunt ad id,quod sese moueat,manifestę sunt.id igitur restat,ut qui in eius cognitiuũ respexerunt,illi reprobentur,qui ex elementis entium illam constare dicebant,quo simile simili cognosceret,quam sententiam multa impossibilia sequi dicit.

Ponunt enim cognoscere simili simile,veluti si aĩam res ipsas ponant.non sunt aũt sola hęc,multa autem,& alia,magis autem fortasse infinita numero,quę ex his sunt.ex quibus igitur est vnũquodq; horum,sit cognoscere animam,atq; sentire,sed ipsum totum quomodo cognoscet,aut sentiet?vt quid Deus,vel homo,vel caro,vel os,& similiter quodcunq; aliud ex compositis:non enim quomodocũq; sese habentia elementa horum vnũquodq; est,sed ratione quadam,& compositione,quemadmodum dicit etiam Empedocles os ipsum.

Quoniam cognitiuam speciem animam ipsam habentem potentiam dicunt,& simili simile cognosci:ideo ferè dicunt omnia,quæcũq; sunt, animam esse:sed ut absurdum fugiẽtes hoc ipsum, ex elementis eorum,quę sunt,ipsam faciunt,at hanc ipsam sententiã impossibilia multa sequũtur, nam si simile cognoscit simili,ea etiam cognoscit,ex quibus ipsa componitur,dico autem elementa, & existentium principia:at in his,quę sunt,principia,& elementa,sola non sunt,uerum multa,& infinita numero præter principia.& ex ipsis composita,sunt,quę quidem & inuicem,& ab principiis differunt.quomodo igitur hęc ipsa cognoscet?ex quibus igitur sunt hæc,ipsa cognoscet,uidelicet elementa,sed non ipsa, quæ sunt ex elementis: cum quali enim compositione unũquodq; horum compositum est,si eius compositionis non sit particeps anima, nequaq̃ cognoscet, siquidem simili simile ipsum cognoscit: quod autẽ uniuscuiusq; ratio compositionis propria est, hoc ipsum fidem faciens in medium ponit,& Empedoclis hoc authoritatem declarãtem affert.Quare si ea animam ipsam cognoscere oporteat,id etiam opus est, ut ipsarum compositionum rationes habeat,quibus quidem si caruerit,nõ ipsa cognoscere poterit,quãobrem in Timęo Platoni non satis fuit ex elemẽ

tis animam facere, sed eius etiam compositioné per numeros harmonicos facit. Quòd si & elementa, ex quibus res in anima sunt, & rationes cõpositorum, per quos componitur, necesse rursus est omnes res esse animam, nam si elementa hominis in anima sunt, & horum compositionis rationes, id sequitur, quod homo anima sit, & similiter in saxo, & in reliquis, nihil enim unúquodq; rerum aliud est, nisi cum quadam compositione elementa, nam si rationes compositionis elementorũ, ut forté sesquialtera, uel alia quæcũq; sit, per se ortę essent utiq; credulitaté figmentum haberet, quod habens eleméta anima, habens autem rerum quoq; rationes, cognoscit hoc modo ea, quæ composita sunt, sed quoniam rationes compositionum sunt in elemétis compositis, omnino necesse est ut is, qui in anima esse elementa dicat, esse autem & rerum compositiouis rationes, nihil aliud dicat, nisi quod ipsę res in anima sunt, ut equus, & saxum, & reliqua, hoc autem dicere non oportet quia absurdum est, infinitæ autem (inquit) sunt res, non naturæ, sed nobis, uel si non est hoc, ideo sunt infinitæ, quia semper infinitæ fiunt.

Terra autem concinna cauis in pectoris, Aegles
Et fluxus binas cœpit de partibus octo.
Bisq; duas ignis, sunt ossa hinc candida facta.

Nihil igitur vtile est esse eleméta in anima, nisi & rationes insint, & compositio, cognoscet enim vnúquodq; simile ipsum, os autem, aut hominem nequaquã, nisi hæc ipsa inerunt, hoc autem quod impoßibile sit, non oportet dicere. Quis enim dubitauerit an sit in anima lapis, vel homo? similiter autem & bonum, & non bonum? eodem quoq; modo in alijs.

Quoniã de carminibus his meminit ad faciendã fidem quod secũdum quãdam compositionis rationem res ipsi faciebant, si quid illis inferat uerbis cõsecuturi sumus, de ipsis pauca quędã dicere opus est. in ossium generationé partes octo sumit Empedocles, quarum qdem quatuor ignis, duæ autem terræ, aëris uero, atq; aquæ duæ, una scilicet aëris, & una aquæ sunt. quid ita autem sic octo dicamus, illud scire debemus, quod in existentium generationem numeros harmonicos Pythagorici sumebant, in ossium igitur generationem sumit octo, quia octo primus cubus est, terræ autem figuram cubicam tribuunt, non quia terræ figura sit cubica, sed propter eius ímobilitatem. quod igitur ossa terrena sunt, ideo in eorum generationem cubum merito assumpsit, ex harmonicis aũt numeris cubus componitur, habet enim latera duodecim, octo angulos, supficies sex, si ergo duodecim conferantur ad octo, rationem sesquialteram habent, si uero ad sex, duplam, sed octo ad sex habet rationem sesquitertiam, rationes autem harmonicas faciunt hi numeri, ratio enim dupla eã, quam diapason dicũt, harmoniã facit. uocatur autem diapason, quod ex sesquialtera, & sesqtertia ratione componitur, nam quando chordæ sic se habent, ut prima ad secũdam sesquialteram rationem teneat, secunda uero ad tertiam sesquitertiam, tunc ad tertiam prima duplam rationem tenebit, quéadmodum duodecim se habet ad sex, diapason igitur uocatur, ut ea, quæ omnes harmonicas rationes habet, quæ auté est in sesquitertia ratione harmonia, ea diatessaron uocatur, duę enim ponantur, latera igitur in subiecto cubo sunt ab A usq; ad M anguli uero ab N usq; ad V quod autem pertinet ad superficies, id esse. 6. manifestum est, cũ enim tres dimensiones sint, unaquęq; duos terminos habet, quod auté octo sit cubus, id patet, cubus est enim qui tres diméſiones habet ęquales longitudinem, latitudinem, & profunditatem, sic autem mensuratur, accipiamus unum diménsionis latus, & id in se multiplicemus, ut si latus unúquodq; habeat triũ ulnarum, unum in se multiplicemus dicentes ter tria, nouem, deinde rursus in id, quod factũ est, latus multiplicantes ter nouem uiginti septem solidarum ulnarum cubum esse dicimus, sic igitur & in numero, quãdo enim tres numeri æquales in se multiplicati fuerint, qui fit ex illis cubus est, ut bis duo, quatuor, & bis quatuor, octo. Quamobrem definiunt ipsum dicentes cubum esse numerum æqualem ęqualiter ęqualem. rursus etiam, qui tetragonum numerum fecerit, si in tetragonum multiplicatus fuerit, is cubum facit, omnis autem numerus in se multiplicatus tetragonum facit, bis duo, quatuor, & bis quatuor, octo. (Terra autem concinna) concinnã dixit, ut quę cubica est, namq; ex harmonicis numeris cubus constat (in cauis pectoris) pro in cauis latis, nam pectora aliis partibus ipsius animalis latiora sunt. quéadmodum autem Vulcanũ poëta fingit in fornacibus es, atq; aurũ, & reliqua fundentem, sic & ipse Empedocles fornaces cauas terrę supponit. (Aegles, & fluxus binas cępit de partibus octo,) dicit auté duas aëris, & aquæ partes terræ iniectas esse. per fluxum autem, quod nomẽ

à fluo deriuatur aquæ,& aëris liquidum significat,per illud autem,quod ait ægles,transparens ipsum notat,ægle enim splendorem significat,bisq̃, duas (inquit) ignis, reliquæ igitur duę terræ erūt,quot aëris & aquæ,partes terræ iniectæ,sic diuisim accepit,& in cauis cōmiscuit,sed quia ossa arida,atq; alba sunt,ideo terræ,atq; ignis plus accipit,duas quidē terræ partes,ignis uero quatuor, igneæ namq; substantiæ album tribuunt,utriusq; autem liquidarum substantiarum scilicet aëris, atq; aquę partem unam.item aliter,si opus erat ut numerus octo in numeros harmonicos diuideretur,non id poterat fieri ut in alios,quàm in quos diuisus est,diuideretur,cum enim in quatuor diuidi oportebat,ut unicuiq; elementorum quędam pars tribueretur,inęqualia autem non oportebat ob dictam rationem,relinquebatur igitur ut uel in duas ternitates,& duas unitates,uel ut ipse partitus est,diuideretur,uerum rationem harmonicam duæ ternitates inuicem nō habēt, quemadmodum neq; duæ unitates,ibi sanè plures habitus harmonici sunt,etenim ad duitatem quaternitas,& duitas ad unitates harmonicam rationem seruat.

Pręterea autem cum multipliciter dicatur id,quod est,significat enim hoc quidem quid,illud vero quantum,vel quale,vel aliquod aliud ex diuisis prędicamentis,vtrum ex omnibus erit animā, an non?at non videntur cōmunia omnium esse elementa,num igitur quęcunq; sunt ex substantijs, ex hisce solis? quomodo ergo cognoscit aliorum vnumquodq;? an dicent vniuscuiusq; generis esse elementa,& principia propria,ex qbus aīa constet?erit igitur & quantitas,& qualitas, & subā, sed impossibile est ex quantitatis elementis substantiam esse,& non quantitatem,dicentibus quidem quod ex omnibus,hęcq;,& huiuscemodi alia accidunt.

Si simili simile cognoscit,necesse est ipsam ex elementis eorum, quæ sunt,esse,quoniā inquit multa sunt entia,diuiduntur autem in decem prędicamenta,cognoscit autem omnia,quæcunq; sunt,anima.uel necesse est decem prędicamentorum cōmunia quędam esse principia,& elementa, ex qbus anima existens quęcūq; sunt,omnia cognoscet,uel cū principia cōmunia nō sint,sed uniuscuiusq; prędicamenti propria principia ueluti substantiæ,materia,& forma,quantitatis autem siue cōtinua quantitas,& discreta,siue punctus,& unitas,punctus enim continuæ quantitatis principium est,discretæ uero unitas,& simili modo cum sint aliorum uniuscuiusq; principia quædam, Prædicamētorum autem nunc principia dico,quæ elementaria,& simul cōstituta sunt:quemadmodum quoq; lapidis fortasse principium,& substantia est,quæ uorū,etiā sunt elementa,aut igitur ex omnibus p̄dicamentorum principiis erit,aut ex his,quæ substantiæ sunt.quòd si de substātiæ principiis erit anima,quomodo aut quantitatem,aut qualitatem,aut alia prædicamēta cognoscet?quòd si ex principiis quantitatis erit,aut ex aliquo alio p̄ter substantiam,quomodo ex principiis quātitatis substantia fit?nam si anima substantia est,& è conuerso.quomodo reliqua prędicamenta cognoscet?quòd si est ex omnibus prædicamentorum principiis,ipsa quidem,& substātia, & quantitas,& qualitas,& unūquodq; ex aliis prædicamētis erit,sed hoc nequaquā fieri potest,qa quantitatis elementa quātitatem faciunt,& qualitatis qualitatem,& in reliquis simili mō, sed impossibile est ut anima,cum sit substantia,quantitatem,aut qualitatem faciat. Quòd si quispiam dicat aliud quidem eius esse substātiam,aliud uero quātitatem,aliud autem qualitatē,& aliud unūquodq; aliorum,is mihi dicat quomodo ex his una erit anima:ex his enim nullum compositum fit unum,præterea autem si eiusdem generis erit anima ipsa sibi,qualem animæ particulā,aut potentiam quali prædicamēto reponemus fingere impossibile est.id igitur relinquitur ut cōmunia decem p̄dicamentorum elementa esse dicamus,de quibus fieri non potest ut sit anima,nullū nāq; est decem prædicamētorum cōmune genus,sed ipsa sunt inter se diuisa,neq; cōmuni ulli generi coniuncta,de ipsis nāq; ens æquiuoce prædicatur.qđ si quispiam dicat esse & quantitatem quādā, & qualitatem cum substantia coniūctam adeo,ut possit existens substantia accipi,& quantitatis, & qualitatis,nāq; ignis ut corpus existens habet consubstātialem,sibiq; formam facientem trinam dimensionem.ut ignis autem calidam,atq; aridam qualitatem tenet,ad hoc igitur dicamus qđ,etsi hoc esset,uellemus id scire,quomodo quæ sub reliquis prædicamentis continētur res ipsa cognoscet?deinde etsi q̄dam quantitas,& qualitas est quādam substātiam informans,attamen hoc ut accidens quātum,& quale,quod accedit,& recedit ab eo,nisi ex principiis quātitatis,& qualitatis extiterit,nequaq̄ cognoscet. Dicētibus aūt (inqt) ex principiis eorū,quæ sunt,eē aīam,hæc accidūt absurda.p̄terea etiā ex dictorū similitudine multa alia,quæ eos consequuntur, inueniri possunt.

Absurdum autem est dicere quidem impatibile esse simile ab simili, simile autem sentire simile, & cognoscere simili simile, sentire autem pati quoddam, & moueri ponunt, atq; similiter intelligereq;, & cognoscere.

Illi inquit ponunt simile non pati ab simili, quod & uerum est. nõ enim quod aridum est ab similiter arido patietur, neq; humidum ab similiter humido, neq; ex aliis aliquid nã si lucerna ab lampade magna extincta patitur, nõ ut simile, sed ut dissimile patitur, uelut à fortiori imbecillior. q; si ab simili simile nõ patitur, quomodo rursus inquiũt quod ab simili simile cognoscitur? nam cognoscens faciente cognito patitur, & sensibile facit in sensorium disgregãs ipsum, uel congregãs, uel simpliciter mouens, & cognoscens à cognobili mouetur, ut illis etiam uidetur, nam sentire animam, ipsi moueri dicũt, quàobrem si ab simili simile nõ patitur, facit autem, & patitur cognitũq;, & cognoscens, id sequitur qđ ab simili simile non cognoscitur. ipse etiam in libro de generatiõe & corruptione ait, quodcũq; à quocũq; non pati, neq; enim penitus dissimile facere ad dissimile, neq; omnino idem esse, sed oportere agens, atq; patiens partim quidem simile esse, partim uero dissimile, potẽtia quidem simile, actu uero dissimile. facit enim in frigidum calidum, cum quidem potẽtia sit calidum, actu uero frigidum. quãuis autem ualde calidum in mediocriter calidũ faciat, non tamẽ ut calidum facit, sed ut frigidum, quod enim minus est calidum, frigidi particeps est. igitur ex his inducit eos sibiipsis contraria dicere, qui simili simile cognoscere animam dicunt, quiq; simile ab simili impatibile esse uolunt.

Multas autem dubitationes, & difficultates cum habeat dicere quemadmodum Empedocles, *quod corporeis elementis vnaqueq; cognoscuntur, & aduersum simile, testatur nunc dictum, quecunq; enim insunt in animalium corporibus simpliciter terre, vt ossa, nerui, pili, nihil sentire videntur, quare neq; similia, quamq̃ oportebat.*

Hoc dicere quod ab simili simile cognoscitur, ut ait Empedocles, terra etenim terram uidimus: & si hoc alius quispiam dicit, multas quidem dubitationes, & absurditates habere iam probatũ est, maxime autem confutabitur ab eo, quod nũc est dicẽdum, nunc enim dictum dicit, pro dicendum est. id enim significat hæc coniunctio, causalis enim quæ subinducitur sic, quæcũq; enim sunt, & reliqua. nam si ꝓpter hoc terra, etenim terram uidimus, quia ab simili simile cognoscitur, oportebat ut quæ terræ magis essent propinqua, ea magis terrã cognoscerẽt, at contrarium nunc est, nam quę sunt in nobis magis terræ participantia, scilicet pili, & ossa, & ungues, cum sensu penitus careãt, nullo modo (ut patet) similia sentiunt, atqui, si ab simili simile cognoscitur, oportebat ut ea sentirent, & magis ipsam terram cognoscerent, nõ est igitur ille sermo uerus. quod si quis nunc, & iam dictũ interpretetur, ad id, quod continuate dictum est, accipi potest. hoc enim quod ab simili simile pati non possit, atq; sentire esse, ut etiam ipsis uidetur, pati aliquid, & moueri, maxime arguit eum sermonem, quo simile ab simili cognosci dicit. Verum (quẽadmodũ dixi) quia infert enim coniũctionem, magis eum hoc nunc dictum, ad ea, quæ inducuntur, dicere putemus.

Preterea autem vnicuiq; principiorum ignorantia magis, quã intellectio aderit, cognoscet enim vnum vnumquodq;, multa autem ignorabit, omnia namq; alia.

Nam siquidem terra terrã uidimus, undaq; undas, id sequitur quod unũquodq; principiorũ si cognouerit unũ, plura ignorabit: quare ignorantiæ magis, quã cognitiõis elementa causa erunt, hoc autem argumentum non in absurdum sermonem ferre uidetur, sed illud dicere solum quod, hanc opinionem sequitur. Quid enim est hoc absurdum, si unũquodq; unum cognouerit, at ignorabit alia? etenim si tãgibile tactus cognoscit, at uisibileq; & audibile, & odorabile, & gustabile ignorabit, & alii sensus eodem modo. sed absurdũ, quod est in concordia, demonstrare magis hoc argumentum uidetur, de qua concordia, quæ sequũtur inducit, & ideo in elementis aliorũ præsumptũ est, ut quod in concordia consequens esset, illud induceret.

Accidit autem Empedocli *etiam imprudentißimum esse Deum, solus enim elementorum vnum non cognoscet, ipsam contentionem, mortalia vero omnia eam cognoscunt, ex omnibus enim est vnumquodq;.*

Hoc etiam inquit absurdum Empedoclis opinionem sequitur, quod illi deus omnibus concretis mortalibus imprudentior erit. cum nanque omnia ex quatuor elemētis composita sint, atque etiam ex concordia, & discordia, cūque ea de causa cognoscant omnia, quod omniū principia habeant, Sphęrus, quem deum uocat Empedocles, discordiæ minime particeps ipsam discordiam non cognoscit, sic nanque illi ex concordię continentia contingit, mortalia uero cū sint ex omnibus elementis, omnia cognoscant, ea de causa ait: Terra etenim terram uidimus, & amore amorem, & discordia discordiā duram. quidam uero in concordia deum interpretati sunt, quia deus quem dicit, (is autem illi concordia est) discordiam, ueluti quæ cōtraria est, haud cognoscit. unde illorum compositorum, quæ hanc ipsam discordiam cognoscunt, imprudentissimus erit. Quòd si quispiā dicat, quòd neque reliqua elementa ipsam cognoscent, is etiam sermo absurdior est, at concedamus alia elementa cognoscere concordiā, quæ in se horum unūquodque habeat, ut & ipsa cognoscat, & si quis hoc concederet, elementa esse inter sese, discordiā sanè in se non continebunt. sic enim simul cōtraria erunt, quod quidem fieri non potest. quod autem in Sphæro interpretatur, id accōmodatius uidetur: bene etiam Alexander notauit id esse argumentum probabile. non enim deus imprudentior est, cum peiorum comprehensionem non habeat, nanque melius est ipsa meliora sola comprehendere, quæ autem peiora sunt ignorare.

Omnino autem qua de causa quę sunt omnia animam non habent? quoniam omne aut est elemētum, aut ex elemento vno, aut ex pluribus, aut omnibus, necessarium enim est vnū quid cognoscere, vel quędam, vel omnia.

Id sanè, nam si elemēta sunt anima, omnia autem, quæ sunt, ex elementis sunt, aut omnibus, aut quibusdam, aut uno, ueluti glacies ex una aqua: oportebat omnia animata esse, & sensitiua, & unūquodque compositorum corporū uel omnia cognoscere, quæ sunt. si ex omnibus esset elemētis, uel quędam, si ex quibusdam: uel unū, si non esset cōpositum, sed ex uno elemento ueluti glacies.

Dubitauerit autem quispiam quid nam sit vniens ipsa, materia enim videntur elemēta esse, maxime enim pręcipuum illud est, quod continet, quicquid nam sit, animā autem esse quid melius, & dominans impossibile est, at etiam intellectu magis impossibile.

Quoniam animam ex elementis constare dicebant, ea autem discreta sunt, & materiei rationem retinent, siquidem non simpliciter elementa animā dicebant, sed ex elementis quid uniens: inquit hęc elementa, quę in animæ generationem conueniunt. quòd si una cum sit anima ex pluribus est elementis, quod igitur eius unionis causa erit, id quidem erit aia. in quibus uero aliud quidem cōtinens est, aliud uero contentum, in iis, quod continet, id primū natura est, & pulchrius eo, qđ continetur. quare si in composito anima est continens, & pręcipuum, quando enim illa abiuerit quod compositum est, illud intercidit, quod autem cōtinet, illud idem imperat natura, anima igitur ipsa dominatur, elementa autem quę ex anima unionem, & continuitatem habent, ea secundum tenēt ordinem: quare anima magis, quàm elementa, primigenia est, etenim in iis, quæ sunt ex materia, & forma, quod primigenium magis est, & natura primum, illud est forma. nanque propter formam materia est, siquidem forma est, cuius gratia est materia, & materia, quæ sit causa ipsius formę, quæ ut suscipiatur, ipsius aptitudo materiæ paratur, in animatis autem anima ipsa forma est, anima igitur natura primum est. At illi elementa omnium esse principia dicunt, & eius, quod animam continet elementa contenta dicūt esse causam, atque principia. sic autem fuerit argumentum. quod maxime præcipuum est, illud continet, anima autē maxime præcipua est, anima igitur continet, quod autē continet, illud est magis primigenium, magis igitur est anima primigenia, non igitur omniū, quæcunque sunt, elementa principia sunt. quod autem sit anima aliquid melius, atque imperans, fieri non potest, nanque anima hoc quidem corpore, atque etiam spiritu pretiosior est, at intellectu solum non est antiquior, sed intellectus anima preciosius, & antiquius est, ut qui substantiam separabilem tenet, unde maxime omnium secūdum naturam intellectus principale est. quomodo igitur illi elemēta dicunt? illud enim dicere consentaneū est, quod id preciosius est, quod & natura antiquius est.

Maxime enim consentaneum est hoc esse antiquissimum, & dominum secundum naturam, elementa autem dicunt prima eorum, quę sunt, esse.

cere uidebatur, illi igitur de omni anima nequaquã loquuntur, neq; enim id illi dicerent de ea ani-ma, quæ neq; sensum, neq; intellectum habeat, sensus enim, & intellectus sunt partes animæ, quæ uim cognoscendi habent. Quare neq; illi etiam de plantali differunt, non enim plantæ sentiunt, & hoc quidem cõmune est his, quiq; motiuũ, & qui sensitiuum dicunt, nam plantæ neq; sentiunt, neq; mouentur. At qui sensitiuum dicunt, ii de pluribus dicere uident, nam plantanimalia quoq; complectuntur, quæ illi, qui motiuum dicebant, non complectebantur. at quispiam cõtra illos, du-bitauerit, quid ita si ex elementis anima est, ut cognoscat, aliæ quidem animæ sentiunt, & intelligũt? aliæ autẽ sentiunt solũ? idem quoq; aduersus eos, qui motiuũ dicunt, dicere cõuenit, quid ita enim cum sit anima eiusdem naturæ, aliæ quidem localiter mouentur, aliæ uero non?

Qđ si quispiam hęc concederet, & poneret intellectum quandam partem animę, & identidem sensitiuum, neq; sic quidem dicerent vniuerse de omni anima, neq; de tota, neq; de vna.

Videlicet si intellectum omnis animæ partem esse cõcesserimus, etiam sensitiuum, uel ut idem sit, uel ut hęc eadẽ concurrant adeo, ut ubi sit sensus, ibi sit intellectus, quẽadmodum dicere Pythagorici uidebantur, qui in omne corpus animam traducebant, non tamen, qui ab cognoscendo ani-mæ substantiam definiunt, hoc modo, de omni anima id comprobare poterũt, non enim plantalis animæ natura ea est, ut cognoscat, & sentiat, non igitur de omni, neq; de una tota, nam si etiam quã-maxime intellectumq;, & sensum omnis anima habeat, at etiam nutritiuam, & augmentatiuã, & generatiuam potentias habet, quæ quidem ab cognoscẽdi potentiis aliæ sunt, atq; in omnibus ha-bentibus animam, manifestius, quàm illæ, sunt, de quibus nihil illi dicunt, at neq; etiam de ea, quæ localiter mouet, ideo si hęc in omni animato sunt, & si illi de illis nihil dicunt, id sequit, quod neq; de ulla tota dicunt. nãq; in unaquoq; indiuiduo uelut una quædam anima est, quæ pluribus potẽtiis, aut partibus utitur, de quibus omnibus cum non dicant, neq; de una tota dicant necesse est. & hoc fortasse solutio dissentientis est, ne enim quispiam pro his qui animam cognitiuũ ponunt esse respondens dicat nõ eos de omni anima, uerum de humana sermonem facere, cuius proprium est cognoscere, propterea inquit, neq; de una tota sermonẽ faciunt, nam si humana anima non omnis in se tota cognitiua est, in eadem nãq; est & iracundum, & appetitiuũ, & plantale, quorum nullum sensus particeps est, igitur neq; de tota humana differuerunt.

Hoc etiam admittit sermo, qui fit in ijs, quę carmina Orphei dicuntur, dicit enim animam ingredi respirantibus latam à ventis. impoßibile autem est plantis hoc accidere, & animalium quibusdam, siquidem non omnia respirant.

Quæ dicũtur, inquit, quoniam ea non uidẽtur esse Orphei carmina, quemadmodum ipse etiã in libris de philosophia, dicit ipsius etenim dogmata sunt. hæc autem asserit nomen melius acces-sit, quo latius explicarentur. ibi igitur dicit animam penitus à uentis portatam respirari ab animã libus. Quare neq; hic de omni anima sermo est, non enim animata omnia respirant, nõ insecta, nõ plantæ. Dicunt autem carmina ęnigmatice significare per respirationem corporis animam suscipi-entis aptitudinem, quia respiratio calidum naturale refrigerans temperatum facit, uentos autem potentias quasdam significare aiunt, per quas ab uniuersali operatione in generationem anima deducitur, quam operationem ab hoc particulari corpore, & generatione liberata operatur.

Quod quidem latuit eos, qui ita crediderũt, quod si oporteat animam ex elementis facere, non oportet ex omnibus, namq; sufficiens est altera pars contrarietatis seq; ipsam iudicare, & oppositam, etenim recto & ipsum & obliquum cognoscimus, iudex enim amborum regula est, at obliquũ neq; sui, neq; recti.

Latuit inquit eos, qui animam, ut cognosceret, ex elementis faciebant, quod eam esse ex omni-bus nõ oportebat, uerum satis erat eam ex altero contrariorum conficere, nãq; alterum contrario-rũ sufficiẽs est & seipm, qđ congruat, cognoscere, & contrariũ & priuationẽ, & illud qđ minime cõgruat, ut inquit in recto, & obliquo se habet, nam recto rectum cognoscitur, quia congruunt iter se, obliquum uero nequaquã, neq; sibiipsi conuenit. est enim infinitum obliquũ, neq; omnino re-cto ppter obliquitatis infinitatem congruit. Similiter ut ignorantiam cognoscamus, non indige-mus ignorantia, uerum scientia seq; ipsam, & ignorantiam cognoscit, simili quoq; modo in uisu,

& cæcitate. uerũtamen hic, quia per priuationem, & habitum fit appositio, ad utriusq; cognitionẽ solo habitu opus est, quia autem infinita priuatio est, & nihil aliud, quàm formæ absentia est, ideo merito formæ cognitio, est & ipsius formę, & priuationis cognitio. hoc enim priuatio est, quod habitus non est. at sanè in contrariis, quorum utrũq; informatum est, & naturam definitam habeat, non satis est hoc dicere, quod non est hoc. nam siqdem album cognoscerem, ignorarem idẽ nigrũ: postea quispiam diceret nigrũ esse, quod albũ non est, album quidem .s. imaginatio tolleret, in infinitate autẽ reliquum esset, ut in priuatione, cum non haberet, ubi niteretur. Oportet autem siquidem cognitio nigri futura sit, ipsius naturam nigri imaginatione circũscribi. forte igitur quoniam in elementis quoq; alia quidem sunt actiua, imo informatiua ignis, & aer, alia uero materialia magis, & passiua, ut aqua, & terra, quæ secũdum formam sunt ordinata, quæq; actiua, ea erant ad animæ substãtiã sufficientia, nãq; hisce alia quoq; absentia cognoscebat. ex analogia igitur sermo sumptus est, q si forma, & priuatio ibi est, forma ipsa, & formam, & priuationem cognoscimus: qđ autem peius est in contrariis, priuationis & materiei rationem tenet. altero igitur contrariorum correspondenti forma alterum quoq; cognoscemus. qđ quidem priuationi cõuenit, an aliquando ẽt ut contraria sufficit in contrariorum cognitionem alterum. siquidem sciẽtia est una contrariorũ? Quando enim cõtrarium dico, id patet, qđ quasdam passiuas contrarietates cognoscam. quare si album cognouero, quod est uisuum disgregatiuum, hoc uidelicet cõtrarium nigrum cognoscã: nam disgregationi cõgregatio contrarium est. igitur albo erit contrarium cõgregatiuum. quare si in aliquem cõgregantem inciderem, & si non ipsum cõsecutus cognoscerem, cognoscẽdo qđ albũ disgregat, hoc cognosceret & superueniens nigrum, quia albo contrarium est. sic igitur ex uno elemento esse animam sufficiebat, uelut ex igne, nam si hoc est, & calidum, & siccum, uidelicet quando in reliqua elementa incidero, quæ huic dispositiones contrarias faciunt, contrarietate ea, quę se ad hoc habet, illa quoq; cognoscam. quapropter ex uno elemento facere animã sufficiebat, in uno quoq; enim elemento duarum contrarietatum simul altera pars est.

Et in toto quidam ipsam mixtã esse dicunt, vnde fortasse & Thales ratus est omnia plena deorũ esse, hoc autem quasdam dubitationes habet, qua enim de causa in aere, vel in igne cum sit anima, non facit animal: in mixtis autem facit & maxime cum prestantior in his esse videatur? quęsiuerit etiã quispiã, qua de causa quę in aere est animo, sit ea, quę in aĩalibus est, melior, & ĩmortalior?

Aliam de anima opinionem exponit. putauerunt inquit aliqui animam in omni corpore mixtã esse, ut omne sit animatum corpus, & ex hac opinione ipm Thalen omnia esse deorum plena putauisse, credentes ipsius Thalę opinionem esse, quod ubiq; deus esset localiter, uel quod animã ipsam esse deum suspicaretur, uel diuinę portionis eam esse putaret. Tale quoq; est illud Arati.

Omnes quæq; uiæ omnipatenti sunt Ioue plenæ.
Pleni omnes hominum conuentus, & mare plenum.
Portusq;, & cunctis magnus dat Iuppiter usum.

Stoicos etiã esse eiusdẽ opinionis dicunt, corpus enim numen esse putabant. quod igitur deum esse loliter ubiq; putent, id quidem absurdum est, & pręter rationem, siquidem neq; deum corpus esse possibile est, quando etiam sensum esse incorporeũ demõstratũ est, & hoc est, aduersum quod Aristotelis instantia est, operationibus sanè ubiq; esse necesse, est, siquidem ipse esse omnium demõstratur, sic quidem cognoscimus.

Omnia plena deis, cunctis in partibus illi.
Sunt aures, & per terram, & per saxa, utrumq;.
Ipsum, occultauit quamcũq; in pectore mentem.

Contra igitur hanc opinionem, quæ in omni animam esse dicit, primũ quidẽ dubitat, quid ita cum sit in omni corpore anima, alia quidem sunt animalia, alia uero non? atqui oportebat ut omnia essent animalia, ex simplicibus autem nihil est animal, uelut elementa, quæ quidem magis esse animalia oportebat, nam quæ in igne aut in aëre esset anima, ea compositis melior eẽt, ueluti quæ in purioribus, & subtilioribus corporibus existeret, unde etiã magis eius actiões apparere debebãt, hoc autem uelut ab illis dictum cõmemorat, qđ in igne, atq; aëre purior, atq; ĩmortalior est anima: debebat igitur magis quam composita interlucere, & ad hoc ipsum dubitat, quomodo quæ est in elementis, animã meliorẽ, & magis ĩmortalẽ esse dicant, similiter eni cũ cõpositis simplicia corrũpuntur, & alterãtur, & mutãtur. quę igit̃ causa est, ut aĩę, quę sunt in his, sint magis ĩmortales?

Accidit autem vtroq; modo quod abſurdum eſt, & præter rationem, nāq; dicere animal ignē, aut aera prǽter rationem eſt, & non dicere animalia, ſi inſit anima, abſurdum eſt.

Quoniam dixit cum ſit anima in elementis, qua de cauſa non ſunt animalia? nunc ait, qđ utrū dent ex his, abſurdum, finesq; rationis egrediés eſt id qđ ſequitur, nam ſi animalia ea eſſe dicant, is quidem ſermo ſtolidus, & temerarius eſt, qui quidem facillime ab ſenſu conuinci poteſt, id etiam abſurdum eſt, ſi in ipſis anima ſit, ea non eſſe animalia, talem nāq; animam ipſis uidelicet ineſſe, dicebant, qualis eſt animalium anima, quę autem ſubinferuntur, id ea declarant.

Putaſſe autem videntur animam eſſe in his, quia totum cum partibus eſt eiuſdem ſpeciei.

Quomodo adducti ſunt illi ut eleméta dicerent animata, nūc ipſe declarat, ratiocinabātur enim ex hoc, quod eleméta ſimilaria ſunt, & ideo totum cum partibus eſt eiuſdem ſpeciei, partes autem totorum elementorum, quę ſunt in animalibus, animatę ſunt, igitur ex neceſſitate etiam tota animata erunt, nam ſi pars animata eſt, & totum parti ſimile eſt, id ſequitur, ut totum quoq; ſit animatum, propterea enim eſſe animalia animata, quod quandam totius corporis partem unumquodq; habeat, ſcilicet aut aëris, aut ignis, aut aliorum, quæ in eo ſunt, quod ſi ea animata ſunt, hęc etiá conſequenter animata eſſe debent. quę autem hunc ſermonem abſurda ſequūtur, ea ſubinde fert.

Quare neceſſe eſt ipſis, vt dicant, animam eiuſdem ſpeciei cum partibus eſſe, ſi quod acceperint aliqđ de continente in animalibus, animata animalia fiunt.

Si propterea inquit unumquodq; animatum eſt, quod in ſe partem quandam totius accipiat, omnes autem partes & ſecum ipſę, & cū toto ſunt eiuſdem ſpeciei, neceſſe eſt ut ſimiliter ipſę ſint animæ. Quare in ipſis anima ipſa ſecum eſt eiuſdem ſpeciei, & ſimilaris, ná ſi anima ipſa ſibi nō fuerit eiuſdem ſpeciei, & ſimilaris, ut aër, non tota erit in ſingulo, ſed alia eius particula alio in loco, uidelicet (ut ita dicam) in aere iraſcibilis, in alio uero concupiſcibilis, & in alio alia. Qđ ſi hoc eſt, haud amplius aeris particulę ſibiipſis erunt eiuſdem ſpeciei cum toto. ſiue autem id dicat uelut ab illis dictum ſit, quod anima ſit ſimilaris, ſiue ut eam non eſſe ſimilarem manifeſtum ſit, in hoc abſurdum ſermonem deducit, neq; enī omne animatum omnes animę potentias habet, neq; in qbus omnes ſunt. ut in hominibus, in illis inuicem ſunt eiuſdē ſpeciei, prǽterea dico quidem neceſſariū eſſe ex hac ratione, q̄ anima ſit eiuſdem ſpeciei, & quæ deinceps aſtruit, ad hæc etiam contra hunc ſermonem hac uti diuiſiōe poſſumus, oſtendendo eos demōſtrare quod nullo modo fieri poteſt, neceſſe eſt enim quod anima, quæ in toto aëre eſt, aut ipſa ſecum ſit eiuſdē ſpeciei, aut non, quòd ſi eſt eiuſdem ſpeciei, quia in animatis accipiendo quādam aëris partem animata fiunt, oportebat ut omnia eádem participarent animam, at quidem ſecundū manifeſte falſum eſt, non enim ſenſitiuū, & nutritiuum, & alia ſunt eiuſdem ſpeciei, primum igitur quoq; falſum eſt. quod ſi diſſimilaris eſt anima, aut omnes eius partes per aëra totum tendunt, ut in unaquaq; corporis parte nutriédi, & agendi uis eſt. ut etiam in unoquoq; arboris ramo, aut igitur omnes per totum tendunt, aut ſingula quæq; animę particula aëris quandam partem complexa eſt. quòd ſi in quacunq; aëris particula oēs aię pticulę ſunt, oportebat oīa ſilr aiata eſſe, & omnia rationis, & ſenſus eē cōſortia, atq; etiá cupiditatis, & iracūdiæ, ſed ſecūdum falſum eſt. igitur & primum, quòd ſi unaquæq; animæ particula quandam aëris partē ſuſcepit, oportebat ut aliud animal eſſet alterius animæ particeps, hoc quidem cupiendi uim ſolum teneret: illud autem iraſcendi, aliud uero ratiocinādi, & aliud tādem alterius cuiuſdam potētiæ, ſiquidem recipiēdo quādam partem aëris animalia animata fiūt. at nūc aliqua uidemus, quæ omnes animales potentias participāt, alia autem plures, non unam ſolá potentiam cōmunicant. quòd ſi quiſpiam dicat ea plures animales potētias participare ideo, quod in animalibus plures aëris amplecti particulas accidat: dicat quęnam diſtributio eſt quaſdam qdem particulas animæ ī omnibus ſimpliciter animalibus, aut animatis amplecti, quaſdá uero nō? eteni nutritiua in omnibus eſt, & augumētatiua, reliquæ uero non omnino, & rurſus quęnam diſtributio eſt in ſenſum participantibus tactum quidem penitus eſſe, alias uero non? alioqui ſi ſibiipſi ſimilaris eſt aër: quęnam diſtributio eſt, hanc aëris partem ratiocinatiuam animæ complexam fuiſſe, hanc autem ſenſitiuam, & aliam aliam? nō enim in qualibet materia naturaliter quæuis forma innaſcitur. Quare ſi neceſſe eſt unam quādam diuiſionis particulam ueram eſſe, ſiquidem animata ſunt elementa, demonſtratum eſt autem unumquodq; impoſſibile eſſe, id ſequitur, quod animata dicere falſum eſt.

Qđ si aer distractus eiusdem speciei est, anima vero dissimilaris, alia quidem eius particula inest, vt patet, alia vero non inest.

Quia necesse est secũdum illorum suppositionem, animam, quæ est in uniuerso esse sibi similarem, propterea astruit. si enim non esset similaris, sed dissimilium partium, alia quidem eius particula esset in hac particula. s. aëris, alia uero non inesset. Qđ si hoc est, non erunt omnes aëris particulæ, & elemẽtorum sibiipsis eiusdem speciei, quod illi maxime uolebãt. igitur sermonem redigit ipsis in contrarium. nãq; illi confirmabant uniuersum esse animatum, quod quæ sibi cum toto essent eiusdem speciei partes acciperent. ipse autem de suppositiõe facta animam dissimiliũ partium esse astruit, quod est cõtratium. nam partes aëris, etsi inuicem sunt eiusdem speciei, quod aër sibi ipsi similis est: attamen quia pars animæ non est eadem in unoquoq;, non erunt eiusdem spẽi: nãq; animata secũdum animæ proprietatem maxime designãtur, quoniam forma uniuscuiusq;, & entelechia est anima. Quãobrem si fieri id non potest (quãtum est in eorum suppositione) ut anima dissimilium partium sit, necessario erit eiusdem speciei. hoc aũt manifeste falsum est: alterius enim speciei est animæ particula rationalis, & alterius irascendi uis, & reliquæ similiter. Vnde si necessitas est, ut qui animatum dicunt uniuersum, ii animam eiusdem speciei, & similium partium eẽ dicant, hoc aũt falsum est: id sequitur qđ uniuersum dicere aĩatum falsum est.

Necessarium est igitur ipsam vel similarẽ esse, vel nõ esse in quacũq; particula vniuersi.

Videlicet quãtum est in suppositione illorum, quæ dicit in quacunq; uniuersi particula animã esse, unde & animata particularum uniuersi cõsortia animata fiunt, necesse est ut similium partiũ sit anima. nam si similium partium non fuerit, in quacũq; uniuersi particula minime erit eadem, qđ autem similium partium nõ sit, neq; in omnibus anima, demonstrari poterat etiam ex hoc, qđ aliquæ particulæ in eodem manifeste nõ sunt animatæ, ut lapides, & ligna, & similia, quæ sanè sunt aëris cõsortia, quòd si ipsi conarẽtur demõstrare elementa esse animata ex eo quod similaria sint, & partes ipsorum animatas esse, eas uidelicet, quæ sunt in animalibus, eidem argumento astruere cõtrarium possumus. etenim quia partes elemẽtorum, quæ sunt in iis, quæ animata nõ sunt, eiusdem speciei cum totis sunt, at hæ sunt sine anima, ergo tota quoq; carent anima. hoc autẽ, in quacũq; uniuersi particula, siue in uniuerso aëre acceperis, cuius animata participantia eo ipso animata esse dicebant: ratio procedit, siue id in uniuerso & mundano corpore interp̃tatus fueris, id etiã magis absurdum demonstratur.

Patet igitur ex dictis, quod neq; cognitio adest animę, quod ex elementis constet, neq; moueri ipsam bene, vereq; dicitur.

Quæ dicta sunt, ea concludit, hoc mõ. neq; ergo cognitionẽ habet aĩa ex eo, q; sit ex elẽtis, neq; propterea quod moueat, ipsa mouetur, sed quidẽ mouetq;, & cognoscit, at nõ ut illi dicebant.

Quoniam vero cognoscere animę est, & sentire, & opinari, atq; etiam cupere, & deliberare, & omnino appetitiones, fit autem & in loco motus animalibus ab anima atq; etiam accretioq;, & status, & declinatio, vtrũ toti aĩæ horum vnũquodq; adsit? & nos tota intelligamusq;, & sentiamus, & aliorum vnumquodq; faciamus, & patiamur? an alijs partibus alia?

Quoniam cõtinenter cõmemorauit, esse speciei dissimilis animæ partes idipsum nũc inquirere eius propositum est. nam cum plures, & diuersæ sint animæ operatiões, id quæritur, utrum, cum sit una, & indiuisibilis anima secũdum substantiam, ex una hæc substãtia potẽtiæ diuersæ, & operationes aduenіant adeo, ut & nutriẽdi, & augẽdi, & generandi, & ratiocinandi, & irascendi, & cupiendi uis, et si quæ alia animalis potẽtia est, una & eadem numero sit, & secũdum substantiã? an anima sit partibilis, & in alia, atq; alia eius particula harum unaquæq; operationum fiat? præterea utrũq; sit potentia, per quam dicitur animalia uiuere, id quærit, utrum sit in una ex prædictis operationibus, aut potẽtiis, ut in ratiocinãdi, aut sentiendi ui? aut in aliqua aliarum? an in omnibus ipsis? an in nulla? sed aliud quid præter ipsas animalibus uiuendi causa sit. hæc igitur, quæ in hisce inquirit, p̃blemata sunt. hic autẽ uidetur id uelle, ut substantiæ unius anima sit. uerũtamen hoc nõ aperte declarat, sed ex quibus ad rationem dubitat, quæ supponit quod anima partibilis est, ostẽditq; fieri non posse, ut ea particulis differentibus utens ratiocineturq;, & sentiat, & cupiat, & reliquas

reliquas operationes operetur. Hic autem ipſi uiſum eſt nihil ꝓponere, ex quo potuiſſet adducere, quod anima una quædam eſt, quæ iis utitur, quas diximus differētes potentias, & nos etiam ſępenumero demonſtrauimus Ariſtotelem cognouiſſe quidem ipſius animæ ſubſtātiæ differētiam ſolamq́;, & imortalem, ſed eum rationalem intellexiſſe. nam reliquam omnem mortalem iudicauit. nunc autem mediocria quædam hoc ipſum declarantia in uſum proponemus. Quæ ergo hic dicuntur arripiunt, & qui omnem animam imortalem faciunt, & qui omnem mortalem eſſe uolunt, & dicunt, illi quidem, uides ne quod Ariſtoteles omnem aiam ſeparabilē, atq; imortalē uult eſſe? ecce enim unius eſſe ſubſtantiæ omnem animam dicit, & intellectum, qui pars eſt animæ, ſeparabilē eſſe, & imortalē dicere uult, unde etiam ſe uelle omnem ſeparabilem, & imortalem fatetᷓ, ſiquidem omnis anima eſt unius ſubſtantiæ. Hi uero ècouuerſo, qui mortalem eſſe animam uolunt, inquiūt. ſi unam eſſe omnis animæ ſubſtātiam dicit, & iraſcibilem, & concupiſcibilē, & plantalem non ſeparari, id patet quod omnem uult eē mortalem, ſiquidem omnis anima eſt unius ſubſtantiæ. Quod autē (ut ego dixi) non animæ ſint unius ſubſtantiæ id ante Ariſtotelē ex diſſonantia, pugnaq́, affectuum, & rationis Plato declarauit, nam ſi ratio, & affectus inuicem pugnāt, unū uero idem ſibi non repugnat, id ſequitur quod ratio, & affectus unius ſubſtātiæ non ſunt. Ariſtoteles etiam in ſecūdo libro cum diffiniuiſſet animam eſſe entelcehiam corporis naturalis iſtrumētalis potentia uitam habētis, paulopoſt inquit. qđ igitur non eſt aia ſeparabilis à corpore, uel partes nōnullas ipſius, ſi ſeparabilis ſit, nō obſcurum eſt, nam quorūdam ipſarum partium entelechia eſt. Quapropter aliquas animæ partes à corpore nō ſeparari, & ideo mortales eē cognouit. Quòd ſi quædam partes ſeparātur, quædam uero nō, id. ſ. igitur patet, deinde ſubdit. Verūtamē aliquas eſſe nihil prohibet, ꝓpterea quod nullius corporis ſint entelechiæ. manifeſte igitur ibi quaſdā aię particulas eſſe corporis formę dicit. unde quoq; ſequitur non eſſe ſeparabiles, nāq; eſt entelechia forma, & perfectio corporis, aliquas autem ſeparari ideo, q̄a nullius corporis ſunt entelechiæ. Rurſus etiam cōfeſtim ſubinfert, adhuc quoq; obſcurum eſt, an ſit hoc modo entelechia corporis anima, quēadmodmodum nauigii nauiculator. Quare etſi diceret omnem animam entelechiā, illud tamen cognouit quādam eſſe ſeparabilem entelechiam, quæ extrinſecus ipſum ſubiectū inſtruit, ornat, & perficit, ut nauigium nauiculator. Quòd ſi alia quidē ſeparabilis eſt, alia uero non, & alia quidem mortalis, alia uero non, id patet, qđ harum ſubſtantia diuerſa eſt. igitur manifeſte in ſecūdo ſermone nō ſolum diuerſæ ſubſtantiæ, uerūetiam diuerſi generis eſſe itellectum dicit, adeo ut anima rationalis cum ea quæ rationis expers eſt, genere nō ſit una. cum enim de aliis animæ potētiis quæſiuiſſet, ſingulum ne anima ſit, an pars animæ, de intellectu inquit, & cōtemplatiua potētia nōdum patet, uerum animæ uidetur eſſe alterum genus, & hoc contingit ſolum ſeparari, quēadmodum à corruptibili ęternum, qđ etiam de diuino intellectu, ut putat Alexāder, hæc nō dicat, id patet, nam quærens de particulis animæ ſeparabiles ne ſint, an non, ſubintulit. de intellectu autem, tāquā & ipſe ſit animæ pars, non enim intellectum diuinum eſſe animæ partem dixiſſet, alioqui quomodo de diuino intellectu, qui penitus à corporibus ſeparatus eſt, eum poſſe ſeparari dixiſſet? & quomodo de diuino intellectu omnino id quæſiſſet, an ſit ſeparabilis, an non? quod aūt neq; alium intellectum quem ipſe contemplatiuum uocat, inaſci nobis uelit, id patet, q̄a ipſe rurſus ait, intellectum contēplatiuum ſolo fine ab actiuo differre, quoniā ſubiecto eadem ſunt. actiui enim finis eſt bonum, contēplatiui uero ueritas. etenim quādo ad ſuperiora ſe tollit, cōtēplatiuus fit, uniuerſi naturam diſquirens, quādo uero ad inferiora ɔuertitur, euadit actiuus. q̄re ſi actiuus intellectus humanus eſt, hominum nāq; ſunt actiones, isq́; ſolo fine differt à cōtēplatiuo: id ſequitᷓ quod intellectus contēplatiuus humanus eſt. Quod igitur nō omnem animam unius eſſe ſubſtātiæ dicat, hæc dicta ſufficiant, quęq́; à nobis in ꝓœmiis propoſita ſunt, atq; etiam magis per ipſa dicta percurrētes cognoſcemus. hic ſanè uidetur intendere ſermonem contra Timæum, qui in particulis corporis animam eſſe diuiſam dicit, & rationalem, & ſenſitiuam in cerebro ſedem habere, in corde uero iraſcibilem, & in epate concupiſcibilem, hiſce igitur occurrens, quia ſecūdum particulas corporis animam eſſe in minutas partes diuiſam minime concedit, uerum totam per totū corpus, etſi multipliciter diuiſum eſt, eam unam habere cōtinuationem, ſic ait. unam eſſe ipſam, quia quoq; animal eſt unum, ſed Plato, non ut qui putaret in cerebro ſimpliciter ſubſtantiam rationalem ſedere, in corde uero iracūdiam, & in alia parte aliud quodpiam, in illis corporis partibus eam diuiſit, uerum ut qui ſibi perſuaderet aliam quāq; partem corporis ad aliam animæ partem accōmodate ſe habere, ut inde illuminationes acciperet: quemadmodum enim nō oculi omnes ęqualiter ſolis lumen accipiunt, neq; quod magis in hoc oculo ſol ſedeat, ideo magis elucet, uerū eius

aptitudinis causa id fit,& quæ inanimata transparentia sunt,ea propter aptitudinem propriá,operationis ipsius luminis cômodum capiunt. Simili modo quoq; id putandum est,quod anima magis in quibusdam partibus lumen concipit,ea de causa,qđ eę partes maxime appositæ sunt. quádo & ipse Aristoteles alibi uidetur opinari,quod animæ præstantissima pars in corde sedeat. Sed rursus ex his quędam exoritur dubitatio,num enim substantia una quædam est anima? & pro diuersis temperationibus,& aptitudinibus corporum in alia parte alias habet operationes? in oculo quidem uidendi uim,in aure uero audiendi,& in alia particula aliam potentiam? Quòd si hoc patet,qđ uidédi potétia in oculo est,& eú iformat:auditus aút in pticula sede sua, & alia uis in alia,q; si hoc sit,uiliora qdé,iformabút nobiliora,& ipsius formæ materia cá erit,& forma pp materiá facta,ná qdé materia cuius gŕa erit. uisus eni fuerit oculi gratia,& forma erit alicuius gratia,sed hoc est rerú naturá puertere.q; si hæc absurda,& impossibilia sunt,nõ quidé in partibus opatiões animæ diuersæ sunt,at substantia differunt,quoniam cognoscere animæ,horum q̃ enumerata sunt, hæc quidem sunt animæ rationalis,uidelicet cognitio,& opinio,& deliberatio, hæc auté.s.sensus, cupiditas,appetitio,& motus localis,animæ ratione carentis propria sunt. Plantalis uero accretio, & summum incrementum,& corruptio,utrum singulum harum adest animæ. hoc est nunquid una est aiæ substátia,quę multiplicis potentiæ cum sit,operationes diuersas facit,an substantia nõ est una,sed multimembris de substantiis diuersis componitur,& una quæq; eius pars ex dictis aliquid amplectitur.

Atq; etiam ipsum viuere,vtrum in aliquo horum est? an & in pluribus? an & in omnibus? an alia quędam causa sit?

De his etiam quærit, de qua nam animæ parte iure optimo ipsum uiuere adueniat, sed ipse in sequenti libro dicet,id esse partis animę ultimę,& maxime humilis,potentiæ, scilicet plantalis,non enim quod huius animæ sit expers,uiuere quicquá potest,quare etiam quę participant hanc uná, scilicet plantæ uiuere dicuntur.

Dicunt autem quidam partibilem ipsam esse,& aliud quidem intelligere,aliud vero cupere, quid igitur tandem continet animam,si partibilis est? non enim quidem corpus,nam videtur contrarium potius,quod anima corpus contineat,quod ea egressa effluit,& putrescit. si igitur aliud quid vnam ipsam faciat,illud potissimum fuerit anima. opus erit autem rursus,& illud quęrere,vtrú vnum,an multimembre sit,q; si vnum sit,cur non statim & animam vnum esse? sin autem partibile,rursus ratio quęret,quidnam sit continens illud? & sic quidem ibit in infinitum.

Hinc est ad ea,quæ proposita sunt,obuiatio,nam, quia diuersę sunt operationes animæ,quéadmodum propositum est, id merito quæsiuit an tota anima omnia operemur? an aliud in alia eius potentia? sed quia non consentaneum est,ut dicamus,ex eadem potentia diuersas operationes prouenire,necesse est ut anima sit multiplicis potentiæ, unde rursus in iis illud merito quærit,utrum in suas potentias diuidatur anima,habeatq; in hac quidem parte hác potentiam, in illa uero illam? adeo ut in tot partes diuisa sit,quot etiam potentiæ sunt. an cum sit una, & impartibilis potentias diuersas habeat? ut ignis,qui unus,& idem secundum substantiá & calefacit, & siccat,& illuminat, multas quidem potentias habens,non autem in multas partes diuisus:uelut etiam pomum,quod quidem cum secúdum substantiam sit unum,diuersas tamen potentias habet,odorem, dulcediné, colorem bonum,& figuram. & in aliis quidem ferè omnibus hoc uideri potest. igiť contra eos,qui in partes animam localiter esse diuisam dicunt (hæc autem/ut dixi/contra Timæum Platonis laté ter dicit)nunc disputare instituit. nam si anima in partes diuisa est,id necessario sequitur quod aut inuicem diuisę sunt hæ partes,aut unitæ. Quòd si inuicé partes animæ diuisæ sunt,quomodo erit animal unum? q; si animal continuum est,& sibiipsi compatiens,necesse est ut animales potentiæ, siue partes animæ,quæ animal ipsum informant,unitæ sint,nam si ipsæ non erunt unitę,quomodo animali erunt unionis causa? Quòd si animæ partes unitę sunt,qđ nam ipsis unionis causa est? nam certe corpus non est,non enim fieri id potest,cum sit è cõuerso anima corporis unionis causa, anima enim corpus ipsum uilius est:quod aút unionis causa est alicui,id necesse est ut eo,cui unionis est causa,sit melius,at aïa corpore melior est,& illius unionis causa,unde ea egressa(inquit) ipm corpus effluit,atq; putrescit,non est igitur aiæ partiú corpus unionis causa. aut igitur unitæ sunt

ab alio quodam, aut à seipsis, ab seipsis quidem uniri eas impossibile est, diuersę enim substātiæ sunt, oportet enim id esse unū quoddam, quod ea, quæ diuersæ naturę sunt, unire debet, idq; esse opus est aliud ab iis, quę uniuntur: quemadmodū si sit aliquod unum liquidum, & alterum ex his corporibus, quæ inuicem conglutinantur, in unione enim terræ, cum aqua corporibus appositis inuicē, corporibus inquā aquę, & terrę, liqdi uero q̄litate per ea tota corpora ꝓcedente, & per se mediā conglutinante suppositorum corporum fieri unionem contingit. nam quę semel ab natura diuisa sunt, neq; eandem sibi sunt sortita substantiam, nūquàm ab sua ipsorum natura quæ semel ea separauit, in unum coniungerētur, uerum si uniri debent, opus est ut ipsis aliud adueniat, per qd medium fiat illis unio mutua. quare illud est concludēdum, quod animę partes, cum sint inuicem diuersę, ab seipsis, ut uniantur impossibile est. q̄ si ex se nō habent unionem, sed ex alio quodā illis uniri contingit: hoc rursus necesse est, aut ut sit unum, & impartibile, aut multimembre: q̄ si multimembre erit, illud iterum interrogabimus, quæ nam sit illis unionis causa? nam quomodo quæ unita non sunt, ea aliis erūt unionis causa? & rursus, quod illas unit, utrū unum illud erit? an multa? & hoc in infinitum. q̄ si uniens animæ partes unum est, id quidem esse animā concedamus, & quid nam, inquit, animam quoq; non ex se unum faciunt? nam si unionis causa unum esse diuisis necesse est, animā autem corpori unionis, & coniunctionis causam esse uidemus, consentaneū est, ut animam unum ex se esse supponamus, neq; eam alio tertio cōtingente se indigere dicamus. nec quidem absurdum est animam unam & subiecto, & substantia existentem diuersis usam esse potentiis, & propterea uarias operationes habere. ut ignis, pomumq; habet, ita ut ferè corpora, quę subiecto unum sunt, diuersas potentias habeant. hęc autem dicit Aristoteles non in dogmate probabile id esse ostendens, quod iam diximus, uidelicet animam unius esse substantiæ, sed ipsum Timęum reprehendens, qui in partes corporis animā diuidit: etenim nō ipse animam unam esse substantiam, sed ex diuersis substantiis cōponi, uniriq; inuicem, & sic sanè continuari, ut unus in easdē affectiones consensus fiat, de ratione enim quodpiam transit in affectus, & ex affectibus in rationē: nāq; hoc illis desuper de conceptione rationis aduenit, ut rationi subiiciatur, & obediant, & rationi contingit, ut ex habitu, quem ad affectus habet, ad proprias operatiōes impediatur: sic igitur una substantia est anima, unde & hominē totum unius esse substantię dicimus, & simpliciter, quę sunt ex forma, & materia. quoniam uero neq; anima ratione carens omnis est unius substantiæ, sępenumero inuicem pugnare affectus ostendit, iram scilicet, & cupiditatem, nihil autē sibi idem repugnat, igitur ut plurimum rationis partes ira sequitur, uelut ea, quæ propter studiū magnificentiæ generosior est, at cupiditas ipsa contēdendo in diuersa retrahere conatur. Quòd si quispiā quęrat, quid igitur sit uniens diuersas hasce substantias, respōdemus, quod ipse in aliis dixit, non oportere quęrere quid sit uniens in iis, in quibus aliud quidem formę, aliud uero materię rationem tenet, nāq; ea de seipsis unionem habent. naturaliter enim materia, postq̄ ita disposita est, ut spōte formam suscipiat, ex nulla alia causa, quæ magis continua sit, ipsam suscipit, quemadmodum (ut ita dicam) cum ferrum politum sit aptum ad suscipiendam formam securis, uel ferrę, non quidem est aliud quoddam, ferro talem quod uniat formā, sed hæc inuicem sponte producūtur, simili quoq; modo in naturalibus, ut in animalis formatiōe, reliquorumq; omniū: nam materia, & forma sunt ex his, quæ ad aliquid dicuntur, materia enim formę materia est, & èconuerso. quæ autem dicūtur ad aliquid, ea simul subsistūt, & simul destruūtur, neq; id opus est, ut ea sint prius, postea alicuius unientis indigeāt, neq; enim id opus est, ut in parte sint prius pater, & filius, deinde mutuum habitū suscipiant, sed altero cognito, simul alterum cognitum est. Hoc igitur modo etiam in partibus animæ diuersis habet res, anima enim quę ratione caret ad animā rationalem materię rationem iusti net, hęc uero ad illam formæ, similiter plantalis ad irrationalem materię rationem tenet, ueluti etiā corpus ad plantalem se habet, in iis igitur nō quæremus quid sit uniens: etenim simul ac illud, qd materiæ rationem tenet, aptum est ad suscipiendā formam, hoc ipsum simul fit, quod quidem nullius unientis extrinsecus eget, uerum illud intrinsecus habet cum suæ ipsius naturæ potentia, quę unum facit, sed in humana quidem anima hic sermo ꝓcederet, cum rationis anima particeps una sit, eaq; etiam, deinceps per ipsam uniūtur, quemadmodum in Herculeo magnete lapide & ferramentis quæ ex eo mutuo pendēt. sed quid (inquit aliquis) in animalibus quæ ratione carent? nam si partes eius animæ, quæ in illis est, irę inquam, sensus, & cupiditatis sunt alterius substantię, quid erit uniens eas, quod sit in illis superius? nā eæ corpori sunt unionis causa, easq; multo ante ab aliquo unitas esse oportet. deinde quomō eæ, si non erunt unitę, poterunt esse unionis causa, iis quæ se post erunt? nec quidem illud dicemus, quod altera alteri ut materia subiiciatur, omnes enim eæ

ſunt eiuſdem ordinis,& in plantali anima dicemus, quod etſi totam inſtitutionem quiſpiam dicat eas partes unire,nondum tamen quod quærimus id dixit, etenim cui nam in unum coniũgitur? nãq; quod eius unionis eſt,ut cauſa formalis,id quęrimus,non id,quod facit.cui nam igiẽ eas partes ueluti cõtingens corpus naturæ,aut ſimpliciter alicui potẽtię naturali colligauit? Quòd ſi fuerit in partibus animæ quodpiam aliud eas uniens, id quidem uelut earum forma erit, & erit illud anima,nunq̃ autem in iis abſurdum eſt,quod inferiora materię rationem habeant ad meliora,nãq; in iis,quę carent anima,formis hoc ipſum accidere uidemus,qualitates enim, quæ ſunt elementorum formę,rationem materiæ habent ad ea,quæ ex ipſis corpora fiunt.

Dubitauerit autem quiſpiam etiam de partibus eius,quam potentiam habeat vnaquæq; in corpore:ſi enim tota anima totum corpus continet, conuenit etiam partium vnamquãq; continere aliquã corporis,hoc autem impoſſibili ſimile videtur.Qualem enim partem,aut quomodo intellectus continebit difficile eſt fingere.

Et hoc quippe merito dubitauerit quiſpiam,nam ſi tota anima totum corpus continet (paulo enim ſupra dixit,id enim potius contrarium uidetur,quod anima contineat corpus) ſi igitur tota totum corpus continet,& partibilis eſt anima,& in plures partes diuiditur,id neceſſe eſt,ut unaquęq; eius pars aliquam partem corporis contineat,quemadmodum quoq; illi dicere uidebãtur, qui ratiocinandi,& ſentiendi uim in cerebro,in corde uero iraſcibilem,aliamq; potentiam alio in loco collocabant.eius igitur unaquęq; pars corporis,in quo eſt,aliquam partẽ continebit,nõ enim in alia parte corporis alia pars animæ,aliam corporis partẽ continebit,una enim quęq; pars animæ partem,in qua eſt,eam continet,hoc autem inquit impoſſibili ſimile uidetur,ſcilicet dicere unamquamq; animæ partem quandam corporis continere.nam ſi hoc eſt,qualem partem inquit,aut qũo intellectus continebit difficile eſt ẽt fingere eſt.n intellectus quoq; pars animę,q; ſi corpus aĩa cõtinet,& ipſa,& partes eius ſeparabiles ſunt,id quidem ſequitur,quod partem corporis cõtinebit. at intellectus eſt animæ pars,ipſum igitur aliquam partem corporis continere opus eſt,& hoc quidem etiam fingere difficile eſt.nam quãq aliæ animę potentiæ uelut eę,quæ in operationibus corpus uel totum,uel in parte mouent,in quibuſdam ſeparatis particulis ſubintelligen ur,quomodo intellectus,qui in corpore nõ utitur operationibus,in aliqua particula corporis eſſe ſubintelligẽ? manifeſte igitur per hęc intellectum à corpore ſeperabilem dicit,quod ſi hoc,imortalem quoq; eũ eſſe fatetur,quod & ipſe ſæpenumero dixit,& nos huiuſce rei uſus in proœmiis propoſuimus.At Alexander hoc in loco cum penitus dubitauiſſet quid eſſet huiuſce conſyderationis proprium dicere,ſilentio locum prgteriit.ex his igitur,quæ dicta ſunt,hic id patet,quod intellectum eſſe ſeparabilem,& ſubſtantiæ alterius Ariſtoteles declarat.

Apparent autem & plantę diuiſę viuere,& animalium quędam inſectorum,vt eãdem habẽtia animam ſpecie,& ſi non numero,vtraq; igitur partium ſenſum habet,& mouetur in loco in aliquod tempus,q; ſi non perſeuerant,haud eſt abſurdum,inſtrumenta enim non habent,vt naturam conſeruent,ſed nihilominus in vtraq; partium omnes inſunt partes animę,& eiuſdem ſpeciei ſunt ĩter ſe,& cũ tota,inter ſe quidem,vt quę ſeparabiles nõ ſunt,cũ tota animã,vt quę diuiſibilis eſt.

Cum redarguerit oratione dicentes eſſe animam ſecundum partes partibilem,nunc in ipſis rebus ſermonem falſum eſſe demõſtrat,ſi enim inquit plantę,& animalia inſecta diuidantur,una ſingula quęq; pars indifferenter animales potentias habere uidetur,quia in unoquoq; ramo & generandi,& nutriendi,& augumentandi uis eſt,& unaquæq; inſectorum diuiſorum pars habere motumq;,& ſenſum uidetur.quòd ſi ſecundum partes eſſet anima ſeparabilis,non hoc quidem eſſet, ſed in hac quidem particula ſenſus,in illa uero motus eſſet,generandi autem uis aut ſtatim cum diuiſione ſimul in inſectis corupta eſt,aut in utroq; potentia eſt,aut omnino nihil eſt.eteni multa ipſorum,fortaſſe etiam omnia,non generant.quapropter una,& eadem anima in his eſt numero quidem,priuſquàm diuidantur,poſtquàm uero diuiſa ſunt,ſpecie,non autem amplius numero, non enim fieri poteſt,ut quę in diuiſis ſubiectis ſunt,eę ſint una numero.quod autem inſectorum partes utplurimũ nõ uiuant,cãm eẽ ferũt,qđ q̃ potẽtiis aĩæ ſubſeruiũt ptes inſtſales haud habeãt, ut fortaſſe ĩteſtina,aut oculos,aut os,aut ſiſſa,p q̃ uirtus ea,q̃ in totũ corpus defluit,ſuppeditaẽ & eiuſdẽ ſpẽi ſunt inter ſe,& cum tota,inter ſe qdem ut eæ,quæ partibiles non ſunt,cũ tota uero aĩa ueluti quæ diuiſibilis eſt,nam partes inſectorum,necnon plantarum ſecum ipſæ ſunt eiuſdem ſpe

ciei.propterea quod animæ potentias minime separabiles habent,sed omnes in unoquoq; potētia sunt,hoc enim id est,inter se quidem,ut quæ separabiles nō sunt,cum tota autem anima sunt eiusdem speiei,scilicet ante quàm fiat animalis diuisio,cum ea autem hac de causa sunt eiusdem speciei,quod est,ut tota in partes similares diuisibilis,namq; similarium diuisorum partes cum totis sunt eiusdem speciei,diuisibilis autem per accidens,quia cum diuiditur illud in quo est,ipsa etiam simul diuiditur.cum igitur Aristoteles quibusdam exemplis exercuisset rationē,plantarum uidelicet,& insectorum,bene quidem succedentem comperiit.at quispiam fortasse dubitauerit,an in omnibus hic sermo sit uerus,in aliis namq; animalibus cerebrum uidetur causa sensus,& motus, etenim si quodpiam iniciatur in cerebrum,id quidem ìmobile,atq; insensibile animal facit,etiam si ueruus,unde in reliquum corporis è cerebro motusq;,& sensus aduenit,diuidatur,eius quidē pars diuisa superior tota & mouetur,& sentit,quę uero inferior est omnino motuq;,& sensu caret,illud idem quoq;,si in neruo fiat oppilatio,obuenire solet,preterea iræ ipsius generatio de sanguine circum precordia cernitur esse,cupiditas uero aut simul cum epate disponitur,aut ex epate ipso oritur,q; si potentię ipsę in subiecto corpore esse habent,neq; tamē omnes per totum corpus procedere uidentur,neq; enim uisus,neq; auditus,neq; odoratus,neq; gustus per totum progrediuntur,uis etiam concoquendi,quasdam sibi particulas designatas habet,ad hęc ira non per totum procedit,& in reliquis similiter dicendum est,quod omnino necessarium est,ut unaquęq; uirtus in illa parte sedeat,in qua etiam operatur.ad hęc igitur ita dicunt,quod harum potentiarum partes hæ principia quidem sunt, at non penitus in illis circunclusę potentiæ sunt,sed ex illis in reliquum quoq; corpus ueniunt,igitur totum corpus simul cū iracundia,cum cupiditate disponitur.ueruntamen hoc non sufficit,nam quod quęrimus,id dubium est, quod unaquæq; animę uis quandam sibi partem corporis sortita est,qua primum iuxta uirtutem animę in se sedētem operante,aut patiente,propter continuationem,coniunctionemq; naturæ reliquum quoq; simul corpus afficitur.nunqd igitur,quod ad plantas,& insecta pertinet,in ipso manifesto corpore anima habet esse,quare simul cum subiecto diuiditur,in reliquis uero animalibus uelut ea,quæ in alio quodam subiecto spiritu est,& secundū quandam aptitudinem reducet,cū priuata fuerit, ea aptitudine,quicquid diuisum,aut tale aliquod passum fuerit,haud amplius animæ opera admittet.q; si ad hoc ut reluceat aptitudine indiget,id sequit̄,qđ unaquęq; eius pars maiorē cum potentia quadam animæ aptitudinem habens magis,uel sola inter alias eluceat,& ex ea propter continuationem in reliquum quoq; corpus dimittitur:in spiritu quidem sic se habent animales potentiæ,quemadmodum in arbore plantales totæ per totum procedentes spiritum.

Videtur autem & in plantis principium anima quædam esse, hæc enim sola communis est & animalibus,& plantis.

Postq̄ eos,qui fuerunt ante se physicos improbauit ea de causa quod omni de anima nō differuerunt,hoc ipse facit,deq; omni differit.cum igitur in superioribus dixerit etiam plantas esse animatas,in quibus cum diuisę sunt,esse speciatim eandem animam dicebat,ubi etiam refellit Orphei carmina,quæ nos ex uniuerso animam latam respirare dicunt,idq; uerbis ostendit impossibile esse plantis contingere,nunc quod anima est etiam in plantis huiusce rei fidem facit,ex eo quod & plantis,& animalibus hæc potentia cōmunis est:nam si nutriendi,& augendi,& generandi uis in animalibus animalis potentia est,& easdem in plantis uirtutes esse uidemus,id patet quod illę etiā sunt animatæ.illud autem quod ait,hæc enim sola communis est,hoc significat,quod hanc solam cum plantis animalia communicant.

Et hęc quidem separatur à sensitiuo principio, sensum autem nihil sine ipsa habet.

Ex hoc illud ait,plantale quidem principium sine sensitiuo potest esse,sed hoc non sine illo,hoc autem dixit,non ueluti potentias utraq; anima separabiles habeat,id enim paulo ante redarguit, uerum quod in quibus plantalis est,in iis omnino non est sensus,in quibus autem sensus inest,in iis plantalis est omnino,quod si fieri non potest,ut sine plantali sensitiua sit,id patet,qđ ipsa quoq; plantalis anima est,de hac autem ueluti potētia animali differitur,superius quidem quęsiuit qua nam parte animę uitā habeamus,in iis autem,quę sequētur in animatis secundū hanc ipsam potentiam uitā esse dicturus est.Quę ergo à prioribus de anima tradita sunt,hæc dicta sufficiant.

Finis primi libri.

IOANNIS PHILOPONI INTERPRETATIO

IN SECVNDVM LIBRVM ARISTOTELIS DE ANIMA.



OSTQVAM In primo Libro, quemadmodum in proœmiis pollicitus fuerat Aristoteles maiorũ de anima opiniones exposuit, & ibi, siquid ab eis non bene dictum fuit, argumětis falsum esse demõstrãs confutauit: reliquum est, ut quæ sua de anima sit opinio, nunc exponat. In hoc igiť secundo Libro de potentiis animę, quę sunt extra partem rationis, in tertio autem de iis, quæ sunt rationis participes, disserit: quãquàm in hoc etiam rationalium, & in tertio irrationaliũ mentionem facit. in principio autem ueluti cõmunem animæ diffinitioně declarat, cum eam dicat esse entelechiã corporis naturalis organici potentia uitam habentis, quam diffinitionem, quicũq; uoluerunt aĩam rationis participem dicere ĩmortalem, Philosophi correptam impugnant dicentes eiusmodi diffinitionem non esse omnis animæ, sed solum plantali cõuenire: nam, si entelechia perfectio est, & forma, & animam esse corporis entelechiam dicit, forma autem corporum inseparabilis ipsa est, id patet, quod hic de ea, quæ non separatur à corporibus, sermo est: sola autem ea plantalis est. Verum illi male putãt hæc enim diffinitio uere de omni anima data est, nam cum dixisset entelechiam esse animam, subintulit primam, nãq; entelechia alia est prima, & alia est secunda, prima quidem (inqt) ut scientia, secunda uero ut contemplatio. Dicit igitur entelechiam ut scientiam. non ut contemplationem, nam cum adsit anima, & somnus, & uigilantia est. ꝓportionabile autem sciětię somnus est, contemplationi uero uigilantia. Quare si entelechiam nõ uult esse aĩam, quěadmodũ scientiæ habitus est, propterea quod animal, ubicũq; uiuat, animam semper habeat: neq; tamen secundum illam semper operetur, id quidem patet, quod ille de plantali sola non loquitur. Plantalis enim nõ secũdum scientiam, sed secundum contemplationem speculatur, semper enim plantalis anima per actum secundum. Qđ est ut contěplatio opať, & id magis in somnis, ubi reliquæ animæ potentiæ quiescunt, & ideo tunc maxime digestiones fiunt, Venereaq; sæpenumero nos, etiam si nolimus, inuadunt. Quare magis & de rationis participe, deq; ea, quæ ratione uacat anima, hic sermo fuerit, quam de plantali, nãq; animis hisce, etiam si dormiamus, animati sumus, in secũdo enim habemus animam potentia, quod est actu primum, hoc autem est ut scientia, geometricum nãq; habitũ geometra dormiens habet, contemplationem uero nequaquã. Item cum ipse definiens dixisset animã esse entelechiam corporis naturalis organici potentia uitam habentis, subintulit. quantum ex diffinitione colligitur, necesse esse animam, uel aliquas partes eius, si partibilis ipsa sit, à corpore separari, de plantali. s. id enuntians. nam quid à corpore separata nutriendi uis nutrieť? aut ipsa augendi quid augebit? etenim quarũdam inquit ipsarum partium est entelechia. Deinde subiungit. uerũtamen aliquas esse partes nihil prohibet, ideo quod ullius corporis entelechiæ non sunt. Quapropter intellectum quoq; complexus est, is enim neq; circa corpus operationes habet, neq; quo operetur, corpore utitur: quod quidem, ut dictum est aduersatur illi, quoq; minus operetur, impedimento est, proptereaq; necessario separabilis. deinde rursus hæc adducit, adhuc autem nõ patet/an sic entelechia corporis anima sit, ut nauis gubernator. id autem manifestũ est, quod hoc ipse non dixisset, siquidem de plãtali sola sermonem faceret. At fortasse ex his, q̃ dicta sunt, aliquis contrario dubio fieri posset, num tali definitione plantalis anima concludatur: nam si animam esse entelechiam dicit, non ut contemplationem, sed ut sciětiam, plantalis autem anima entelechia est, non ut scientia, sed ut contemplatio. semper enim operatio in secundo est, quod actionem significat, id patet qđ animæ tali non conuenit hæc diffinitio. Sic igitur ad hoc dicamus quod nihilominus in diffinitione plantalem complexus est, nam cum dixisset entelechiam ut sciětiam, omnem animam complexus est, quod enim omnem consequitur, & semper, id extulit, etenim quando rationalis anima operatur, & quæ ratione caret entelechia ut sciětia diceretur, quod est ut habitus: quod qui

dem potestate secundum est,actu uero primum,propterea quod omnis operatio ab ea,quæ se se/
cundum habitum habet potentia,descendit;operans enim uidelicet geometra geometrica exercen
do habitum geometricum tenet,quem si non teneret,quomodo per eum operaretur,quem nõ te
neret?quapropter ubi est operatio,ibi quoq; penitus habitus est.at non contra ubi habitus,ibi ope Operatio
ratio est.nam geometra dormiens(ut sæpe iam dixi)habitum quidem geometricum tenet,at ope/ Habitus
rationem non habet,quod si latius habitus se habet,quàm operatio,semper enim,& omnes haben
tes consequitur,merito cum uellet omnis animę,quomodocũq; se haberet,siue uidelicet operaretũ
siue non,definitionem dare,usus est ea,quæ & semper,& omnes consequeretur.s.entelechia ut sci
entia Quẽadmodum igitur de operante rationali anima dicens,irrationalem quoq; complectitur,
hoc modo plantalem non prætermittit,nam quod plantali semper inest, operationem dico, illud
aliis est aliquando.at sanè potentia secunda,quæ est in habitu,omnibus adest,& semper. præterea
ipse in dictione omnis animæ esse redditam rationem uult,quod iquit si cõmune quoddã in oẽm
animam dicere oporteat, id erit entelechia prima,sermonemq́; in omnem protendit,ostenditque
non esse ut diffinitionem,cum dicat,si quoddam.sic igitur sit hoc ordinatũ.In his autem quærere
dignũ est,qd ita,cũ ipse id dixerit in priori sermone(at cauti simus,ne lateat utrũ unus de ea sit ser
mo,ueluti de aíali,an alius de unoquoq; ut de equo,cane,hoíe)qd ita inquã hic oís aíę unã diffõnẽ
assignet?ad hoc igitur dicimus quã maxime nõ esse diffinitionem datã.nam si animæ,inquatũ aní
mæ non est cõmune genus,nam certe ut substantiæ est cõmune quoddam genus,uidelicet substã
tia,ueluti nec indiuiduorum est,inquantum indiuidua sunt,est quidem cõmune quoddam ge/
nus animæ,animatum particulari non,uel specie,differentiam nec est omnium quidem cõmunis
quędam species,ueluti quę solo numero differũt,quemadmodum est animalium in his quę specie
differunt cõmune quoddam genus,scilicet animal simpliciter,& hominum cõmunis quędam spe/
cies est,homo simpliciter,omnis autem diffinitio genus habet,non igitur omnis animę simpliciter
dare diffinitionem,sed discriptionem possumus.quare hæc ratio quæ de omni anima tradita est,
descriptio est,non diffinitio,pręterea ipsa discriptio non est proprie una,nãq; æquiuocarum rerũ
animarum per ęquiuocas uoces descriptiõem reddidit,æquiuoca autem uoce quidem unũ quod/ Aequoca
dam sunt,significatione uero plura,ipse autem dicit in Topicis possibile esse ęquiuocorum per uo
ces æquiuocas unam diffinitionem,uel descriptionem dari,dicimus enim cibum sanum,& medi/
cinam sanam,similiter phlebotomiã, & exercitationem sanã dicimus,& urinas,& pulsum sanum.
horum igitur,cum sint æquiuoca,possumus inquit unam per uoces æquiuocas diffinitionem
dare dicentes illud esse sanum,quod ad sanitatem bene se habet,hoc autẽ quod ad sanitatem bene
se habet,æquiuocum est,uel eo quod sanitatem facit,uel significat,uel conseruat.quod si cõmuni
proponamus id,quod unicuiq; priuatim inest,tunc uniuscuiusq; priuatim diffinitio fit,uidelicet
bene se habens ad sanitatem est,ut conseruet ipsam,uelut exercitatio,aut ut significet,uelut urinæ
faciunt,aut arteriarum pulsus,aut ut faciat,ueluti cibus.Quaprpter uoce quidem una est hæc
diffinitio,bene se habens ad sanitatem,significatione uero plures.hoc igitur modo neq; assignata
animarum descriptio,cũ sit æquiuoca,una erit,uerũ plures.entelechia enim de forma separabili, Entelechia
& de ea,quæ nõ separatur,dicitur,nam gubernator quoq; nauis perfectio est,& forma carnis per/
fectio est corporis ipsius carnis,uerum cum sit à nauigio separabilis gubernator,solam,quæ naui/
gii perfectio est,operationem suam tenet,forma uero carnis,& & uniuersaliter formæ quæ sunt
in materia suorum subiectorum perfectiuę sunt. sic igitur & in animabus, anima qdem plantalis
& ea,quæ ratione caret,cum substantiam ab subiecto habeant inseparabilem,& quæ sine subiecto
nihil operari queat,ipsam quidem substantiam habent,quæ ipsius subiecti perfectio est,at sanè ra/
tionalis anima non substantia,sed operatione sola perficit animal,uoluntate enim sua utens ani/
ma irrationali uelut instrumentoriis modis ipsum mouet.præterea in animis est & prius,& poste
rius,namq; ubi rationalis est,ibi quoq; sunt reliquæ,neq; id sanè conuertitur,in quibus autẽ pri/
us est,& posterius,horum non est cõmuniter prædicatum genus,non igitur animarum cõmune
qddam genus est , uerum sunt æquiuocæ,uelut ea,quæ ab uno,& ad unum sunt.Dixi autem ra/
tionalem non esse sine aliis,ad hoc uidelicet animal mortale despiciens,quoniam quantum in sub
stantia propria sua anima & ante animalia,quæ ratione carent,& post esse per se potest,at is sermo
de animis est,quæ sunt in hisce animalibus,quæ morti obnoxia sunt. quare si animæ sunt æqui/
uocæ,diffinitio quoq; animarum tradita est æquiuoca,neq; propterea una est,unde & ipse cum
sciret impossibile esse proprie unam animæ diffinitionem assignata hac ipsa diffinitione dixit si
quoddam cõmune in omnem animã dicere oporteat. At quispiam fortasse ex his,quę dicta sunt

illud quæsi uerit,quid ita,si una omnis animę diffinitio dari non potest,de iis,qui fuerunt ante se, conquestus est Aristoteles,quod non de omni anima disseruerunt? Dico igitur primum quod illi facere poterant,ut ipse fecit,de omni scilicet,si non diffinitionem,saltem cõmunem quandam descriptionem reddere,deinde non hoc eos accusat,quod unam omnis animæ definitionem non assignauerint,uerum quia de omni,quæ cuiusq; essent propria,minime differtarunt,quod quidẽ ipse facit,nam post traditam cõmunem rationem priuatim de unaquaq; differet,& de ipsis eo, quo dubitauit modo,docebit.etenim cum uelit de ea,quæ est extra partem rationis,explicare,de obiectis primum disputat,ueluti de sensu doctrinam daturus,prius de sensibilibus sermonem facit,& de uisu dicturus de uisibilibus prius loquitur,neq; ante de nutriendi ui differit,quam de nutrimentis tractauerit,de aliis quoq; simili modo.deinde sic ad operationes transit,& inde ad illas potentias,quæ eas ipsas operationes faciunt.



VONIAM *autem ea quæ de anima tradita sunt ab aliis,inquãtum vnusquisq; enunciauit,prius dictum est.*



INC (ut iam dixi)opinionem suam de anima exorditur, & primum quẽdã de omni anima cõmunem sermonem tradere uult,at prius ea,quæ in cõphensionẽ ipsius diffinitionis conferunt exponit,nam,cum uelit animæ genus accipere ad diffinitionis redditionem,idq́, magis quod generi proportionabile est,nãq; etiam dictis de causis diffinitio diffinitioni proportionabilis est:primum merito oium,quæcũq; sunt in decem prædicamenta diuisionem facit.Cum sit enim ex his quæ sunt anima,eam sub uno horum prædicamẽtorum esse necesse est.quod igitur anima non est accidẽs,id patet,nec quidem quantitas est,hoc enim in sermonibus contra Timæum demonstrauit ostendendo nullo modo fieri posse, ut anima magnitudo sit.Præterea contra Xenocratem eam esse numerum impossibile esse declarauit.Quare neq; ut continua,neq; ut discreta quantitas erit,neq; propterea penitus quantitas,quod autem non sit qualitas,id ostendit in quibus eam non esse Harmoniam disputat,argumentis enim eisdem eam omnino qualitatem non esse comprobat, quòd si neq; qualitas, neq; quãtitas est multo minus ex aliis accidentibus erit,reliqua enim sunt ex his,id ergo relinquitur,ut sit substantia.Quod ergo anima substantia est,ideo rursus substãtiam in simplicem,& compositam diuidit, atq; adhuc simplicem in formam,& materiam.Cum igitur sit substantia triplex,substantia maxime corpora uidentur esse,præcipue autem ut ad homines multos, horum enim maxime cognitionem habent, corporũ uero maxime substantiæ sunt corpora naturalia,distinguẽdo scilicet ab artificiose factis,uel etiam mathematicis corporibus.fortasse autẽ corpora artificiose facta appellat ea, quibus ab artifice formæ quædam inductę sunt,ut est abaculus,& folium,neq; enim corpus aliquod est inquãtum corpus artificiosum. cum autem naturalia corpora composita, ex forma, & materia cõponãtur,in his forma magis substãtia est,hoc enim & est,& dicitur compositum per ipsam formam,nam cum sit una,& communis materia,discretio,& essentialis unio,quæ fit in unoquoq; ex formis est.ex hac igitur diuisione inuenimus corpora naturalia magis esse substãtiam,& in his magis formam,quã materiam.hinc igitur quærendum est,in quo nam horum ueluti genere anima ponenda sit,utrũ composita quędam substantia (idem ac si dicam corpus naturale)sit,an simplex? quod si simplex, forma ne,an materia? posthac igitur,ut ex manifestioribus hoc inueniat,inquisitionis principium facit,in quo autem magis anima manifestatur,idest animatum,animatum uero,quia uiuit,animatum dicitur.Corporum igitur inquit naturalium,alia quidem uitam habent,& ea animata uocamus,alia uero uita carent:quapropter in corporibus naturalibus uitam habentibus animam contemplantur,hãcq; ipsam uitam uocamus animam,neq; enim corpus ipsum animam dicimus, nã corpus,postquã uita abiit,nihilominus corpus est,nec uiuit amplius,nec animam dicitur. Quare anima in habentibus uitam non corpus,uerum uita est,propter quam ea animata dicuntur. quæ igitur corpora uiuunt, ea composita sunt ex corpore,& uita,quę in ipsis est, quãque uocamus animam,ex anima igitur,& corpore animatum compositum est,atqui substantia omnis ex forma, & materia composita est,igitur animatum cum sit ex anima,& corpore,alterum quidem ut materiam,alterum uero ut formam habebit.Qd si forma continua est,& finis materiæ causa,& hoc idẽ anima corpori est,nãq; ea egressa corpus ipsum diffluit,& putrescit:forma quidẽ corporis erit anima,materia uero corpus ipsum. quod autem anima sit corpori causa,ut sit,patet ex eo,quod animata

mata hac ipsa re notantur,& inde habent,ut sint,unde etiam consuetudo est,ut anima priuatá corpora,quáquá uel post animę separationem corpora sunt,nihilominus dicit,Aabiit,nec est amplius Admeti uxor.Quare si composita animata ex anima,& corpore constant.omne autem compositũ est ex forma,& materia,& quod in iis cõtinuum est,& essentiæ causa,forma est,& anima in animatis talis est,id sequitur,ut anima sit forma.Sic igitur animam esse substantiam secundũ formam inuenit,quam quidem formam uocat entelechiam ab ἕν, quod est unum,& τέλειον perfectum,& συνέχειν continere,idest quod unum perfectum contineat,etenim unionis,& perfectionis materiæ forma causa est.quia etiam subiecti perfectionis causa est,& ipsum cõtinet.assignat igitur hinc animæ diffinitionem dicens esse eam entelechiam.s.formam,& perfectionem.at cuius? huiusce corporis naturalis.hoc propterea dicit ut ab arte factis corporibus,& ab accidentibus distinguat.Deinde quoniam lapis quoq; corpus est naturale,& huius forma entelechia,quemadmodũ omnia quoq; anima carentia se habent,ideo adiecit,potentia uitam habẽtis,ea de causa,ut ab inanimis,ab mortuis corporibus,& à semine separet:neq; enim ex inanimis aliquid potentia uitam habet.neq; corpus mortuum,neq; semen,neq; etiam in utero infantulus.si nondum uitę instrumenta parata sint:in processu autem literę in idem deducit uitalibus organis instrui:cum potentia uitam habere,adeo ut q; una re hac uerborum serie uti liceat potẽtia.s.uitam habet,& organis instructum eẽ, non igitur mortuum potentia uitam habet.nam licet organis instructum uideatur: nihilominus (ut ipse ait)eius partes æquiuocę sunt.etenim sic mortui manus dicitur,ut lapidea,quia non manus officium facit,neq; ipsum semen potentia habet uitam,nãq; quia organa nondum obtinet, id haud est idoneum ut ex anima uitam suscipiat.Verũtamen semen ipsum,uel infantulus in utero non organis perfecte instructus potentia uitam habere dicetur:habens enim uitam potentia fieri potest.at ipsum perfectum,quodq; iam uitam susceperit,illud habere uitam potẽtia dicit.quõ igitur potẽtia,& nõ actu?Quoniam quatenus in suiipsius natura sine uita est,aptũq; solum ad suscipiẽdam uitam,secũdum autem potentia id est,quod habet habitum,nãq; per se habitũ tenet ut uiuũ fieri possit,& si semper ab anima,donec adsit,uiuificari potest,ut enim iá diximus,quæ secundũ habent actu,quod est ut contẽplatio,ea habitum habent.Quare etsi semper corpus uiuum sit,haud absurdum est,quãtum in eius natura est:id dicere,qđ potentia uitam habeat:etenim patet ipsum, cum potentiam habeat,unde possit uiuum fieri,ita fieri uiuum,nam si ex se non habere potentiá, non quidem uiuum fieret.hoc autem,qđ & potentia significatũ hic est,idem dixit in libro de interp̃tatione,ubi ipsum possibile diuidit:possibile enim inquit non simpliciter dicitur,sed hoc quidem,uelut actu existat,ut possibile est ire,quia uadit,idq; omnino possibile esse ait,qđ iam in actu est.secũdum hoc igitur id dictum est,&potentia uitam habẽtis.Dubitauerit autem fortasse quispiam cum sit anima secũdum formam substantia,quid ita non esse cõmune aliquod genus aiæ dicamus?cõmune enim animarum genus esse substãtiam,aut quid ita omnino entelechiam esse ęq uocam?quid ita insuper,cum regula recta dicat,in quibus est prius,& posterius:horum cõmuniter prædicatum non est genus,& cum prius,& posterius in animis sit,ipsarum tamen cõmuniter prædicatum genus est,omnis nãq; anima secũdum formam,quam endelechiam uocat,substantiá est,quod igitur nõ similr omnis anima subiecti sibi corporis entelechia est,id iam absoluimus,propterea quod,etsi anima rationalis entelechia corporis dicitur,actu tamen solum corporis est entelechia,non substantia,quemadmodum sunt aliæ.Verum siquidem genus ipsarũ substantia est, & substantia quidem secũdum formam,nõne hoc dubium regula uniuersalis soluisse uidetur?ad hæc igitur respondeo,qđ cum in quibus est prius,& posterius,horum non esse cõmuniter prædicatum genus dicimus cõmuniter prædicatum,non quoduis accipimus,uerum illud,quod continuare circũplectitur,nãq; est etiam animal lapideum,uelut equus,& ęreum,uel ligneũ, atq; ideo est illi animal prædicatum,uel equus nõ illi ut genus prædicatur,nihil autem hæc ipsa genera cõmunia p̃dicata remotiora habere p̃hibet,corpus igitur,& substãtia ut genus equi lapidei & lignei prædicatur,idemq; in omnibus.Sic igitur & in anima,genus quidem ipsarum esse substantiá nihil prohibet.at sanè quod ipsas continuare cõplectatur cõmune quoddam genus no habent,neq; enim anima,uelut ipsarum genus p̃dicat,neq; endelechia.nam quẽadmodũ dixi,entelechiæ:partim qdem substantia ipsa sunt corporis,partim uero operatione sola:non igitur similes omnes entelechiæ sunt,in ipsis igitur est & prius,& posterius,

Nunc vt ab initio rursum redeamus tentantes diffinire quid est anima,& quęnã sit eius maxime cõmunis ratio,Dicimus quidẽ vnum quoddã genus eorũ,quę sunt,esse substantiã.

Nam postquã,ea,quę prius ab antiquis dicta sunt enarrauit, aliud orationis principium facit, ac illa quæ sibi uidentur exponit.

Huius autem aliud qdem vt materia, quod sanè per se non est hoc aliquid, aliud vero formã, & speciem secũdum quã iam dicitur hoc aliquid, & tertium, quod ex his conficitur.

Hoc aliquid hoc in loco Aristoteli formã significat, in pdicamentis enim est indiniduũ. substantia enim, inquit, omnis hoc aliquid significare uidetur, quod igitur unicuiq; est esse: & dici, uelut hominem, equum, scdm formam id est, nam cõmuniter omnibus materia substrata est. ideo dicit substantiam secundũ materiam per se nullam esse formam, quia neq; per se substitit. Verum semp quadam cum forma materiam contẽplamur, per quã formam deinceps unũquodq; denominationem habet nam per quod ab unoquoq; aliorum differt, illud habet à forma. potestate autem materia est, nihil enim formarũ per se materia est. Verum potestate omnes, neq; enim id, nec absolute quidem, quod est alicuius susceptiuũ, illius materia est, ut in magis proximis materiis uidere est, nunq̃ enim (ut ita dicam) fictilium instrumentorũ lapides materia erunt, quoniam non id habent à natura tributum, ut horum formã suscipiant, neq; id, quod non amplius potest, quia eãdem obtinet formã, regula enim non fiet, neq; suipsius materia: neq; consimiliũ formarum, quia iam speciem actu habet, igitur prima potestate solum consyderatur, unaquæq; autem proximarum potestate solum est illa forma, cuius est.

Est autem materia quidem potentia, forma vero entelechia.

Non dixit entelechia per ablatiuũ casum, sed per nominatiuũ, nam postq̃ materia ipsa formam sumpserit entelechia esse dicitur, & hoc utrũq; simul est, sed sanè forma p se entelechia est. opposuit autem potentiæ entelechiã, quia imperfecta potẽtia est: entelechia uero ipsa perfectio, nãq; in perfectione significat ipsum esse, in quo autem unũquodq; habet esse, in eo quoq; pprіam habet perfectionem, sed unũquodq; scdm formam iam habet esse, igitur unuscuiusq; perfectio sua ipsius forma est. q; si perfectionis est forma, & pfectio ipsa est entelechia decenter quidem formæ nomen in nomen entelechiæ transmutat. q; si uniuscuiusque forma est entelechia, forma autem anima, id quidem sequitur quòd anima est endelechia, neq; uero solũ ut nunc loquimur, formam dicit entelechiam, sed etiam pro figura hoc nomine utitur. etenim de utrisq; in naturali disseruit, nam statuæ figura, eius perfectio est. fortasse autẽ entelechiæ nomẽ p forma assumpsit ideo, quòd formę nomen in accidentia quoq; fertur, ueluti cum dico Socratem forma esse simum, uentre elato. sed hæc non sunt Socratis perfectio, uerum sic illi acciderunt.

Et hæc duobus modis, altera quidem vt scientia, altera vero vt contemplatio.

Entelechia 2x.

In duas partes entelechiam diuidit, alteram secundum habitum, alteram secundũ operationem dicit. hoc autem facit, quod sibi entelechiæ diuisio ad diffinitionis assignationem utilis est, cum sit enim duplex entelechia, altera quę est secũdum habitum quæ quoq; & tempore, & natura prima est. altera, quæ est secũdum eam, quæ ab hac est, operationem, inueniet animam (ueluti iam diximus) esse entelechiam primam. secunda enim quæ ut contemplatio est, à prima ut substantia sit habet, nam contemplatio per se substantia non est.

Substantiæ autem maxime esse videntur corpora, & horum naturalia, ea enim sunt aliorum principia.

In tria substantiam diuidens in materiam, in formam, & in utrũq; simul, quod est naturale corpus, ex hoc (ut iam dixi) uelut à magis manifesto doctrinam tradere incipit, ex hoc enim rursus inueniet, quod anima substantia est, & qualis substantia item sit, hæc igitur inquit maxime substãtia uidentur esse, pleriq; enim materiamq;, & formam non cognouerunt, at simul utrãq; solum sciunt, eo igitur accepto quod corpora substantia maxime uidentur, & horum magis quæ naturalia sunt, distinguens uidelicet à mathematicis, & artificiosis corporibus, huius rei causam addit, Quia (inquit) naturalia aliorum principia sunt, nam tum mathematicorũ, tum arte factorum corporum constructio sunt, unũquodq; enim illorum naturale corpus habet subiectum, nãq; abaculo, quod est artificiosum corpus, lignum, quod est naturale, subiectum est.

Sed naturalium alia quidem habent vitam, alia vero non habent.

Poſtq̃ id accepit, quod naturale corpus maxime ſubſtantia eſt, hoc ipſum in animatum, & in id, quod animam non habet, diuidit, & id oſtendit, quod anima ſubſtantia eſt. nam ſi naturale corpus ex materia, & forma ſubſtantia conſtans utrūq; ſimul eſt, & naturale animatũ eſt, id ſequitur quod ex forma, & materia eſt. Veruntamen ex prima materia, & forma ſimplicia corpora dicimus eſſe, & hęc ex magis proxima, corporis materia, & animæ forma. quòd ſi forma ſubſtantia eſt, igitur & anima. & ſi forma quædam ſubſtantia ſimplex eſt, igitur & anima ſubſtantia ſimplex, anima inquam ſecundum formam.

Vitam autem dicimus nutricationem per ſe, & accretionem, & decretionem. Quare omne corpus naturale particeps vitæ, ſubſtantia quidem erit, ſubſtantia vero ſicut compoſita.

Diuiſis corporibus naturalibus in uitam habentia, & non habentia, deinceps quidnam ſit uita diffinit, ex hoc enim quæ uitam habent cognoſcenda ſunt. per ſe autem inquit nutricationem, & accretionem, quoniam additio uidetur eſſe accretio, ut ſi aquæ addatur aqua, quæ tamẽ accretio non eſt per ſe, uerum per aliud additum, nutriri etiam, atq; augeri ignis uideri poteſt, cum tamen uitam non habeat, quod quidem nequaquam uerum eſt, ea enim per ſe nutriuntur, quæcūq; habent inſtrumenta, per quæ nutrimentũ ſuſcipiunt, q̃busq; ex nutricatione additioq;, & incremẽtũ in omni parte fit, ignis uero, & aqua, & alia iſtius modi non per inſtrumenta ſuſcipiunt, nec in omni parte accretionem faciunt. pręterea in igne generatio magis, & corruptio conſyderatur, cũ quod augetur manere oporteat. uerum de hiſce in libro de generatione, & corruptione diligenter dictũ eſt. hinc autem colligant in uentre non eſſe animal, nam ſi uita eſt nutritio per ſe, & incrementum, & decretio, idq; eſt per inſtrumenta propria, quod uita eſt, infantulus autem in utero non per inſtrumenta propria nutritur, dico autem per os, non eſt igitur cum non uiuat, animal, nutritur autẽ umbilico per cingulũ, q̃d à matre recipit. uerũ hiſce iſtãdo reſpõdere poſſumus, quod & fœtus in utero per ſe nutritur, nam ſi augetur, patet quod etiam nutritur, manifeſtũq; eſt eam non eſſe additionem, nõ enim os oſſi apponitur, neq; carni caro, ſed à matre nutricatio præparatur, quẽadmodum quoq; nobis panem piſtores nutritionem parant, at pręterea puerulis præmãſum cibum matres pręparant, hoc igitur modo & in embrione accidit, ſecunda enim quædã nutritionis p̃paratio eſt, q̃ ex matris natura procedit. at etiam per inſtrumenta propria nutritur. nãq;, & ſi non per os, quod in eo tamẽ primũ eſt, uenter digerit, tranſmittitq; ad epar, epar uero in unãquãq; partem per uenas, & ſic in unaquaq; nutrimentũ ſubiectæ ſubſtãtiæ aſſimilatur, ſed hæc in animalibus p̃fectis accidere ſolẽt. Item aliter. ſi p̃fectiſſimis animalibus in loco motus adeſt, manifeſteq; in utero fœtus motu locali mouentur, id ſequitur quod hi quoq; animalia ſunt. Verum qui hæc omnia cõfutare quærũt, id contra aſtruũt, dicentes ſi nihil quicquã fruſtra natura facit, neq; aliquod imperfectum, quod ſibi nequaq̃ ſufficere poſſit, quid nam, ſiq̃dem perfectũ erat animal, adhuc ipſum in uentre natura continet? non ne id patet quod adhuc imperfectũ eſt? eoq; tendit ut ſit animal? nõdum autem eſt. q; ſi erat animal, quid ita non p̃buit illi per quæ uiueret inſtrumenta p̃fecta, ut os? Verum nos poſſumus ad hoc cõtra reſpondere, quod ueluti, cum iam genitũ eſt animal, & adhuc firmitate roboreq; inſtrumentorũ indigeat, operari perfectas animalis operationes minime poteſt, hoc modo quoq; exiſtens in utero, ex quo omne corpus cum tempore ſuam ipſius perfectionem conſequitur, maiori etiam indiget auxilio, & propterea quod animalis formã ſuſcepit in utero cõſeruatur, q̃d adhuc ſanè (ut dixi) magis inſtr̃i, cuſtodia, & cura indigeat: p̃terea ſi quiſpiam ad operationes perfectiſſimas reſpiciat, nec puerulũ quidem dixerit animal, niſi pubes fuerit, & iam deinceps generatiuas operatiões operatus fuerit, ſed eum, qui ſe ita habeat, animal ſolũ dicere abſurdũ eſt. Verum fortaſſe, quæ dicta ſunt, minime neceſſaria ſunt, neq; enim, etſi per ſe nutrit̃, iam eſt animal, quia non eſt idem uiuens, & animal, uigere enim, & uiuere ip̃m dicemus, at animal nondum. nam plantæ quoq; ipſæ per ſe nutriunt̃, neq; tamẽ animalia ſunt. at neq; quod ſenſus ſit particeps ideo iã eſt aial, q̃ igit̃ ſolũ tactũ p̃ticipãt, ea nõ ſunt aialia, q̃ enĩ media ſunt iter ſenſibilia, & uegetabilia, ea tactus cõſortia ſunt, alioqui aialium maxime p̃prium eſt, ut tota per ſe tota de loco ad locũ tranſeant, quod infantulis in utero nõ adeſt, nãq; utero coniuncti, & colligati ſunt ueluti ſint eius pars, mouẽturq; ut plantanimes. quid autem uere, ſiquidẽ perfecte cõpoſuerat animal, natura ſic in uentre continuit? item aliter, ſi operationis inſtitutio hac uia progredit̃, ut ab imperfectioribus ad magis perfecta tendat, neq; aliter uitæ ſuperiores aduenerũt, niſi quæ ſunt inferiores p̃extiterint,

huiusce autem rei ordo sic se habet, ut primū sit quod anima caret, deinde plantalis uita sequatur, tertio loco sit eorum, quæ cōmode plantanimalia dicimus, quarto eorū, quæ sunt extra partem rationis, ultima uero sit rationaliū uita. quomodo igitur hoc ordine constitutionis natura utatur cōsyderare oportet, nam postq̄ semen condensatū est, illud quod simul stat inanimatū quoddam est, deinde (ut ita dicam) organizatū primo plantæ simile est, adhuc tamē extra partem sensus, paulo post autem cum processerit, & assumpserit sensumq́;, & tactum, & motum, tunc plantanimi simile in sui principio utero coniunctū est, ut circūpositis conchis, testisúe, aut lapidibus plantanimes hęrent, atq; hoc donec partu emittatur in lucem. tunc igitur in animalia perfecta euadūt, motuq́; de loco ad locum mouentur, aluunturq́; propriis instrumentis, ore scilicet, & talibus, & omnibus sensibus agunt, tandē autem (si de hominibus dicatur) uitam rationis participem suscipiūt, cum prius extra rationem uitam ducāt. q̄ si primo uitę tēpore non generāt, non ideo non sunt animalia, neq; enim omne animal generat, multa enim ex putrefactione nascuntur, quę quidē generandi potentiam non habent, & nihilominus animalia sunt, at etiā muli & quęcūq; ex diuersarum specierū cōbinatione nascuntur, animalia quidem sunt, generādi uero potentiā non habent, non enim animalium generare propriū est, sed uti motuq́;, & sensu. quod autem nō sit animal in uentre, hinc illud patet, nam si animal est substantia animata sensitiua, uidelicet nata ut sentiat, si esset animal id oporteret, ut priusq̄ uel perfecto, uel immaturo partu ederetur, per sensus ageret, quod quidem minime facit, ergo non erat animal.

Quia autem corpus est, tale scilicet habens vitam, non quidē erit ipsum corpus anima, nō enim est eorum, quæ sunt super subiecto corpus, verū magis est vt subiectum, & materia, necesse est igitur animam substantiā esse, vt formam corporis naturalis potentia vitā habentis, substantia autem est entelechia, talis igitur corporis est entelechia, ipsa autē dicitur bifariam, altera quidem vt scientia, altera vero vt cōtemplatio. patet igitur quod vt scientia est, cū enim adsit anima, somnus, & vigilia est, & respondet qdem vigilia cōtemplationi, somnus vero habitui sine operatione.

Quod ait ex his hoc est. quia corpus habens uitā corpus est, & tale corpus, quod est, ac si dicat compositum ex corpore, & uita, quæ uita anima est, necesse est hoc quidē aliquid horū esse materiam, aliud uero formā, quod ostendit hoc modo. quod enim (inquit) animatū corpus tale corpus est, ut si diceret, hoc quidē subiectum est, illud uero est in subiecto, corpus enim subiicitur, in subiecto autem hoc tale est, subiectū uero non erit anima, quod est ac si dicatur materia. hoc autē declarauit dicendo nō qdem corpus erit, pro subiecto scilicet accepta anima, corpore uero pro materia, nāq; hec subiecti, materiæq́; habet ordinē. deinde causam subiicit, quid ita subiectū non sit anima. non enim inquit super subiecto corpus est, super subiecto dicēs, pro in subiecto, quod formam non esse significat, nam quod in subiecto est forma est, nō subiectum. subiicitur autē corpus, dicimus enim corpus esse tale. Quapropter in ordine subiecti corpus est. ex hoc autē quod ait, uidelicet non erit anima ipsum corpus, pro subiecto corpus accepit, unde subintulit, nō enim eorū, quę de subiecto sunt corpus est, nam si ipsum corpus esset anima, uidelicet si anima esset subiectū, corpus quidē in subiecto esset. quod si ipsum corpus nō est in subiecto, non quidē fuerit anima subiectum, quod ipse dixit, non quidē erit anima ipsum corpus, horum nāq; duorum necesse est alterum quidem subiectū, alterum uero formā. sed hoc in loco quidā quorum unus est Alexāder, sibi persuaserunt ipsum dicere quòd anima nō est corpus, hac de causa (inquit Alexander) quod non esse corpus ostendit, simul nō esse subiectum declarat, uerū res non ita se habet, haud enim nunc est Aristotelis propositū demōstrare quod anima nō est corpus, sed quod incorporea, nāq; in iis, quæ deinceps sequuntur illud explicat, uel nunc quoq; demonstratū id est, qbus eam non esse magnitudinē declarauit. nam si magnitudo nō est, id sequitur quod neq; corpus est, nam corpus magnitudo superat. preterea nūc demōstratū id est, quod anima forma est, nō materia, quodq́; corpus subiectū est, & materia, deinde ex additione articuli id patet, nō enim dixit non quidē corpus erit anima, sed ipsum corpus, nam qui adponitur articulus euiusdā diffiniti declaratiuus est, anima uero omnino incorporea est. uerū (queādmodum diximus) corpus ipsum subiectū materiāq́; declarat. ex his autē patet quod anima forma est, quo enim differunt inuicem ea, quæ sunt eiusdem generis, illud est horum forma, corpora autē cum sint animato generis eiusdem differūt inter se, anima igitur animatorū forma est, cum enim adsit anima somnusq́;, & uigilia est, postq̄ di

uisit entelechia in primã, & in secundam, uidelicet in habitum, & in operationẽ ex habitu, dixitq; animã sic esse entelechiam, ut scientiã, manifeste satis superq; huiusce rei demõstrationes extulit, p somnum scilicet, & uigiliã, quod idem est ac si diceret animã operari, & nõ operari, operatio enim uigilia, cõtrarium uero operationis somnus est, cũ nihilominus habeamus in utroq; animã. Causam autem trãsumptionis de forma in entelechian Alexander pulcherrime cõsyderauit. nãq; aiet quoniã necesse erat diffinire utrũ dicere oporteat animal ex operationibus quæ secũdum animã fiunt, an ex eo, quod operari possit, quorũ quidem posse primũ est, operari uero secũdum. quodq; primo, & secundo ad diffinitionẽ usurus erat, absurdũq; est in forma primũ, & secũdũ dicere, nãq; una est uniuscuiusq; forma, propterea in entelechiam, & perfectionẽ formam trãsumpsit, neq; eni perfectionem aliã primam, aliam secundã dicere absonum ab ratione est, hæc igitur (inquit) causa trãsumptionis est, formæ autẽ, & entelechię differentia inquit est, quod omnis quidẽ forma entelechia est, at nõ omnis entelechia est forma. nã quæ ab habitu est operatio entelechia quidẽ est, non tamẽ & forma. quapropter endelechia se latius habet, quã forma, forma autẽ uidelicet subaudiendum substantialis, nõ per accidens, nõ enim (quẽadmodum dixi) subiecti perfectio accidens est, q; si hæc ita se habent, non quidẽ qui diffinit animã dicens eam esse formã talis corporis, bene addiderit primam, sed qui dixerit entelechiam, quod entelechia latius quàm forma se habet, huic quidem illa additio necessaria est.

Prior autem generatione in eodem scientia est. Quapropter anima est endelechia prima corporis naturalis uitam habentis potestate.

Cautissime quidẽ est usus additiõe dicẽs in eodẽ, nãq; in alio, atq; alio fieri potest ut sit habitus operatio prior, preceptor enim tenet habitus operationẽ priorẽ, quam discipulus quia sanè unius, & eiusdem præcedit habitus operationis, hoc autẽ in hisce quæ sunt in generatione, & corruptiõe uerum est, in quibus naturaliter operatio potest ab habitu separari, diuina enim cũ habitu cõcurrentem habent operationẽ, nam semper habitũ tenentia operantur, quia sine potentia sunt operationes, ut in libro de interpretatione ab eo dictũ est. quare in mortalibus quidẽ habitus operatio progreditur, & hoc in uno, & eodem, uelut in uniuerso hæc inuicem occurrunt, in uniuerso enim habitus actio semper est, nam siue diuina, siue uniuersale, quod est in mortalibus respiciamus, semper habitum cũ actione mutuo cõcurrere uidebimus, etenim semp in horũ totalitate semp utraq; sunt, neq; omnino alterũ alteri adiunctum esse dicimus, quoniã in uniuerso perfecta imperfectis præposita essent, ut enim dixi productiuæ causæ cũ sint in actione perfecta præcedunt, & penitus uniuersi opificium ex perfectis, non autem ex imperfectis incipere oportet.

Talis autem corporis, quod quidem sit instrumentale.

Quoniã dixit potentia uitam habentis, hoc ipsum declarat, hoc enim inquit est potentia uitam habens, quod est instrumentale, nõ enim prima ignis entelechia anima est, uidelicet potentia calefactiua, atqui hoc etiã naturale corpus est, uerũ quia non est instrumẽtale, non est ipsius prima entelechia anima calefactiua, scilicet exiccatiua potentia, instrumẽtale autẽ id est, quod habet instrumenta, per quæ operationes in uita fiunt, talia autem sunt ea, quæ dissimilarium partium sunt, quorum unumquodq; diuersis operationibus incumbit.

Instrumenta autem plantarũ sunt partes et omnino simplicia, ueluti foliũ thecæ fructus protectio est, theca uero ipsius fructus, radices autem pro ore sunt, utraq; enim trahunt alimentum.

Quoniam plantę etiã sunt animæ, anima autẽ entelechia est instrumẽtalis corporis, ideo plantarum partes instrumẽta esse dicit, nãq; operationẽ propriã unaquæq; habet. Simplicia sanè inquit plantarum sunt instrumenta, simplicia autẽ cõparatione instrumẽtorũ animalium, nam subiecto, & operationibus instrumenta plantarũ magis simplicia sunt, in animalibus enim unũquodq; instrumentum ex multis similaribus cõstat. Plantarũ uero (ut ita dicã) truncus ex ligno, & cortice. uel alio quodã constat, at etiã quãtum ad operationes simplicia sunt, in plantis enim una, & simplici operatione singula quęq; pars operatur, in aialibus autẽ multas, & uarias unaquæq; pars habet operationes, & hoc cõsequenter, nã cũ facta sint instrumenta, ut appetitionibs animæ subseruiant, cõsequens est, ut pportionabiliter ad animæ motus parata sint, animaliũ autem animæ sunt appetitionibus uariæ, cum plantarũ uirtus ipsa sit simplex, nam nutritiua potentia solũ nutrit, & augu-

mentatiua auget,& nihil plus operatur. Postq̃ autē demōstrauit quomodo plantarū corpus sit in strumētale simul narrat quid instrumentale illud sit, ueluti foliū thecę fructus protectio est, theca uero ipsius fructus, ipsum quidē semen fructus dicitur, ut ficus acini,& oliuarū nuclei, thecā uero intelligimus id, quod hisce humore plenū cum quadā quasi pelle ipsum cōplectente circūfusum est. facta igitur inquit folia sunt, ut thecā protegant, ne quod adhæreat circū nocumētum ferat, theca uero, ut fructum custodiat, hac enim de causa omnia sunt ab natura excogitata, ut omnium rerum successio permaneat.

theca
folia

Quod si quiddam commune de omni anima oporteat dicere, sit quidem prima entelechia corporis naturalis instrumentalis.

Videre potes quod ipse non uult esse cōmune genus, uel definitionē cōmunē animarū, nam (ue lut i dictū iam est) in quibus est primū,& secūdum, non est horū cōmuniter prædicatū genus. ex hac autem definitione, quæ nunc data est, id manifeste patet quod idē est instrumentale,& potētia uitam habens. etenim cum superius dixerit, naturalis uitam habentis, nunc ait, naturalis instrumētalis, nominibus hisce altero pro altero usus.

Quare non oportet quærere an vnum sit anima, & corpus, quēadmodum neq; ceram neq; figuram nec omnino uniuscuiusq; materiam, nec id cuius est materia, namq; vnum, & esse, quia multipliciter, proprie entelechia est.

In sermone, quē ante hunc fecit iis, qui in partes animā diuidunt, hoc dubiū proposuit, quidnā sit uniens eas partes si quidē unius existentis,& eiusdē animalis una est anima, nō enim multę sunt animæ, nā si unaquęq; pars esset animal, illud accideret, quod unusquisq; multa essent animalia, quibus quidē tale dubium cōuenit & omnibus, qui de anima, quidē dixerunt, sed nihil circūscripserunt de conuenientia corporis ipsam complexi, quid. s. sit uniens animam corpori,& faciēs unū animal. at hęc quęstio non habebit apud eos locum, qui entelechiam animam, materiā uero subiectum corpus esse uolunt. Quemadmodum enim in cera sphærica non quæsiuerit aliquis quidnā sit uniens figuræ ceram, nāq; figura est affectio ceræ, nihilq; opus est, quod eas uniat, ipsa enim propria harum rerum natura,& conuenientia ceræ unionis est causa. sic in corpore,& anima, nāq; entelechia,& perfectio corporis est anima. quemadmodum quoq; ceræ sphæricæ figura entelechia est: & ex se naturaliter uniuntur, ut enim diximus, quando alterum materia sit, alterum uero forma, ipsa materiæ conuenientia statim formæ perfectionem suscipit, neq; ad eam rem alicuius medii indiget: etenim (inquit) cum unum,& eē multipliciter dicatur, nāq; unum dicitur uel genere, uel specie, uel numero, uel circulo, uel glutino, uel quæcūq; alia in physica unum significantia numerat. Præterea esse etiam multipliciter dicitur cum aliud quidem sit potentia, aliud uero actu. sed unum proprie,& esse proprie secundū uniuscuiusq; entelechiam rebus ipsis est, secundū quā omnino est,& dicitur hoc aliquid. Quare si unio,& omnino ipsum esse hoc aliquid compositis rebus ex forma est, non illud quærendum est, quid sit uniens animam corpori, uidelicet ut unum existens,& susceptiuum: hoc enim ipsum natura formæ est,& materiæ, qd alterū sit in altero.

Vnū
Esse

Vniuersaliter igitur est dictum quid sit anima, est enim substantia secūdum rationē, hoc autem quod quid erat esse tali corpori, veluti si aliquod instrumentū naturale esset corpus, vt securis, esset enim securi ipsum esse substantia eius, & anima hoc ipsum, separata enim ipsa, non quidem amplius securis esset, nisi ęquiuoce, nunc autē securis est, non enim talis corporis quod quid erat esse, & ratio, anima est, sed naturalis talis habentis principium motus, & statꝰ in se.

Postquā planiorem animæ diffinitionem dedit, per hæc ad eius partes declarandas subit, exemplisq; declarat, quàm bene sit unaquęq; assignata, simul etiam per hæc ostendit animam, quatenus entelechia est, à corpore non separari, nāq; pfectio non est separabilis, quatenus perfectio est. Quo modo autem rationalis dicatur inseparabilis, ordine progredientes enarrabimus. diximus igit, inquit, animam substātiam esse secūdum rationem, uidelicet secūdum formam: formam autem corporis naturalis instrumentalis. Quod igitur substantia secūdum formam bene sit assignāta, id declarat exemplis,& artificiosis,& naturalibus, etenim inquit securis est artificiosum instrumentum. Si igitur naturale corpus uelut instrumentum esset, forma quidem securis esset eius anima. s. inci

Ratio
securis forma

siua

ſiua potentia,quæ tali figura facta eſſet,materia uero,& tãquã corpus ipſum ferrum,ex quo ſi ſe/
paretur anima uidelicet figura,& inciſiua uirtus,non quidem amplius erit ſecuris,nec forma pro
pria,quæ incidendi uirtutem habeat.Quod ſi forma ſecuris,figura,& eius incidendi uirtus eſt,q̃
ſi ſeparetur,nõ amplius ſecuris eſt,& ut anima ſe habet ad corpus,hoc modo ſecuris figura ad fer
rum,forma autem ſecuris eſt in hoc ipſo,quod habet eſſe,& dicitur ſecuris,talis autem figura eſt,
quæ habet incidendi uirtutem,corporis igitur naturalis inſtrumentalis forma eſt anima, quapro/ Corpis forma, aia
pter habet eſſe in ea,nam ſeparata anima,non amplius inſtrumentale eſt corpus,niſi ęquiuoce, ſic
enim dicitur mortua manus,ut lignea,aut lapidea:etenim uniuſcuiuſq; forma, ſecũdum cuiuſq;
ſubſtantiales operationes deſignatur.Quemadmodum igitur forma ſecuris mortua eſt,cum ſecu
ris,ut ſecuris operari non poteſt,hoc modo cum animatum perdiderit operatiões animati,forma
quidem eius animata deſtructa erit,utrũq; autem ſuas amittit operationes,alterum qdem figura
deſtructa,alterum uero,perdita anima.forma autem ſecuris figura talis eſt,quę.ſ.habeat incidendi
potentiam,animati igitur forma eſt anima.nãq; ut figura ſecuris ad ferrum ſe habet,ſic anima ad
animatum,perfectio autem,& forma ſecuris eſt figura,& incidendi potentia,corporis igitur perfe/
ctio,& forma eſt anima.Quare bene dictũ eſt animam perfectionem,& formam corporis eẽ.ſimul
quoq; patet bene eſſe additum naturale,nam qdem ſecuris corpus eſt,& inſtrumẽtale, uerũtamẽ
entelechia eius non eſt anima,nãq; artis,non naturæ corpus eius eſt opus.poſtquã autem in artifi
cioſo exemplo ſermone uerſatus eſt,quod propius exponitur aggreſſus exẽplo magis affini uſus
eſt,in animatorum partibus ſermonem faciens:ſi enim inquit eſſet oculus animal,anima quidem
eius uiſus eſſet.Corpus uero tunicularum,& ſuppoſitũ liquidum.informatur autem natura oculi in
ipſo uiſu,nam ſi nõ uideret,oculus quidẽ non eſſet.Quapropter anima quidem eius eſſet ea, quæ
ſecũdum formam ſubſtãtia eſt.nunc igitur/ inquit/quã rationem uiſus habet ad oculum, eandem
tota anima ad totum corpus habet.q; ſi uidendi potentia cum ſit ipſius animæ uirtutis ſenſitiuæ
pars,eſt oculi forma,hoc etiam cõſequens eſt,quod anima tota totius animalis forma erit.& uelut
in ſecuri ſe habet incidendi uirtus,quãuis non incidat,& in oculo uidẽdi,& ſi clauſerit,hoc modo
in tota anima prima entelechia ſe habet,quæ,quãuis animal dormiat,ineſt tamen:eſt eni nihil mi
nus animatum,& dormiens,& uelut in ſecuri inciſio eſt,& in oculo uiſus , eodẽ modo in anima/
li uigilantia eſt.Vniuerſaliter igitur quid anima ſit,dictum eſt,pro eo,quod eſt cõmunius, & pla/
nius,in correctione enim de unaquaq; animæ potentia priuatim quum pceſſerit, ſubſtãtia enim
ſecũdum rationem eſt,uidelicet ſecũdum formam,nãq; rationem in diffinitione fert,& per cãm,&
per formam,ut hoc in loco,atq; etiam in phyſica de principiis eorum quæ ſunt explicans,poſtquã
de materia & forma diſſeruit,de materia ait.unum igitur ipſum principium eſt.ſ.ſecũdum mate/
riam.alterum uero ratio eſt,ideſt forma,hoc autem eſt quod quid erat eſſe corpori tali.quia uero
dixit animam eſſe ſubſtantiam ſecũdum formam,ſed non omnem formam animã,propterea ſub/
intulit,hoc autem eſt quod quid erat eſſe corpori tali.ſ.hanc eſſe formam animam dico ſecũdum
quam tale corpus,uidelicet naturale inſtrumentum eſſe habet,& diffinitionem,hoc enim ſignifi/
cat quod quid erat eſſe.ſ.quatenus ipſi eſt eſſe,& inquantum eſſe aliquid dicitur:nam ſecũdũ for
mas rerum diffinitiones dantur.ſic igitur & animatorum eſſe,& diffinitio eſt ſecundum animam,
ex anima enim animata informãtur:eſſet enim ſecuri ipſum eſſe ſubſtãtia eius,& anima hoc ipm,
ſi ſecuris inquit,cum ſit inſtrumẽtum naturale corpus eſſet,naturale autem ait ut animatum,ac
ſi eſſet utiq; ipſius ſecũdum formam ſubſtãtia,quod idem eſt ac ſi diceret,animam hoc eſſe ipſi ſe/
curi,uidelicet quatenus habet ſecuris hoc ipſum quod eſt ſecuris eſſe,hoc quidem eẽt eius aĩa.qđ
ſi ſeparatetur eius anima,& fieret inanimatum,nõ amplius quidem ſecuris eſſet,niſi ut picta,nũc
autem dicit inanimata ſecuris cum ſit,ſecuris eſt,quoniam corporis artificioſi entelechia non eſt
anima,ſed inſtrumẽtalis naturalis:hoc autem dixit uolens oſtendere,quod bene in diffinitiõe po/
ſitum eſt,inſtrumẽtalis.Deinde quia uult oſtendere nobis quale iſtrumentale naturale corpus di/
cat,appoſuit,hñtis principiũ motus,& ſtatus in ſe:etenim dixit in naturali naturã eſſe principium
motus,& quietis:motus autem proprie in animatis eſt,qui in loco,& per incrementum,& per di/ Motus in qbus
minutionem fit,nam motus per alterationem in iis etiam,quæ carent anima,uidetur. Lapis enim proprie existat.
multaq; alia animatorum ex ſe cauſam alterationis habent.ea igitur dico naturalia,quæ ex ſe prin
cipium motus,& quietis habent.ſecuris uero inquantum ſecuris,de ſe motum non habet, ſed ex/
trinſecus ab eo,qui illa utitur.artificioſa ſimiliter omnia non in ſe principiũ motus, & quietis ha/
bent,at extrinſecus ex operantibus,aut mouentibus.

Speculari autem in partibus quoq; oportet quod dictum eſt,ſi enim eſſet oculus animal,anima

quidem illi esset visus, ipse enim substãtia oculi est, quę vt ratio se habet, oculus autẽ materia visus est, qui si defecerit, nõ est oculus, nisi ęquiuoce, quẽadmodum lapideus, & pictus. oportet autem accipere hoc de parte in totum viuens corpus, proportionabile enim est vt pars ad partem, totus sensus ad totum corpus sensitiuum, quatenus tale est.

Exemplum ex artificioso ad naturale, & animatum traducit, nam partes animatorũ dicit. si nãq; esset oculus animal, scilicet ipse per se sine corporis totalitate, notãdum autem quod oculum quãdoq; accipit pro utroq; ut & hic, & paulopost, ubi ait, uerũ quẽadmodũ oculus, pupilla, & uisus, nomine etiam ipsius oculi pro solo corpore, quod uisus potentiæ subiicitur uisus est, igitur statim dicit oculus materia uisus est, hic autẽ pro utroq; oculũ capiens ideo, quod ait, si nãq; esset oculus animal, manifeste declarat quod forma utriusq; simul est forma, non corporis, fit enim, & est in corpore, neq; tamen forma est corporis, at utriusq; simul, nam id est eius forma, quod illi causa est ut sit, utriq; autem simul forma causa est. cum igitur ipse dixisset utrũq; simul oculum, quia dixit, si enim esset animal oculus, subintulit, aĩa quidem eius esset uisus oculi, uidelicet quod esset utrũq; simul, oportet autem accipere hoc de parte in totũ animal, unũquodq; enim sensorium designat per quãdam sensitiuam animæ potentiam, pter tactum, tactus enim per totum corpus tendit. quã rationem unusquisq; sensus ad subiectum suũ sensorium habet, eãdem tota anima ad totum sensitiuum corpus habet, forma autem partis, tota igitur totius sensitiui corporis forma erit. illud autẽ quatenus tale est, significat in quãtum sensitiuũ est. non enim quatenus aut graue, aut albũ, aut aliquod tale, corpus ab anima informat, uerum quatenus sensitiuũ est. qui autem omnem animã immortalem facere uolũt, hoc dicto accepto uidelicet quod oporteat accipere quod de parte dicitur in animal totum conant demonstrare Aristotelẽ hoc idem dicere, si enim inquiũt ut se habet pars, ita quoq; totum se habet, & in primo sermone de uisiua potentia dixit ostendẽs eam nihil offendi, quãuis sensorium patiatur, ueluti in eo non habeat esse. q; si senex oculum talem acciperet, ut iuuenis uideret. patet inquiũt, quod & anima tota separabilis est. dico igitur ad hoc, quod etsi concedemus hanc esse separabilem, scilicet animam sensitiuã, & qualicũq; sensibili pseparata à corpore susciperetur non tamẽ plantalem, nãq; de ea nihil quicquã, ne rationem manifestã quidem, dedit. deinde, etsi ea, quę ratione caret, separabilis est, non tamẽ ab hoc solo corpore, neq; à spiritu, ut à nobis iam demonstratũ est, & adhuc in iis, quę deinceps dicturi sumus, demonstrabitur.

Est autem, nõ q̃ abiecit animam, potentia existens vt viuat, sed quod ipsam habet, semen vero, & fructus potentia tale corpus est. vt igitur incisio, & visio, sic vigilantia entelechia est, vt autem visus & virtus instrumenti, anima, corpus autem, quod potentia est, sed vt oculus, pupilla, & visus & ibi anima, & corpus animal.

Ex his declarat quomodo dixerit potentia uitã habẽtis, ut eni iam uitã habens, nõ ut quod abiecit, neq; ut potentiã habeat, proposuimus autẽ superius usus ex libro de interpretatione, quod intelligit tale id esse potentia significatũ, quod ut iam actu est, semen uero, & fructus potẽtia tale corpus, fructũ dicit arborũ, plantarumq; semen, ut ficorũ acini, nam cortex cũ alio esculento liquido ab eo picarpion idest inuolucrũ uel theca seminis dicit, ut in meteoris. quod autẽ dicit hoc est, q̃d perfectũ iam, & instrumẽtale corpus id est, quod potentia uitã habet, semen uero nou est, habens uitam potentia, sed quod habere uitã potest, uidelicet quod instrumẽtale potentia est, quamobrẽ quod est potentia in semine, id secũdum aptitudinẽ est, quæ aptitudo est, ut instrumẽtale atq; animatum fieri possit, non enim nunc est, quod uero nunc perfectũ est, & instructũ, qualia nostra hęc corpora, id nunc potentia uitã habet, quod si quispiam dicat, quo actu uitã non habet id rursus dicimus. quod nunc ferè dixi, quod ut oculus ipse per se, potẽtia uisiuus est, at nõ sine luminis illuminatione, nãq; ex lumine datur illi, ut actu uideat, (& si qs actu uidentis oculi oculũ potentia uisiuum esse dicat, uera narrat, ipse enim secũdum suam ipsius substantiã, solam aptitudinẽ ad uidẽdum habet, cum ex alterius lumine actus aduenerit) hoc modo in toto corpore totaq; anima dicimus, quod ipsum quidẽ corpus, quantũ in eo est, aptitudinẽ solam uitæ habet, & ipsa sanè secundum actum uita ex anima illi aduenit. Bene igitur dictũ est, potentia uitã habentis. ut igitur incisio, & uisio, sic uigilãtia entelechia est, proportionẽ imaginũ ad primitiuum demõstrat, proportionem autẽ iam diximus, incisionem uero, & uisionẽ secũdam dicit entelechian securis, & oculi, quę esset ut cõtemplari, sed uisum, & uirtutẽ instrumenti incisiuã primam entelechiam, quæ esset ut

scientia,

scientia, secundum quam etiā designauit animā, corpus autem potentia existens, uidelicet corpus est, quod has operationes suscipere potest, ut etiā in oculo subm pupilla est, quod aūt simul utrūq; est, in toto quidē animal est, quod ex anima, & corpore cōstat, in parte uero, oculus, qui ex pupilla, & uisu est, pupillam autem totum oculum dicit tuniculas cum liquidis.

Qđ igitur non est anima separabilis à corpore, aut eius aliquæ partes, si partibilis sit, obscurū non est, aliquarum nanq; entelechia partium est ipsarum, ueruntamen quod aliquæ sint, nihil prohibet, quia nullius sint corporis entelechia.

Data animæ diffinitione, ueluti cōclusionem quandā ex necessitate diffinitionē sequentē colligit animā nō esse ab corpore separabilē, nam si forma, & perfectio corporis animati est anima neq; fieri id potest, ut alicuius perfectio sit absq; eo, cuius perfectio est, id quidē patet, quod anima ab corpore separari non potest, nam forma, & perfectio sunt ex his quæ ad aliquid dicuntur, forma enim materiæ forma est, atq; perfectio, quæ autē sunt ad aliquid aut simul sunt, aut nō sunt, quārum igitur ex assignata animæ diffinitione colligimus, omnis quidē inseparabilis erit à corpore, cuius est entelechia, siquidē omni diffinitio cōuenit, quod si non est, omnis inseparabilis, at saltē partes animæ quædā manifeste sunt à corpore inseparabiles, qbus diffinitio cōuenit, nāq; animati partium sunt entelechiæ, etenī corporis ipsius, quod alitur, nutritiua potētia perfectio est, similiter & augendi, & generādi uis, præterea uirtus appetitionis eam partē, in qua est, informat, quod si corporum sunt ipsæ perfectiones, neq; fieri potest, ut circa corpora eę animæ partes sint à corpore separabiles, nam cuius erunt perfectiones, aut circa quod operabuntur, si sint à corporibus separatæ? quid enim nutricatio nutriet? aut incrementum augebit, si sint à corporibus separatę? Verūtamē si eæ inquit animæ partes à corpore necessario non separātur, aliquas nihil ꝓhibet esse separabiles, quia nullius corporis entelechiæ sint. Manifeste igitur non uult animam rationalē corporis esse entelechiam, ꝓptereaq; esse eam ab corpore separabilē demonstrat. Deinde, quia per hæc animæ assignatam diffinitionem particularem facere uidebatur, nam dixit aliquas animæ partes à corpore separabiles esse, quia nullius essent corporis entelechiæ: atqui etiam cum dixerit, si quiddā cōmune de omni anima, curans hoc scilicet ut ostenderet hoc modo nihil minus posse cōmunem esse omnis animæ, ipsius etiam rationalis assignatam diffinitionē subiunxit.

Adhuc aūt obscurum est, an sic entelechia corporis anima est, ut gubernator nauis. summatim igitur hæc diffinita, & descripta sint de anima.

Quid enim inq̄t timemus circa omnem animam sermonem extendere dicentes quod aliq̄ animæ partes ullius corporis non sunt entelechia, propterea quod sunt inseparabiles, ut hac de causa ad omnis animæ potentiam diffinitio non faciat, nō enim dum ex his, quæ dicta sunt, id nobis patebit, quomodo diximus animam entelechiā esse, utrum uelut inseparabilem, quēadmodū se ad securim forma securis habet, an ut separabilē? an ueluti ad nauem se gubernator habet? ꝑficit enim nauis formā gubernator, cum sit separabilis, ꝙ si fieri potest ut secūdum quid entelechia sit, scdm quid autem ipsum separabile ueluti nō sit scdm ipsum entelechia, in omni igitur animali potētia fieri potest ut diffinitio conueniat. Quare cum dicebamus quædā partes animæ separari nō posse, quod essent illarum partiū entelechiæ, sic dicebamus ueluti separari non posset entelechia. nam cuius erit perfectio nutritiua potentia, si separata fuerit à corpore? rursus etiam quando dicebam quod aliquas animæ partes nihil prohibet esse separabiles, quia nullius sint corporis entelechiæ, ita dicebam non esse entelechias, ueluti ipsarum substantia in corpore non haberet esse, nam sunt ipsę quoq; aīalis entelechia, ueluti nauis gubernator, potest enim quodā modo (ut iam dixi) anima quoq; rationalis dici nō separari à corpore, quatenus est entelechia, nam uarias operatiōes, in quibus animal perficit, ipsum mouens hoc uel illo modo, eas habet, ut nō separētur à corpore, nam postq̄ de corpore exierit, haud ita amplius operabit, ex habitu enim, quē ad corpus habet eas operationes tenet. Quapropter hęc quatenus entelechia est, secundum scilicet operationes inseparabilis erit à corpore, quemadmodum quoque gubernatoris operationes, dum gubernat, à naue sunt inseparabiles, is quidem separatur ut homo, ut uero gubernator si separetur, à naue simul quoq; operatio separata est, talesq; operatiōes corruptas habet, sic igitur & anima rationalis uelut ea, quæ separabilē substantiā habet, non est entelechia corporis, ut uero, quæ talē ad corpus, habitum susceperit, secūdum quem etiā anima dicitur (nāq; anima ad corpus dicitur) & est ente-

lechia corporis, neq; ab eo separatur, nã separata ab eo dimittit illas operationes quas ex habitu ad illud ↄsecuta fuerat, ueluti uiuum facere, & illi naturales omnes motus cõmunicare, & si qd aliud tale est. quid enim naturaliter mouebit, aut uiuificabit, si de toto corpore egressa fuerit? illud uero, si partibilis sit, nõ est intelligendũ quod sit partibilis corporaliter, neq; secũdum locum, sed secũdum substantiã, uidelicet si diuidatur substãtia, & alia animæ potentia sit alterius substantiæ, nec omnes animę partes sint cõsubstantiales, aliquarũ nãq; entelechia partium est ipsarũ. per hęc uidetur in partes corporis animã diuidere, aliquarũ enim inquit partiũ corporis entelechia sunt animę partes, quare sunt ab ipsis ĩseparabiles, uelut ab oculis uisus, & ab naribus odoratus, & in aliis, alia quædã. Dictio autem hæc, aliquarũ enim partiũ animæ entelechia est, id significat, quod aliquæ animæ partes, quarum unãquãq; diffiniuimus esse entelechiã ipsarũ corporis partiũ sunt entelechiæ, scilicet formæ perfectiuæ corporis partiũ, uelut eæ, quæ ab ipsis ea de causa nõ separantur. quid igitur Timæum reprehendit, quod in partes diuidat? de his autẽ superius dictũ est. Alexander uero hoc in loco aperte, cũ dicat Aristoteles quod aliquas esse partes separabiles nihil prohibet, quod ullius non sint corporis entelechiæ Primũ dicit, quod Aristoteles dubitare uidetur an omnis anima sit inseparabilis, atqui cũ diffiniuerit hoc ipsum, quia nõdum demonstratũ id sit, an sit inseparabilis, deinde procedẽs dictione ipsa coactus dicit eũ uideri dicere intellectũ esse separabilem, hoc uero, nihil prohibet, nõ est dubitantis, uerũ quia definiuit animã omnem esse entelechiã, propterea ait, quod & sic nihil prohibet, aliquas animæ partes esse separabiles, possunt enim esse entelechiæ, ueluti gubernator nauis, uel aliter quia nõdum demonstrauit hoc ipsum, nihil enim de potentiis rationalibus hactenus disseruit.

Quoniã vero ex obscuris quidẽ, manifestioribus autem fit ꝙ dilucidum est per rationem notius tentandum est rursus hoc modo de ipsa percurrere.

Cum cõmuniter dixerit animã esse corporis naturalis instrumẽtalis entelechiam, ex his, quod reliquũ est ostendere uult, quare ita dictũ sit, & quomodo anima sit entelechia, quomodo plantalis, quomodo sensus, quomodo tandẽ unaquæq; aliarum, in omni enim doctrina oportet, ut pp qd, ꝓcedat quia, nã cũ quatuor q̃rẽda sint, an sit, quid sit, quale sit, & cur sit, hoc, an sit, in ordine primum est, non ĩmerito igitur, quoniã quæritur an sit cõmunis quædã diffinitio, immo cũ diffinitioni ꝓportionabilem dictã rationem assignauerit, adeo, quod in ea habẽmus etiã quid sit, relinquitur ut duo reliqua problemata quærat, quomodo uidelicet unaquæq; animarũ potentia dicat entelechia, & quamobrẽ ita dicatur. quoniã uero dicit ex obscuris quidẽ, nobis autẽ manifestioribus, quod per rationẽ dilucidũ est, etiã notum fieri, quæ autẽ nobis manifestiora sint, nequaquã subiunxit, hoc ipsum primũ quærere necessariũ est, nam quidẽ hac in re interpretes multũ dubitauerunt, cum uarii uario modo illud manifestum dicere Aristotelẽ sibi persuaderent. Dicimus igitur quod tribus modis id quod manifestius est contẽplamur, etenim hoc quod aliquid sit manifestius est, quã cur sit, nobisq; est ad cognitionẽ primum, quod enim habemus animã, quodq; ĩmortalis est, multis ad intellectionẽ magis in promptu est, quã ut id persequamur, & incũbamus orationi, quæ id ipsum probet, secũdo ut in physica dictum est, quod uniuersale & cõfusum est, id nobis manifestius est, quã particulare, & in mẽbris distinctũ, ueluti scire quod corpus est, notius est, quã quale corpus sit scire, ut cœleste, & terrenũ, uel tali, aut tali tẽperatura cõpositum. tertio nobis id manifestũ magis est, quod quidẽ quo ad nos primũ est, secũdum uero quo ad naturã, nam quæ magis cõposita sunt, ea notiora sunt nobis, quã simpliciora, quæ natura prima sunt. cũ nobis igitur pateat quod dilucidius, & manifestius tribus modis cõstat, omnibus hisce primis hoc in loco usum esse Aristotelẽ inueniemus, etenim quod est ante edocuit, quã cur sit, nã docuit eẽ entelechiã corporis naturalis instrumẽtalis, & entelechiam posse esse & ut separabilẽ, & ut nõ separabilem, procedẽs autẽ docebit quomodo sit entelechia, quid faciat, & quomodo corpus perficiat, at nõ quẽadmodum sermone uno quid est anima, docuit, ita quomodo sit entelechia uno sermone docebit, etenim entelechia omnis non similiter se habet uerũ plantalis aliter, aliter sensitiua, & rationalis aliter, & uniuscuiusq; harũ partes alia aliter, sed ab cõfusis, magisq; cõibus facto principio ad planiora, magisq; propria procedit. nam cũ primũ nobis confuse tradiderit animæ notitiã per assignatam rationẽ, deiceps de unaquaq; animę parte ordinatim disseret, quomodo, & cuius unaquæq; pars sit entelechia, tertio ex ultimis natura, nobisq; magis cognitis facto principio, ad ea, quæ prima, & nobiliora naturaliter sunt, procedet, quo maxime modo in his ait pertrãsire, est eni natura prius, & posterius in qd, & in cur, ꝙ ẽ cõuerso in nobis, & in natura se habet, nã prius natu

ra est

ra est cur, quã quod. omniũ enim, quæcũq; facit natura, rationes in se repositas ante habet, nihil enĩ neq; frustra, neq; ex incerto facit, sed opus unũquodq; suũ ad scopũ quédam dirigit. quòd si eorũ quæ fiunt ab se cũ rationes habeat in se præexistentes, naturalia sic facit, illud est manifestũ, quod apud naturá prius est cur, quá quod, hoc auté (ut dixi) cur, cõfusum est, neq; audiuimus aliquod manifestũ, aut membratim cõpositum, cum discimus q anima sit entelechia, non enim similiter omnis anima est entelechia, uerũ nec quomodocũq; hoc ipsum est entelechia quid alicubi faciés, & aliquo modo scienter perficiens in quod, & cur, duo quoq; doctrinæ reliqui modi simul uenerunt. igitur hac de causa ex eo, quod est, doctrinę principiũ fecit, natura enim nostra ex imperfectis ad perfecta, & ex notioribus ad minus nota procedit. perfectius est cur, quá quod, & ea, quæ sunt posteriora natura & cõfusa, nobis manifesta. magis sunt. nam quéadmodú fieri non potest, ut is demonstratiuũ syllogismũ cognoscat, qui simpliciter quid sit syllogismus nesciat, neq; ut oxyrinchi piscis figurá pingat, qui simpliciter pingere nesciat, hoc enĩ cõfusum est, cũ dico simpliciter syllogismum, sunt enim plures eius differentiæ, similiter etiá simpliciter pingere, sed una quæq; species p membra diuisa est, sic igitur qui simpliciter nescit quid sit corpus, nõ potest ille scire quid sit aut ignis, aut aëris, aut cæli corpus, quiq; simpliciter ignorat quid anima sit, haud quidem fieri potest, ut sciat. quid rationalis, aut ea, quæ ratione caret, aut plantalis anima sit, corpus autem simpliciter confusum est. atq; anima simpliciter, sed unaquæq; species in mẽbra disposita est, uerum facto ex imperfectis principio, uelut in generatione, procedimus in cęlestiũ cognitionem, & in eum, qui est in illis, ordinem, atq; inde ad eum, qui ea cuncta regit, atq; disponit. in pgressu igitur, qui fit ab qđ ad propter quid, tres illi doctrinę modi quos diximus continẽtur. similiter in animaliũ potentiarũ repręsentatione eodem ordine utitur ab imperfectis, & ultimis principio sumpto, & ad prima, magisq; perfecta procedés, prius enim de plantali disputat. deinceps de sensitiua, tertio loco de imaginatiua, interea pgrediens ad rationales animæ potentias: rursus à posterioribus, & impfectioribus incipit, prius de opinatiua potẽtia disserens, deinceps de cogitatiua, ultimo loco de intellectu, nam si ut ad animal prior natura plantalis est, nam destruit alias, non aũt destruitur. Secũda autem sensitiua, & reliquæ deinceps ut enumerauimus, uerũtamen ut ad uniuersum, se habent èconuerso, prior enim natura, est in uniuerso ea, quæ perfectior, & honorabilior est, posterior uero magis imperfecta: nam quæ magis perfecta sunt, & efficacia, ea, quæ minus perfecta sunt otinent. igit quantum ad uniuersum natura prior intellectus est, & reliqua deinceps secúdum ècõuerso pcedentiũ ordinem, quod igitur in animali, quantum ad cognitionem nostram plátalis prima est, ideo ab ea doctrinæ principium dedit. hoc igitur ordine disciplinæ in animarũ potentiis usus est, in unaquaque autem parte potentiarum animæ, disserens. ego de plantali, & sensitiua dico, eodẽ modo disciplinæ non est usus: non enim ab ultimis, sed à primis, & nobilioribus incœpit, nãq; de plantali disserens, prius de generatiua potentia sermonem fecit, secundo loco de augumẽtatiua, tertio uero de nutritiua, atqui melior omnibus, & nobilior est generatiua, & augmẽtatiua, quá nutritiua melior est, etenim seruare speciem nutritiuæ est opus, nam eousq; seruamur, donec nutrimur. augmentatiuæ autem interest ad perfectam secúdum naturam mensuræ quantitatem reducere, in quam cũ uenerint animaliaq;, & plantæ in exquisitissimum naturæ finem adueniunt ex generatiua potẽtia, is enim naturæ perfectissimus scopus ob desiderium sempiternæ immortalitatis animalibus morti obnoxiis successiuo apparatu aduenit, ut ipse in aliis quoq; dixit.

Quare augumentatiua materiæ rõnem tenet ad generatiuam, nutritiua uero ad augumentatiuam, in partibus igitur plantalis animæ ex perfectioribus incœpit, atq; etiam in partibus sensitiuæ idem facit, nam primo loco de uisu, secundo de auditu, tertio de odoratu, quarto de gustu, ultimo de tactu sermonem faciet, nobilior autem omnibus uisus est, & deinceps eo ordine, quem proposuimus sensus alius alio nobilior est, primum quidẽ quod gustus, & tactus, & odoratus ad eẽ conferuntur, auditus uero, & uisus, ad bene esse, per quos (ut ait Plato) philosophiæ genus diffiniuimus. Quare etiam Poëta soli solos hos attribuit sensus cum dicit, sol qui cuncta uides, quique auribus omnia sentis.

Et ex his uisum præposuit, & quidem uisus ea, quæ admodum longe sunt, percipit, operationemq; habet sine tempore, sed auditus, licet ex remotiori loco sentiat, non tamen ut oculus ex longissimo interuallo percipit, propius uero odoratus olfacit, at gustus, & tactus nisi tangendo sensibilia percipiunt, inde quæcũq; aliquem ex nobilioribus sensibus habent, omnino reliquos habent omnes. at non sanè quod habet uiliores, id etiam nobiliores habet, nam quędam solum tactum habent, ut plantanimalia, ideo cõtrahuntur, & extenduntur ad ea, quæ proxime accedunt tristantia,

aut lætantia. Prgterea alia solum gustum tenent, ut ostrea, uidentur enim pasci, alia etiam odoratũ solum participant, ideo quædam conchilia dicũt escas insequi, ueluti quę olfactu hiatulas psequũtur, alia autem sine uisu auditum habent, ueluti quę dicuntur talpæ. quòd si uisus sit animal particeps, omnino reliquos quoq; sensus habet. quid igitur in aliis potẽtiis ex ultimis, & ĩdignioribus facto principio, in partibus ẽcõuerso procedit: principiũq; ab nobilioribus, & primis facit: ad hoc igitur aliqui dicũt, quod in doctrina uias utrasq; cõmiscuit, in aliis quidem potentiis ab ultimis, & imperfectioribus facto principio, in partibus uero à primis, & pfectioribus, alii aũt solertius disputantes dicunt, primarum, magisq; perfectarum animæ potentiarum effectus inq; sensitiua, & plantali nobis esse manifestiores, generatiuę igitur effectus manifestus magis est, quã augumentatiuę, & huius magis, quã nutritiuæ, similiter habet in partibus animæ sensitiuæ, nam uisus auditu certior est, auditus odoratu, odoratus gustu, gustus tactu. nõ igitur à tactu incipere oportebat: ut. n. ipse ait, in his quæ sequuntur dubitaẽ omnino an sensus tactus sit. uidetur autem non esse sensus: unus enim quisq; aliorum sensuum, circa aliquod unũ sensibile oppositionem exercet, circaq;. ea, quæ inter opposita sunt, ut uisus circa nigrum, & album, & eos, qui sunt inter hos, colores operatur, auditus circa acutum, grauemq; sonum, & inter hos medios, odoratus circa bonum, malũq; odorem, gustus circa dulce, & amarum, & ea, quæ sunt horum media. Omnia enim sub aliqd horum oppositorum reducit Aristoteles. ego dico dulce, & amarum. tactus uero se circa plures oppositiones habet, quæ non sunt alternatim, nam circa calidum, & frigidum, humidum, & siccum, durum, & molle: graue, & leue: rarum, & densum, quæ quidem inter se genere subalterna ẽẽ nõ possunt, uersatur. quare, quod sermo de sensu tactus, est dubius, neq; ab dubiis incipere oportet, ea de causa à tactu principium nõ fecit. igitur quia id in partibus euenit & plantalis & sensitiuæ animę, quod quæ prima, & magis perfecta sunt natura, ea nobis magis patent, ab iis non ĩmerito doctrinæ principium facit. atqui in rationali anima à posterioribus inchoauit: nãq; quãpluribus opinione imaginatio clarior est, & ipsa opinio, quàm cogitatio dilucidior: cogitatione uero multo obscurior intellectus est, quod raro, & in paucos eius operationes euadant. post omnia tandem de localiter motiuo quærit, quidnam illud sit. utrum sit aliud ab animæ partibus enumeratis, an harum aliqua, an omnes localis motus causa sint. & uidentur omnes esse causa motus localis: in hominibus enim, qui secũdum intellectum uiuunt, intellectus huiusce motus causa est: ipse enim aĩal mouet, in his uero qui ratione carent, sensus, at uere ab iis omnibus aliud est localiter motiuum. nam nutritiuum motus localis causa est, uerũtamen hoc diuersum est, nãq; in potẽtiis rationalibus est appetitus, qui quoq; in irrationalibus est, ut in principio diximus.

Quoniam uero ex obscuris quidem, manifestioribus autẽ fit ꝙ dilucidum est per rationem notius, tentãdum est rursus hoc modo de ipsa percurrere. Quod hoc in loco ꝑpter breuitatẽ subobscuram fecit orationem, quo dictionũ sententiam dilucidã faciamus, sic legamus cum adiectione uidelicet, quoniam uero ex obscuris, quidem naturę, mãifestioribus autem nobis. hoc fit. quod dilucidum, est etiam p rationem notũ, ęquale autem est fieri natura dilucidum, & per doctrinã notius, ut omne quod dicitur tale sit. quoniam uero ex obscuris quidẽ naturæ, nobis autem manifestioribus natura (manifestũ enim primumq; nobis per rationẽ notius est) percurrẽtes tentare oportet uelut ab initio, ut de anima sermonẽ tractemus, incipientes ab iis, quę nobis manifesta sunt, obscuriora autem naturæ, sic enim quidnam sit anima inueniemus, quod quidẽ naturæ manifestũ est, nobis est obscurum. igitur hac de causa ab sermone de anima rursus initium capiens exorditur ab animato, quod quidem nobis manifestũ est, & quærit quanam in re differat ab inanimato, idq; ait esse animæ propriũ. quæ autem sunt obscura naturæ, ea secũda facit, quæ uero manifesta, ea prima constituit, ueluti natura primũ facit elementa, deinde ex his succos, deinde ex his similaria, deinde ex his instrumentalia. Deniq; ex ipsis animal: nos autem primũ cognoscimus animal, deinde quod ex partibus similaribus componitur, & sic ordine conuerso procedẽtes elemẽta, de quibus animal compositum est, tandem cognoscimus.

Non enim solũ hoc quod est, oportet diffinitiuam rationem declarare, ut complures diffinitiones dicunt sed etiam causam inesse & apparere.

Propterea, inquit, ut ab initio de anima sermonẽ facimus, quod in antedictis de ea minime satis dictum est, cum id solum retulerimus, quod est. nõ enim oportet aliquem uolentem cuiusdam exhibere substantiã rei, in eius diffinitione assignare in solum, quod est, sed eius etiam causam, ꝑpter quam illud est, in sermone autem de anima facto dictum est quod est entelechia corporis natura-

lis instrumentali. illud autẽ quomodo & ꝓpter quid sit entelechia dictũ non est, neq; enim fieri id potest ut qui uniuersè de anima sermonem faciat, hoc cur sit, id dicat, cum neq; sint animę omnes eiusdem speciei, neq; eiusdem generis. Quapropter hinc initio sumpto à manifestis, quæ in una quaq; animali potentia contemplamur, eo modo disputabit, ut propter quid, & quomodo sit una quæq; entelechia percipiatur.

Nunc autem ueluti conclusiones rationes diffinitionum sunt.

Dictum est etiam in primo sermone, quod aliæ diffinitiões ex materia, aliæ ex forma, aliæ uero ex utroq; accipiũtur, ut ex materia, quod ira est feruor sanguinis circa cor. & domus est lapidum, lignorumq; compositio. ex forma autem, quod ira ultionis desideriũ impetuosum est. & domus ab imbribus, & caloribus defensio. ex utroq; uero, quod ira est feruor sanguinis circa cor, ex ultionis impetu, & domus protectio, quæ defendit ab imbribus, & caloribus ex tali lapidũ, lignorumq; constructione cõposita. harum quidẽ diffinitionũ, atq; uniuersè omnis diffinitio, ut ipse in demõstratiua ait, alia quidẽ principiũ demonstrationis est, quæ est ex forma, alia uero conclusio, quæ est ex materia, alia autẽ demõstratio positione differens, quæ est ex utroq;, ut qui iram diffinire uult syllogismo tali utitur: iratus cupit supplicium sumere de eo, ex quo percitus ira est, eius autem qui cupit ulcisci sanguis circa cor feruet, deide conclusionẽ sic affert, irati igiť circa cor sanguis feruet. huius igitur syllogismi, & demonstrationis, quę ex materia iracũdiæ diffinitio est, ea est conclusio. quæ uero est ex forma, idest principiũ, nam propositio prima est, quæ dicit, iratus cupit ultionem, quę uero est ex utroq; diffinitio, syllogismus est, siue demõstratio, quæ positione sola differt Quà obrem in syllogismo quidem prima est ꝓpositio, quę sic ait, iratus ultionem cupit, secũda autem, cupientis ultionem sanguis circa cor feruet, at sanè in diffinitione, quæ fit ex utroq; èconuerso incipimus, feruor enim (dicimus) sanguinis circa cor est, deinde, ꝓpter ultionis cupiditatẽ. Quid igiť ait? oportere tales diffinitiones assignare, quæ causam, unde talis est res, habeant, non enim multæ (inquit) ex assignatis diffinitionibus cõueniunt syllogismorũ conclusionibus, quod in se cãm non habent, unde ita sunt, quæ causa ꝓportionabilis medio termino in syllogismo, scilicet ex materia sola assignãtur. ea igitur dictorum sententia est.

Alexander autem dictionem ita constituit. nunc aũt ueluti conclusiones rationes, pro eo quod est, diffinitiões terminorũ sunt, hoc est syllogismorũ, nam syllogismos terminos uocauit, quia sunt ex terminis syllogismi. item aliter, ueluti conclusiones rationũ, idest syllogismorum termini sunt, ut casus uice uersa faciamus, & rationi genitiuũ demus, & termio nominatiuũ, sed simpliciter magis, atq; commodius expositores Attici dicunt, rationes terminorũ, pro rationes definitionũ, uidelicet rationes enũciatiuæ, per quas rerum definitiones assignamus, conclusiones autem sunt, scilicet syllogismorum, conclusiones enim syllogismorum sunt conclusiones.

Vt quid est quadratio? æquale ex altera parte longiori figuræ, rectangulũ esse æqualiũ laterũ. talis autem definitio ratio conclusionis est, quæ autem dicit quadrationem esse mediæ inuentionem, rei ipsius causam dicit. Dicamus igitur, principio considerationis rei sumpto, seiunctum esse animatum ab inanimato uiuendi actu.

Postq̃ dixit definitionem perfectã non modo quod est, uerũ etiam causam ipsam docere, pluri masq; definitiones docere solũ quod est, id enim declarat cũ dicit, ueluti conclusiones sunt, ex his exemplum dictorũ ponit, qualis quidẽ definitio sit demõstrationis principiũ, qualis autẽ cõclusio, nam si (inquit) quadrationẽ ita definias, æquale ex altera parte longiori figuræ rectangulũ facere æqualiũ laterum, talis, inquit, definitio ratio cõclusionis est, ac si dicat. demõstrationis coclusio est, ex materia enim sumpta est, quod si quispiã definiens dicat quadrationẽ esse mediæ inuentionem eiusmodi definitionẽ esse demõstrationis principium significat, nã formã dixit, & causam, quod si quispiam dicat hoc modo, quadratio est æquale ex altera parte longiori figuræ rectangulũ facere, is quidem per inuentionẽ mediæ ex utroq; definiuit, talisq; hæc definitio demõstratio est positione differens, posset enim sic aliquis syllogismũ formare, qui facere quadrationẽ uult ꝓportionabilem mediũ quærit, quòd si media inuenta æquale ex altera parte longiori figuræ ęqualiũ laterum, & rectangulũ facit, id scilicet est manifestũ, quod ex altera parte longioris figuræ quadrationẽ dicit. est autem quadrãgulus & æqualium laterũ, & rectangulus, spacium uidelicet est habẽs latera quatuor æqualia, & angulos rectos, figura uero altera parte longior rectãgula quidẽ est, sed nõ ęqua

lium laterum. Qui uolunt igitur figurã ex altera parte longiorẽ quadrare, mediã proportionabi-lem quærunt, ut exempli gratia, sit spaciũ ex altera parte longius, quod alterũ ex lateribus ulnarũ octo habeat, alterũ uero duarum, id quidẽ patet quod totũ est ulnarum sexdecim, nãq; omne quadrilaterum mensurat latere in latus multiplicato. cũ igitur uoluerimus spacio huic ex altera parte longiori æqualem quadrãgulum facere, ut sit ulnarũ sexdecim, uelut etiã erat spaciũ ex altera parte longius, debemus duarũ ulnarum spacii ex altera parte longioris mediã proportionabilẽ inuenire, ut hanc habeat rationẽ ad maius latus quod erat ulnarũ octo, quã rationem ad ipsam mediã uidelicet ulnarũ duarum figuræ ex altera parte longioris latus habet, id aũt fit ulnarum quatuor, quam enim ad octo rationẽ quatuor habent, eandẽ ad quatuor habent duo, utrũq; enim est maioris dimidium, ea autem est media ꝓportionabilis. ex hac igitur designabitur quadrãgulare spaciũ ulnarum sexdecim, quod erit æquale figuræ ex altera parte longiori, & hoc modo in omni figura quæ sit ex altera parte longior ii facere debent, qui eidem figuræ quadrãgulũ uolunt æqualem describere. rursus enim sit ex altera parte longior figura, quæ latus unũ sexdecim ulnarũ habeat, alterum uero quatuor, ea uidelicet ulnarũ quatuor, & sexaginta spaciũ describit, quod si uelis huic æqualem quadrangulũ facere, mediã proportionabilẽ quærere debes, ea autẽ est ulnarum octo, octies enim octo sexaginta quatuor faciunt. nã queadmodũ figuræ ex altera parte longioris latus ulnarũ sexdecim duplũ est ad id, quod ulnarũ octo inuentum est, sic & ipsum latus duplũ est reliqui lateris figuræ ex altera parte longioris, quod est ulnarũ quatuor. mediæ igitur inuentio hæc est, quã dicit Alexãder esse in secũdo Euclidis, quod quidẽ non est, ibi enim nihil tale demõstratũ est, id autẽ uerũ est, quod eo in loco dixit Euclides, uidelicet inueniri mediã proportionabilem si duæ lineæ rectæ datæ fuerint, & si ꝓportionabiles lineæ rectæ tres sint, quod ab extremis est, illi, quod est à media, æquale est. dicamus igitur initio cõsyderationis rei sumpto secũdũ esse inanimatum ab animato uiuendi actu. ueluti sæpius dictũ est, ex his, quæ natura posteriora sunt, & nobis magis manifesta de primis, & obscurioribus docẽdo uerba facit, nam cũ uelit animæ designatiuũ ꝓprium deprehendere, quid animati designatiuũ sit inquirit, quod animæ natura posterius est, nãq; animatum dicitur eo, quod animæ particeps est, ex qua etiã nomẽ animati cõsecutum est, hoc autem, unde dicitur, ab eo, unde est, secũdum est. quod si animatũ ab inanimato differt animę participatione, differt aũt & actu uiuẽdi, id sequitur, qđ ipsius animę designatiuũ esse uita uidetur.

Multifariam autem cũ viuere ipsum dicatur, & si vnũ quid horũ sit solum, viuere dicimus ipsum, uelut intellectus, sensus, motus, & status in loco, præterea motus secũdum nutricationẽ, & minutionem & accretionẽ, quapropter & plantæ omnes uidentur uiuere, nãq; apparent in se habere potentiã, atq; principiũ tale, per quod incrementũq;, & diminutionẽ suscipiunt secũdum cõtrarios locos, non enim sursum quidẽ crescunt, deorsum uero non, sed simul ad utrũq;, & semper nutriuntur, & uiuunt continue donec possunt accipere nutrimentum.

Postq̃ nobis animã uitæ nota designauit, nunc animã in diuersa significantia diuidit, etenim inquit cum multifariã uiuere ipsum dicatur, hoc est cũ multæ sint animales potentiæ, secundũ quas iis uita adest, qbus illarum participatio est, & quoniã hoc ait, subinfert, uelut intellectus, sensus, & reliqua, deinde facta fide quod in unoquoq; horũ uita est, ait, quod etiã si unũ quid horum sit alicui, quod eius particeps est, uiuere id dicitur. Vnde plantæ quoq; cũ nutriendi uim habeãt, uiuũt & si aliarũ nullam habent, neq; sensitiuã, neq; localiter motiuã, neq; ex his, quas supradiximus, aliquam, sequitur autem nutriẽdi, uel augendi uis, nã ut in perfectã speciem habeat, nutritio fit ideo nutrita augentur donec nõ magis inualescat diminutio, tunc enim nutricatio in qua est, eã speciem solum cõseruat, illud autẽ secũdum contraria loca, dictum est pro undiq;, nãq; (ut in libro de generatiõne dixit) ea nutriri, & augeri dicunt, q̃ in omni parte sua nutriunt & augent. nã quę per additionem incrementũ suscipere uidentur, nõ in omnibus partibus suis ea crescunt, quapp nec incrementum in illis dicitur, sed additio. si enim in frumenti cumulũ frumentũ aliud addidero, nõ per omnes cumuli partes additio fiet, sed in una parte solum, ubi additio ipsa facta erit. Corpus autem partibus omnibus totum crescit, hoc igitur modo plantæ etiam se partibus uniuersis augent: augentur enim sursumq;, & deorsum, nãq; radicẽ in profundum, inq; dextram, atq; sinistrã crescunt, utrinq; enim in latitudinem incrementum diffundũt, atq; etiam ante, & retro idem faciũt: etenim plana & æqualis in profundum fit accretio. Quare si hæc, quæ nutriendi uim solam tenent, uiuere dicuntur, id sequitur, quod unaquæq; animæ uis esse uita uidetur.

Separari

Separari autē hoc ab aliis, possibile quidē est, alia uero ab hoc, impossibile, in mortalibus, manifestum autem hoc est in plantis, nulla enim ipsis adest potentia.

Quod igitur unaquæq; animæ potentia uita est, & uiuere facit ea, q̃ participātia sunt, iam dixi. id enim patet, quod ea, quæ sensum participāt, secūdum hoc unum uiuūt, manifestam uero magis uitam habent: similiter etiam quæ intellectus consortia sunt, scdm hoc ipsum uiuūt. Verūtamen, quāq; unaquæq; harum potentiarū uita est, nutritiua inquit sine aliis esse potest, cum sit omnium ultima, aliæ uero sine hac minime sunt, & bene quidem addidit in mortalibus, in diuinis enim nutritiua inutilis est, quod ibi neq; incremetū, neq; diminutio est, quæ quia sunt in mortalibus, proptera mortalia sunt, impossibile est meliorem uenire animalē potentiam, nisi adsit inferior, & propter eas, quas iam sæpenumero causas diximus. nam qui mortale est, influxus indiget, & quoniam effluit, omnino necessaria est ipsa nutriēdi uis, quæ in corpore subtexēdo sufficiat pro eo, qđ defluxerit, idq; ut species conseruetur. Quare sine uirtute nutritiua nihil est animatū, quæ uero rōnalia sunt, ea quidem cupiditatis, & iracūdiæ consortia sunt, ut ea, quæ sunt animalis cōseruatiua appetant, quæq; ipsum destruūt aufugiant, id autem patet in plātis, quod ab aliis potētia nutritiua separatur, nam cum plantæ hanc ipsam habeāt, ex aliis nullam tenent, neq; enim sentiendi, aut cupiendi uim habent, neq; multo magis aliquā ex his quæ superiorem locum tenent.

Viuere igitur propter hoc ipsum principium inest omnibus animalibus.

Cum dixerit in superioribus, quod & si unū quid horum sit, uiuere dicitur, nunc ait uitam eē ex nutritiua potentia, q; si hoc ait, quod ubi aliarum sit una, ibi hanc etiam esse necesse est, q; si sola sit, statim etiam quę eam participāt, uiuere dicunt, atq; insuper si illud est uiuere (uelut ipse paulo ante diffiniuit) per se nutriri, & augeri, nutricatio autem, & incremetū ex ipsa nutriendi uirtute ꝓcedit. illud quidē merito cōcludere possumus, quod ex hac potentia uiuere datum est, quod, quāq; unaquæq; animæ potentia uita quædā est, mortalia quidē sine nutritiua esse nequaq̃ possunt, imo maxime per hanc ipsorum uita designatur, ꝓpterea quod eorum natura fluida est, necnisi ꝓ eo, quod effluxerit, aliud sufficiatur, esse potest, hoc autem nutritiua facit, igitur animalibus eē uitam per hanc merito dixit.

Animal autē est propter sensum primo, etenim quæ nō mouentur, neq; mutant locū, habent autem sensum, ea animalia dicimus, nec uiuere solū, sensuum uero est primus omnibus, tactus.

Quemadmodum per nutritiuā potentiam uiuentia designātur, sic animalia per sensitiuā notātur, adeo, quod hanc solam participantia, quāuis ex superioribus aliam nullā habeant, animalia dicuntur: primo autem sensuū consortia dicit esse ea, quæ tactum participāt, nam, licet aliquid solius tactus particeps sit, non modo id uiuere, uerum etiā animal esse dicitur, sensu enim animal ipsum designatur, qualia sunt ea, quæ plātanimalia uocātur, ut spongiæ sunt, quæ solū tangendi sensum participāt, & plētanimalia nūcupata sunt, quapp aīalia quidem sunt eo, quod sensus cōsortia sunt. Plantarum uero nō est mutare locū de loco, magis autem in hoc ipso est animalium quid, & neq; hoc omnino plantarum est. nam plantæ loca scdm partes mutant, cum contrahātur, & extendant, q; si animalia ex sensu designātur: sensus autem in diuinis non est (sensum autem dico, quales nostri quinque sunt) id quidem sequit, quod ea nō uideantur esse animalia, ueluti cœlestia. Sed ego dico quod de mortalibus nobis sermo est. q; si in illis ii sensus non sunt, meliores tamen, atq; diuiniores certe sunt. Quispiā fortasse hic dubitauerit, quid ita, cum ex eo, quod uiuit, animal designetur, & plantæ uiuant, nō plantas animalia dicamus: ipse autem hoc soluēs in his, quæ sequuntur, ait, quod queadmodum cursores dicimus, non eos, qui quomodocūq; cursus participes sunt, sed qui uehementiorem, & magis apertum cursum participant, sic animalia dicūtur ea, in quibus uitæ species manifestior est, sensibus autem manifestior est uita, quā nutritiua.

Et ueluti nutritiuū potest separari à tactu, & ab omni sensu, sic & tactus ab aliis sensibus. nutritiuam autem dicimus talem partem animæ, cuius & plantæ participes sunt, animalia uero omnia uidentur tangendi sensum habere.

Et uelutí, pro ut enim, nāq; coniunctio causalis est, nam cum dixerit esse sensuū primum tactū, per hæc hoc ipsum cōfirmat. uelut enim quæ alias animales potentias participāt, multo etiam ma

gis nutritiuæ consortia sunt, nec contra quæ nutritiuã participant, necesse est ea in alicuius alterius parte esse, sed ea, scdm ipsam speculamur, ut in plantis. hoc modo etiam quę aliquẽ alium sensum participant, necesse omnino est ut in tactus participatiõe sint, quod nõ sanè ẽcõuerso se habet. multa igitur, quæ tactum participãt, nullum habent alterũ sensum, ut spongię, & ostrea, & quæ uocantur cochleæ, & oĩno cõchilia, quare si natura prius est, qđ una cum alio infert, & ablatũ tollit, id sequitur quod tãgendi uis sensuũ prima est, potest aũt illud, & ueluti, ab alio principio dictũ esse.

Propter quam autem causam utrũq; horum acciderit, postea dicemus.

Quare & nutriendi uis ab aliis animæ potentiis separat, & tangendi uirtus ab aliis sensibus, in his, quę dicent post, ipse causam, quã ego quoq; iam dixi, enarrabit, quod, cũ sit ipm corpus fluidũ, necesse penitus est ea, quæ uitæ cõsortia sunt, ut cõseruandæ speciei causa, nutriẽdi uim participẽt. hac etiã de causa tactus & ab aliis, & cũ aliis oĩbus separabilis est, qa sensus ꝓpterea datus est, ut quę domestica, quęq; aliena sunt, & quæ cõseruant, quæq; corrũpunt, discernat, ea autẽ nobis maxime domestica sunt, ex qbus cõstamus, ea autẽ sunt, aridum, humidũ, calidum & frigidũ, quæ sentire ipsius tactus est proprium, quapropter merito tactus inter sensus primus & maxime uniuersalis est, nec absq; tactu ullus aliorum sensuum esse potest.

Nunc autem eo vsque dictum sit solum quod anima horum est principium dictorum, atq; his definita est, nutritiuo, sensitiuo, cogitatiuo, motu.

Qui uolunt omnem animã facere ĩmortalem, dicunt, augendi, & nutriẽdi uires, & alias eiusmodi, operationes esse animæ, quas dicunt Aristotelẽ quoq; dicere inseparabiles esse, animã scilicet, & potentias, unde operationes ipsę ꝓcedunt, has esse separabiles. animã igitur cãm, & harũ principiũ operationum dicere ipm dicunt, uidelicet nutritiuæ, sensitiuæ & aliarũ. quod autẽ non hoc putet Aristoteles iam sæpius dictum est, sed cõmodius atq; uerius Alexãder interpretatur, cũ dicat animã ipsam esse principiũ & causam nutriendi, augendi, & sentiendi quæ uere operationes animæ sunt. quod autẽ non dicat animã principiũ nutritiui & sensitiui, id explicuit ex eo, quod ait, his definita est, nutritiuo, sensitiuo, & reliquis pro eo, qđ est, in his terminata est aĩa, & in his esse est aĩæ, preter omnia illa randẽ motiuũ inducit eo, quod in omnibus dictis motus uidetur, in cogitatiuo etiã de quæstione in inuentionem, & à propositione in conclusiones.

Vtrum autem horum vnũquodq; sit anima, an pars animæ? & vtrum partes, sic vt sit separabile ratione solum, an etiã loco? de quibusdam quidem non difficile est videre.

Quod in primo sermone dubitauit, adhuc dubitat, utrũ per corporis partes animę potẽtię loco diuidãtur, quẽadmodum dicere Timęus uidebat, cum diceret in corde qdẽ esse irascibilẽ, in epate uero cõcupiscibilem, sentiendiq; uim in cerebro, at nõ loco, neq; in partibus corporis, sed ratione solum, substantia scilicet inuicẽ diuersa sunt, nãq; potentię uniuscuiusq; diffinitio diuersa est, hoc igitur eodem modo soluitur, quẽadmodũ ab initio, & ex plantis, & ex insectis, nõ enim inqt difficile est in aliquibus animę potentiis uidere, qđ loco separatæ nõ sunt, eteni in unoquoq; plantarũ diuisarum ramo & nutriendi, & augẽdi, & generãdi uim inuenies, quapropter q̃ in plantis aĩa est, ea quidem actu una est, at potentia multæ, diuisa eni plãta in unaquaq; parte diuisa plantalis aĩæ species perfecta uidetur. q̃re prius quidẽ, scilicet ante, q̃ diuideretur, una erat numero, postq̃ autẽ diuisa est, plures quidẽ numero factæ sunt, una uero specie est, in plãtis eni per totum, & unoquoq; in ramo semen quoddã medulla est, in qua anima esse impartibiliter habet, unde ꝓpter eius impartibilitatem in inciso etiã ramo, eius potentiæ omnes inueniunt. similiter quoq; se habet in insectis, nã si ea diuidantur, unaquæq; dissecta pars & sentiendi & mouendi uim habere cernit, quòd si loco diuisæ essent animales potentiæ, opus esset in hac qdẽ parte sensitiuã, in alia uero motiuã uirtutẽ esse. id autẽ in plantis magis exẽpli gratia sumptũ est, nãq; eius est ꝓpositum declarare quasdã animæ potentias inseparabiles esse loco, solã autẽ animalẽ potentiã plantas habere, ex generatiua enim uirtute, illis est usus incrementi, ꝓpter incrementũ uero nutriendi uis data est. Dicit igit quod, ut in plantis diuisis, in unaquaq; parte oĩs animalis potẽtia uidetur, sic in insectis, q̃ plures habẽt animales potentias, in unaquaq; diuisorũ parte omnes inueniunt. igitur de tangẽdi, mouẽdiq; sm locum uirtute erit ipsi separatim sermo, de reliquis uero scilicet uidẽdi, audiendi, gustãdi, odorandi, fortasse etiã de cupiendi, & irascendi potentiis, haud adhuc declarare habet, nõ enim loco separatę

sunt,manifeste enim sm partes corporis inuicē diuisæ sunt,nisi id quispiā dicat,impartibiles eas eē inuicem,qđ ex cerebro ꝓcedant omnes,unde si quid cerebrū patiatur,insensibile penitus,& imobile fit animal,nā si festuca cerebro imponatꝛ sensus omnis,motusq; sine ulla manet operatione,inde etiā hoc ipm manifestius ostēditur,nā si fiat in neruo oppilatio,uel si incidatꝛ,aut ligetur,pars quidem superior corporis sentitq;,& mouetꝛ, inferior autē est insensibilis, atq; imobilis. quapropter è cerebro potentiæ sensitiuæ omnes ꝓcedunt.quod aūt instrumētis indigent,neq; iisdē,sunt eni uirtutes diuersæ, unaquæq; in ꝓprio instrumēto apparet.Fortasse igitꝛ tale dubiū quispiā cōmentus est.ueruntamē Aristoteles nō uidetur uelle sic eas esse impartibiles,ut oēs in quadā parte sint & ab ea in reliquū corpus ueniant,sed in toto corpore ipartibiliter eas esse uult, & ideo his exēplis usus est, quæ & de plantis, & de insectis accepit. Sed cū dicunt uelle eas in spiritu sedere,totū enim per totum illū uidereq;,& audire, reliquisq; sensibus operari, & sic oēs esse in eo sensus, quēadmodū in plantis potentias plantales, & in insectis tactūq;,& motū localē,neq; enim esse organis instructū spiritum,sed ueluti in dolio cōdensata aqua,aut quoddā aliud tale, uasis formā accipit, hoc modo spiritum,de uita, quam in corpore hoc flagitiose duxit cōtractis uaporibus cōdensari, & inde formas quasdam phantasmatū in sepulchris uideri,uelut hoc ipm corpus quia incōpositū est in alias quoq; mutari figuras ad imaginationē cōfictum,quare dicunt eum purgationibus uti, quo raros eos efficiat,quos ɔtraxit uapores,uictusq; tenuis,qui magis studiosi sunt,eos satagere, abstinereq; multis à cibis,quicūq; spiritum densiorem faciunt,etenim uaporibus ipsum nutriri dicunt. Verū ad hoc ego dicerem,quòd si spiritus instrumentis instructus non est,anima eidem diffinitioni nō succumbit,nam cū dixerit animam corporis instrumētalis esse entelechiam,sic enim à formis inanimatis ipsam secreuit,etenim illarū forma entelechia est,sed lapis & similia,corpus instrumētale nō est,quòd si anima,quæ in spiritu est,diffinitioni succumbit,illud necesse est,ut spiritus organis institutus sit.quòd si ita est,necesse est animæ partes simul cum ipsis instrumētis diuisas esse,id.n. patet,quod unaquæq; potentia,in unoquoq; sedens organo sic operatur,neq; enim in alio quodā sedet,nam in spiritu primo iacet.quòd si uerbi gratia,uisus instrumētum proprium cum habeat, non in ipso instrumento operatur solum,uerum etiam in reliquis spiritus ipsius partibus, id sequitur,quod superfluum sit,& frustra illud instrumētum.quòd si in ipso solo operatur,inq; ipso solo sedet,cur in alia spiritus parte uisus habet esse,& in alia operaturꝛ nisi quispiam id ficte supponat,quod in illo in una quidem parte sint omnes,ex ea autem in reliquas ueniant,quomodo.n. hoc ipsum se sic habere ostenderitꝛ quòd autem de uisu dictum est,hoc.s.etiam de reliquis sensibus erit,quòd si hoc est uerum,necesse est per corporis partes animam eē diuisam. igitur si organis instructus est,quod dixi,id sequetꝛ,uidelicet animam per corporis partes esse diuisam.Sin autē non organis est institutus,animam rōnis expertem diffinitio nō comprehendet.Verum plātalem, atq; rōnalem solum,in spiritu enim habet esse irrationalis,nisi quispiā fortasse hoc dicat,qđ in hoc corpore rēpublicam gerentem animam diffiniuit,neq; enim coelestium animas diffinitio complectitur,nam neq; illæ sunt organis instructæ.

Nōnulla autem dubitationē habent,quēadmodum enim in plantis quædā diuisa apparent uiuentia,seiunctaq; inuicem ut existente in ipsis anima,actu quidē unius in unaquaq; planta,potentia uero plurium,sic & circa alias differentias animæ uidemus accidens in insectis,in his,quæ inciduntur,etenim sensum utraq; partium habet,& motum localem.

Si non & loco diuisæ sunt,de intellectu autem dicit,ut deinceps enarrabit.

Quod si sensum,& imaginationem,etiam appetitum,ubi enim sensus est,tristitiaq;, & uoluptas consequitur,ubi autem sunt hæc,necessario quoq; cupiditas est.

Postquā demōstrauit sensitiuum,motiuūq; scdm locum,non esse inuicem loco separabilia, ex his rōcinari uult quod appetitiuum,& imaginatiuum sunt inseparabilia,& de appetitiuo quidē rōcinatur,de imaginatiuo uero,nōdum,non enim quod sensum habeat,id illi statim uidetur habere imaginationem,nam qđ formicæ,quod muscæ,quod multa huiuscemodi alia imaginationem habeant,id patet.latebras enim suas nō ignorant. Vermes autem(ut in his,quæ sequentur,dicet) imaginationem habere minime uidētur,cum quosdam motus uagos,atq; errantes faciāt.q̄re aut imaginatiuum nō habent,aut si habent,id quidem maxime hebes,atq; obscurum tenēt, & ta-

formicę et muscę imaginatiões habent. vermes.

lis adiacentis huius particulam unam intellectũ separabilemq;,& æternum esse dicunt.

Reliquæ autem partes animæ patent ex his non esse separabiles, quẽadmodum dicũt aliqui.

Patet igitur inquit ex his,quæ dicta sunt,quod reliquæ omnes animæ partes,præter intellectũ, non sunt separabiles,neq; inuicem altera ab altera,neq; à corpore,inuicẽ quidẽ,uelut in diuisis insectis ostensum est,à corpore aũt,quod eius entelechiæ sunt,neq; enim aut sensitiua,aut nutritiua uis,aut mouendi,aut cupiendi uirtus absq; corpore possunt esse,eius qđ nutriendi,quod sentiendi,quod mouendi uim suscipere potest,eę potentiæ sunt,ipse autẽ paulo ante eas non esse inuicem loco separabiles manifestum esse ex his quæ ostensa sunt,dicebat. quod aũt ait, quemadmodũ dicunt aliqui, clam aduersus Platonem dicit, qui non ratione solum, uerum etiam loco potentias ipsas discernit,ut dictum est.

Ratione autem quod alia est patet,sensitiuo enim esse,& opinatiuo diuersum est,siquidẽ sentire aliud est ab opinari,similiter quoq; & aliorum unũquodq; dictorum.

Et si enim loco separatę non sunt,attamen diffinitione non sunt eędem,alia enim sensitiui ratio est,& eius uis,quæ secundum locum mouet,& in aliis simili modo.

Pręterea autem aliquibus quidẽ animalium omnes insunt,aliquibus uero pauciores,& quibusdã una sola,hoc autem facit animalium differentias.

Aliquibus autem quædam uidentur,quod scilicet animæ potentiæ sint diuersæ inuicem ratione,id autẽ per hæc declarat. Differentiæ enim animaliũ ex animarum differentia secundũ speciem fiunt, inuicem autem differunt animalia,quod alia quidẽ plures animæ potentias habent, alia uero pauciores quod si,animæ potentiæ essent omnes eędem ratione,nulla quidẽ inter animalia differentia esset,nõ enim secũdum materiæ differentiã differunt,ueluti Pythagorici dicunt,qui in diuersa corpora animas ascendere faciũt,uariasq; animarũ operationes ex corporũ uarietate fieri uolunt. quod si non est hoc rationi cõsentaneum,ex forma enim unũquodq; designatur, formæ aũt rationem tenet animã, id sequit̃, quod animæ uarias esse ex diffinitionibus differẽtias necesse est, atq; ex hoc animaliũ fieri differentias.non enim potentias omnes oĩa animalia habent,sed alia oẽs, alia aliquas,alia unam.illud autem,quod ait,aliquibus quidẽ aĩalium,& illud,hoc aũt facit animalium differentias,animalium dixit, pro uiuentium, quę enim animalem unam potẽtiam habent, ut plantalem,ea non sunt animalia.

Quam autem ob causam,considerandum postea est.

Qua causa inquit hæ quidem cõiunctę sunt,& plures in ipsis animę potentię,in aliis uero pauciores,& in aliis una sola,id postea dicemus,præterea etiam quamobrem aliæ primæ,aliæ secundę sint,de his enim in his quæ sequentur dicturus est.

Similiter autem & circa sensus contigit,alia enim habent omnes,alia autem pauciores,alia uero unum maxime necessarium tactum.

Quod(inquit)uniuersaliter in potentiis animæ contigit,hoc in sensitiua quoq; sola factum est, animalium nãq; alia sensus omnes habẽt,alia autem plures,alia uero unũ,atq; horũ causam, quod iam prædiximus,in his quæ sequentur,declarabit,

Quoniã autem quod uiuimus,& sentimus bifariã dicitur,quẽadmodum quo scimus,horũ autem dicimus,alterum quidem scientiã, alterum uero animã,utroq; enim horum dicimus scire,similiter etiam quo sani sumus,aliud quidẽ sanitate,aliud autem parte quadam corporis,aut etiã toto,horum autem scientia,& sanitas, forma,& species,quædã est,& ratio,& uelut operatio susceptiuorũ,altera quidem scientis altera uero sani.

Hanc ipsam diffinitionem interpretari eius ꝓpositum est, & ab quod in cur transire, naturæ enim cur est primum,nobis uero primũ manifestius est quod .cum igitur dixerit animã esse entelechiam,nunc eius uoluntatis est ostendere quod ipsam entelechiã,bene diffiniuit,hoc est substan-

tiam esse secundũ speciem, quod est ipm cur. nam postq̃ illud acceptum est quod animata ab inanimatis actu uiuendi differunt, ex eo hoc in loco demõstrat, se bene diffiniuisse animã esse entelechiã corporis instrumentalis naturalis, in hac enim uiuere, & sentire animal ipm dicit, ꝓprie quidem, & primo anima, secũdo uero propter illam corpore, quẽadmodum animata informanẽ uiuendo, & sentiendo, cuius rei primo anima causa est, atq; ob id ea forma est, & entelechia animatorum. pręparatio autẽ procedit hoc modo, omnia inquit cõposita duplici modo dicuntur esse, & secũdum materiam, & secũdum formã, etenim primo secundũ formam unũquodq; esse dicitur, quicquid est, secundo autem secũdum materiam, quoniã id quod per se esse dicitur, uidelicet forma in materia est, fides autem est ex inductione. Dicimur enim inquit scire duobus modis animaq;, & scientia, nãq; anima ipsa scientes esse dicimur, neq; enim corpore scimus, & rursus scientia scientes esse dicimur, sed proprie qdem, & primo scientia, propter scientiam quoq; anima, in anima eni scientia est, & ꝓpterea anima subiectum quoddã est, & uelut materia, ipsa aũt scientia ut forma. rursus sani dicimur esse aut sanitate, aut corpore, aut oculis, at rursus hic in utroq; simul corpore scilicet, & sanitate, primo quidem ꝓpter sanitatem sani sumus, secundo autẽ corpore ualemus & ꝓpter sanitatẽ, & ꝓpter corpus, qua in re formæ rationem sanitas habet, materiæ uero corpus, eteni scientia perficit animã, ueluti sanitas corpus. primo igitur est & ualere, & scire ꝓpter scientiã, & sanitatem, nãq; ꝓpter sanitatem, corpus ipm ualere dicitur, animaq; ipsa ꝓpter scientiam scire. similiter quoq; aut albi aut nigri, aut rubei dicimur, primo quidem propter talem colorem, secundo uero propter superficiem, & hæc quidem subiectum est, color uero forma. similiter calidi, aut frigidi dicimur, primo quidem ꝓpter caliditatem, aut frigiditatẽ, secundo autem ꝓpter corpus, quod quidẽ subiectum est, qualitas autem eiusmodi forma. quẽadmodum igitur in hisce se habet, in omnibus eodẽ modo consyderare possumus, quomodo necesse est etiam in animatis esse, uiuere enim dupliciter dicitur, nam uiuere dicimur aut anima, aut corpore: sed primo quidem anima, secũda autem rõne & propter ipsam, corpore, nam uita ipsa corpora animata ab inanimatis differũt, uelut ipsis ex anima uita adueniat, horum igitur necesse est, ut in aliis omnibus, eẽ animam formam. Quare primo dictum est unũquodq; esse secundũ formam, quam in se habeat, corpus uero materia est, & subiectum, hoc autem, scilicet uelut operatio susceptiuorum, dixit, pro perfectio susceptiuorũ. est enim scientis quidẽ, uidelicet animæ, perfectio scientia: sani autem scilicet corporis, sanitas perfectio est, nãq; sciens, & sanum potentia sunt, & imperfecta, perficiunẽ autem scientia & sanitate. Quãobrem si corpus materia est, anima uero forma, est autem materia quidem potẽtia, entelchia uero forma, quare ipsum, quod in materia potentia est, forma perficit, id sequitur quod bene entelechiam esse animam diffiniuit.

Videtur autem in patiente, & affecto factiuorum inesse operatio.

Quoniam cum dixerit scientiã & sanitatem esse scientis, & sani operationẽ, quod non cuiusuis operatio scientia, & sanitas esse uidetur, sed inducẽtis in sanum, & scire ut medici, & scientis, ideo ꝑdefiniuit quod in patiente & effecto facientis operatio est, hoc enim in naturali etiã demonstrauit. unam scilicet esse in ambobus operationem & in faciente, & in patiente, & est ipsa in patiente, & nõ in agente, nãq; agens est ĩmobilis, propriamq; perfectionẽ habet, at patiens mouetur, & ex potentia in actum deducitur. quæ igitur ibi dixit in memoriam nobis reducens, hæc ait, hac igitur de causa non simpliciter, operatio dixit, sed ut operatio.

Anima autem hoc est, quo viuimus, & sentimus, & itelligimus, primo: quare ratio quędam fuerit, & forma sed non vt materia, & subiectum.

Cum demonstrauerit inductione, id esse formam, secundum quod, unũquodq; primo dicitur, materia uero, & subiectum id, secũdum quod, secundo, sermonem ad id, quod inquiritur traducit scilicet ad animatũ. primo enim dicimur anima uiuere & sentire, & intelligere, quare concluditur, animam esse formã, corpus autem materia, & subiectũ. uiuere autẽ & sentire, & intelligere, plantalẽ, & rationis expertem animã, atq; rationalẽ se dicere demõstrauit ut omni aiæ sermo conueniat.

Tripliciter enim cum dicatur substãtia quẽadmodum diximus, quarum alia quidem forma est, alia autem materia, alia vero, quod est ex vtrisq;, & harũ quidem materia potentia est, forma vero entelechia, & quoniam quod ex vtrisq; est, id animatum est, non corpus est entelechia animæ, sed

ipsa est corporis alicuius.

Quod ipsa substantia trifariam dicatur, paulo ante demõstrauit, quod autem tertium substantiam significãs illud est, quod ex utrisq; cõstat, & animatum est ex utrisq; substantia, ex anima .s. & corpore, quorum necesse est alterum eẽ formam, alterũ uero materiam, quod enim est ex materia, & forma id est quod ex utrisq; est. ostensum est autem quod anima, cum sit secũdũ formã substãtia, corporis naturalis instrumẽtalis forma erit, nõ autẽ corpus animæ forma. q; si anima forma est, igitur materia corpus est, materia autem (inqt) potentia est, hoc est in eo, quod potentia est, habet eẽ, corpus igitur potentia est, forma uero entelechia eius, quod potentia est, at forma est aĩa, igitur anima est entelechia. Quare concluditur ab eo bene datam esse animæ diffinitionẽ, cum dixerit, eã esse corporis naturalis instrumentalis entelechiam.

Et ob hanc rem bene opinantur illi, qbus videtur neq; sine corpore esse, neq; corpus aliqđ anima, corpus enim nõ est, sed corporis aliquid, & ꝓpterea in corpore est, & in corpore tali.

Postq̃ demonstrauit bene dictũ esse, quod anima sit corporis entelechia, quod eius erat propositum declarare, nam cum per prima non id satis ostensum esset, neq; causa, quãobrem entelechia esset, assignata, in huius declarationem progressus est. ex his igiẽ declaratis eos laudat, qui neq; corpus, neq; sine corpore animã esse dixerunt, nam si corporis est entelechia, non quidem corpus ipsa erit, non enim perfectio alicuius est idem cum eo, cuius perfectio est, sed neq; corpus aliquod est anima, nam cuius erit amplius entelechia? & corporis talis, uidelicet naturalis instrumẽtalis. Hinc fortasse uideri posset Aristoteles omnem animam dicere ab corpore inseparabilẽ, sed ipsius Philosophi mentã totã respicere oportet, & ea, q̃ de itellectu ante dicta sunt, in memoriã reducere. Quòd si ubiq; intellectum separabilẽ, atq; imortalem esse demõstrat, hoc in loco animam plantalemq;, & irrationalem eum dicere credamus, alioqui itellectus, quatenus entelechia corporis est, eatenus inseparabilis est, entelechia autem corporis est, nõ substãtia, neq; suis omnibus operationibus, sed iis, quas ex respectu ad corpus habet, ex quibus maxime sunt actiuę, quæ qdem operationes ab corpe sunt inseparabiles, ac ueluti gubernator, qui nauis cum sit entelechia, quatenus gubernator est ab naue separati non põt, uerum quia non solũ gubernator est, sed etiam homo, ut homo quidẽ, non ut entelechia, ab naue separabilis est, hoc etiam modo anima nostra, q̃ quatenus entelechia est corporis non potest eẽ sine corpore, sed quoniã quasdam ab corpore separabiles operationes habet. s. circa intelligibilia, in quas nõ modo corpus nihil cõfert, uerũ etiam in illis intellectui impedimẽto est, id patet, quod substãtiam separabilem habebit, cum eatenus anima sit, & dicatur intellectus, nõ sanè amplius anima, nisi potentia, uelut etiã cum in corpore est, intellectus potentia est, ut ipse etiã dicit, & si oino naturalr imaginari potest actus, qui de itelligibilibus nõ sunt penitus imagiabiles, & hoc non frustra habeat, ex natura necessitas, quod aliquãdo sic operet, & hoc id sequitur, quod eius substantia separabilis est: uerum de his in superioribus diligentius diximus.

Et non veluti, qui prius in corpus aptabant ipsam, nihil diffinientes in quo, & in quali, & quidẽ cum non appareat quoduis suscipere quodcũq; contigerit, sic autem fit, & secũdum rationem, vniuscuiusq; enim entelechia in eo, quod est potentia, & in ꝓpria materia nata est fieri. quod igitur entelechia quædam est, & ratio eius, quod potest huiusce talis esse, manifestum est ex his.

Prius quidem questus est, de anima multos quidẽ disserere, sed nullum sermonẽ facere de corpore animã suscipiente, uelut id fieri possit ex Pythagoreorũ uerbis, ut anima quęcũq; sit, in quoduis corpus ingrediatur, atqui inquit nõ uidetur quæuis forma in quodcũq; subiectũ uenire, non enim unquã strepitibus lingua subiectum fuerit, neq; odorabilibus auditus, neq; saporibus nasus. non cera ostrei, aut æris formam unq̃ susceperit, igitur si nõ quælibet forma in quoduis subiectũ uenit, forma autem corporis est anima non quidẽ in quoduis corpus ingredieẽ. quod quidẽ ueteres non diffiniuerunt, ipse autem diffiniuit, cũ dixerit esse formã corporis naturalis instrumẽtalis, nam corpus instrumẽtale simpliciter subiectum est animæ simpliciter quã quidem nunc diffiniuit. talis autem animę, tale quidem corpus instrumẽtale, uelut, exempli gratia, rationalis animę corpus tectum manibus utens in rationis seruitutẽ, aliis autẽ corpus unguibus curuis ad rapinã, atq; simpliciter ad uniuscuiusq; animæ & corporis operationẽ corpus præparatũ esse. Hoc autẽ Plato etiam ante ipsum diffiniuit, queãdmodum nos prędiximus, de figura eni corporis humani loquẽs

ait,nõ enim nisi cognouerit ens,in hác figuram ueniet,ens autẽ dicit intelligibile,intelligibile autẽ sola rationalis anima cognoscit, animæ igitur rationalis solius humanũ corpus est ꝓprium,sic aũt fit secũdum rationem,uniuscuiusq; enim entelechia in eo,quod est potẽtia,& in ꝓpria materia nata est fieri,sic igitur illi(inquit)de anima dicebãt,de corpore, quod ipsam susciperet nihil definiẽtes, neq; est secundũ rationem,neq; apparẽtibus cõsequens,sic autem nos diximus, talis cũ dixerimus corporis entelechiã animam,quod autẽ apparentia sic se habeãt ipsa ratio testatur,etenim(inquit) alicuius entelechia in eo nata fieri solet,qđ ut sit tale potentiã naturaliter habet,at uniuscuiusq; materia ꝓxima tale est,non enim quãlibet formam,quæuis materia suscipere potest, neq; enĩ cera domus formam, neq; nauigii papirus suscipere unquã posset,nec cõsequenter cuiuslibet animæ quõcũq; contigerit corpus, erit susceptiuũ . Quare simul cũ sermone de anima de corpore eam suscipiente sermonem facere necesse est,nãq; materia,& forma sunt ex his,q̃ ad aliquid dicũtur,quę autem sunt ad aliquid,fieri nõ potest,quatenus talia sunt,quin inuicẽ aut sint,aut cognoscant.

Ex potentiis autem animæ, quæ dictæ sunt aliis quidem insunt omnes, vt diximus, aliis autem quædam ipsarum,quibusdam vero vna sola.

Quod paulo ante de potentiis animæ se inuenturũ promisit, uidelicet quibus nam, & quæ,& quot insint,quaq́; de causa,& quales,quęq́; à q̃bus separari non possint,& cõtra quæ à q̃bus separẽtur,id nunc declarat dicens,q; inferiores animæ potẽtiæ, sequunt meliores,nec separantur ab illis. Sed sanè inferiores absq; melioribus esse possunt, aliis enĩ sola plantalis inest, aliis autẽ simul cum hac sensitiua,quas omnino appetendi uis sequitur,nãq; omne sensum participãs, necessario appetitionis particeps est,ut & paulo superius demõstrauit,& nunc ostẽdet.aliis autẽ præter eas, quę dictæ sunt,cogitandi uis inest,ut hominibus,uel quibusdã aliis talibus,uel etiã pręstantioribus potẽtiis.Smul autem per hæc ostendit,quod in animis est primum,atq; secundum.

Potentias autem diximus nutritiuum,sensitiuũ,appetitiuum,motiuũ secũdũ locum,intellectiuũ. inest autem plãtis nutritiuum,aliis autẽ & hoc ipsum,& sensitiuũ, & appetitiuũ,appetitus enim est cupiditas,& ira,& voluntas,animalia autẽ omnia vnũ habent ex sensibus tactum, cui autẽ sensus inest,huic voluptasq́;,& tristitia,& iucundum,& triste est,quibus autem hæc insunt,inest & cupiditas,iucundi enim appetitus est ipse.

Id notandum est, quod in enumeratione animalium potentiarũ prius appetitiuum nõ posuit per se,ueluti id omnino sensitiuo cõiunctum sit,tũc dicebat animã hisce diffinitam esse, nutritiuo sensitiuo,intellectiuo,motu,nunc aũt cum aliis potentiis ipm appetitiuũ reduxit in numerum dicens,aliis autem & hoc ipm,& sensitiuum,& appetitiuũ.aliis aũt dixit pro animalibus, infert enim, animalia autẽ omnia unũ habent ex sensibus tactum, animalia igitur(inquit)nutriendi,& sentiendi,& appetendi uim participant. Deinde satis aperte cõfirmat hoc, quod omnino ubi sensus unus sit,ibi necessario sit ira, atq; cupiditas, hac igitur de causa sensum oĩa animalia habẽt, in omnibus enim omnino tactus est,& si nullus ex sensibus alius adsit, sensus aũt tristis, & iucũdi suscipit,ubi autẽ iucũdum est,ibi omnino & cupiditas & appetitus est,iucũdi enĩ desideriũ cupiditas est,unde quæ solũ tactum ꝑticipant iucũdis adeuntibus diffundere se uident, tristi uero quodã ĩpellente se cõtrahere.Cum aũt dixerit,cui sensus inest,huic & uoluptas,& dolor adest, apposuit & iucundũ, & triste,bene quidẽ ualde,atq; utiliter trãsitione usus est,appetitus enĩ nõ est uoluptatis,at iucũdi, diffinit autẽ appetitũ cupiditate,ira,uolũtate,nã unũquodq; horũ appetitus quidã est,id aũt patet, quod simpliciter appetitus sensitiuo inest,at nõ omnis appetitus,iis enĩ,quæ solũ tactũ habent,appetitus est secundũ cupiditatẽ,quæ uero sensus omnes, iis est appetitus etiã secundũ irã, uidentur enim talia esse ad ultionẽ prona,sed rõnis solius uolũtas est.Quare cupiditas & appetitus ęq uoce, significare uident,& ueluti dispositio, quæ q̃dem de habitu cõmuniter ꝑdicatur , & rursum magis ꝓprie ad habitũ distinguit, sic etiã dicit appetitus cõmuniter de ira, de cupiditate,& de rõne, dicimus enĩ quẽpiam diuina appetere,& scientiam appetere, magis quoq; proprie dicitur appetitus ad rationem distinctus , & simili modo cupiditas , est enim & communis , & ad iram , & ad rationem distincta.

Pręterea autẽ nutrimenti sensum habent,nam tactus nutrimẽti sensus est,aridis enim,& liquidis,& calidis,& frigidis nutriuntur animalia omnia,horũ aũt sensus est tactus.

Demonstrauit

Demonſtrauit quod habẽtia ſenſum ſunt appetitus conſortia,etiam ſi ſolum ex ſenſibus tactũ habeant,nũc autem cõmunius,& manifeſtius declarat,quod ea,quæ ſenſum tenent, habent appetitum,ex eo quod ſimul ſentiunt iucũdum,& triſte:quæ autem hæc ſentiunt, iucũdum quidem adeunt,triſte uero refugiũt.hoc autem cupit aliqd,quod adit,cupiditas uero,appetitus quidã eſt. hac enim de cauſa diuiſionem fecit appetitus.quæ qdem ſentiunt,quod habent ſenſum,ea de cauſa,appetitionem participant.nũc autem manifeſtius,& magis proprie id ipſum oſtendit, quod oĩa tactum habentia,penitus appetitum quoq; habent.nam ſi(inqt)ea tactus ſentit,quibus animal nutritur,nutrit̃ autem ex his,qbus conſtat,quatuor aũt qualitatibus cõſtat,uidelicet,arido,humido, calido,frigido,ut in libro de generatiõe demõſtrauit,ex his igit̃ nutritur animal,nãq; nutrit̃ unũquodq; eo,qđ ſibi proprium eſt.deinde quomõ iis nutriatur demõſtrauit.etenim (inqt) nutrimẽtum per calida,atq; arida fit,potus uero per humida,& frigida,quas qdem qualitates tactus diſcernit.quibus aũt nutrientium ſenſus eſt,his qdem ſitis,& fames eſſe ſolet.utriuſq; autẽ cupiditas appetitus eſt:aridis.n.& calidis,frigidisq́;,atq; humidis uitentia nutriũtur primo.nãq; ſaporũ,qui tales nõ ſunt,cupido per accidẽs fit,nãq; ſapores,uelut ipſe ait,ſunt ut ciborũ condimenta,necnõ Medici dicunt per humida,& frigida potũ fieri,naſci enim ſitim nõ modo per ſiccitatem,uerũetiam p caliditatem,atq; ideo talẽ ſitim frigido aere ſolo ſedari.Quare ſi ſitis eſt remedium potus, Homerus.n.dicit,bibebãt,& ſiti medicabãtur,ſitis autem per ſiccitatem,uel per caliditatẽ fit,nam patet in febribus caliditatẽ ſitis eẽ cauſam,atq; ideo ſępenumero cũ ſit humidis uẽter minime plenus,bibẽdi tamẽ eſt deſiderium,qđ quidem per ſiccitatẽ etiam fit,quòd ſi cõtraria cõtrariis curant̃, ſitis aũt uel per ſiccitatem,uel per caliditatem fit:id ſeqtur quod frigido,& humido potus fit.quòd ſi calidum ſępe potũ accipimus,hoc quidem per accidens.uidelicet(ſi ita cõtingat) ꝓpter ſtomachi imbecillitatem,aut ex cõſuetudine facimus:quẽadmodum quoq; uina ſuauia,& quas pſumimus potiones,non ꝓpter ſitim,ſed uoluptatis cauſa potamus.Quare ſi potus frigidis,& humidis fit,neceſſario cibus fiet ex ſiccis,& calidis.nam ſi quibus conſtamus,iis quoq; nutrimur,conſtamus aũt ſiccisq́;,& liqdis,calidisq́;,& frigidis,fames autẽ,& ſitis eſt deſideriũ ſuppletionis eius,qđ è noſtra ſubſtantia abſumptũ eſt,at ſecũdum eas omnes,qbus compoſiti ſumus qualitates abſumimur,frigidis autem,& humidis fit potus:id neceſſario ergo ſeqtur,ut ſiccis,& calidis fiat cibus:nam ſi nulla eſt alia ſpẽs nutrimenti p̃ter potum,& cibũ proprie dictũ,potus enim cibus eſt qdam,neceſſe autẽ eſt eſſe cibum ex his,qbus cõſtamus,id qdem neceſſario concluditur,qđ cum potus ex humidis,& frigidis fiat,cibus fit ex calidis,& ſiccis q̃ ſi plãtarum nutrimẽtum fimus eſt,& ipſe fimus eſt calidus, id ſeqtur,quod cibus nõ fit ex aridis ſolum,uerũetiam calidis:& ſi uinũ ſępenumero ſumptum famem ſedauit:id patet,qđ hoc non fecit quatenus humidũ eſt,nãq; aqua id magis faceret,qđ quidẽ non facit manifeſtum igit̃ eſt,quòd ſi calidũ nutriuit,è calido cibus fiat:hoc autẽ rationabilius probare poſſumus.diuiſio illorũ,quæ magis cõmunia ſunt in magis ꝓpria,ex oppoſitiõe q̃dam fit oppoſitorum,ut ſubſtãtia diuiditur in corpus & incorporeũ,& rurſus corpus in aĩatum & in id qđ caret anima,& animal in rationale & irrõnale,& rationale in mortale,& in id quod morti non eſt obnoxium.ex qbus patet quod horum oppoſitio eſt,ueluti per habitũ,& priuationẽ,eteni qđ de ĩcorporea ſubſtãtia nõ habuimus,quod p̄dicaremus,eius corpus abnegauimus,& ſilr in aliis.animati ſanẽ diuiſio fit in animal,in plãtanimal,& in plantam,atq; ipſa qdem per quandam talem oppoſitionem accepta eſt.nam quod aĩali ineſt ꝓprie,hoc ipſo plãtanimal priuatum eſt,qđq; plantanimali ineſt,hoc plãta non habet.Præterea coloris diuiſio primo fit in album,& nigrũ,alii nãq; colores ſunt,ex his,hi autẽ contrarii ſunt.numerus etiã diuiditur in parem,& imparẽ.Quemadmodum autẽ diſpoſitio diuiditur & in habitũ,& in eam,quæ ꝓprie diſpoſitio dicit̃,ſic etiam cibus,in cibũ proprie,& potum.igit̃ horum diuiſionem,quæ fit ex cõmuniore per oppoſitorũ quoddã ſuſcipere debemus.at uero neq; ſic ut per habitũ,& priuationem põt accipi,neq; ut p affirmationẽ & negationem,neq; multo magis ut ea,quæ ſunt ad aliqd.ea igitur diuidi ſolũ ut cõtraria intelligendum eſt.Quòd ſi potus eſt ex frigidis,& humidis,aperte qdem ex aridis,& calidis erit cibus.at ne mirũ ſit quod ſępenumero cõtraria ſimul cupimus,dico autẽ potũ & cibum , quod eſt,ac ſi diceremus,aridum,& humidũ,calidum,& frigidũ,ex his enim cõſtituti ſumus,qbus cõſumptis in horum ſuppletionem decẽter appetitus mouet̃,nã ſimilia ſimilibus appetunt̃.Quare unoquoq; elementorum deficiẽte cõſequẽter oĩum fit appetitus,ex quo maxime patet ex aridis qdem calidisq́; cibum fieri,ex frigidis uero & humidis potũ.nam ſi quatuor cõſtamus,oiumq́; fit conſumptio,fames,q́;,& ſitis eſt appetitus ſupplendi ea,quæ cõſumpta ſunt,id ſeqtur quod calidorũ,ſiccorũq́;,frigidorũq́;,& liquidorum fames,& ſitis appetitus eſt:ipſę enim ſolę cõſumptorũ eſt appetitus,& fa

mem quidem sicca, sitim uero humida appetere manifestũ est. sed calidi, & frigidi diuisio quodã modo facieda est. nam si siti calidum tribuamus, absurdum uidet, in febribus.n. (ut dictũ est) apte frigidi cupido est, nam quæ molestias affert, ipsa caliditas est, id igitur accidet quod una, & eadẽ cõtrariorum appetitio erit, & uni appetitioni tres duarũ contrarietatum partes assignabimus, quę ambo absurda sunt, & cõsentaneum qdem est, cum duæ sint appetitiões, & oppõnes duæ, quarum sunt appetitus, ut utriusq; oppositionis unã quãdam partem utriq; appetitioni natura distribuat. Quãdo autem dico frigidi cupido, nõ omnino tactu frigidi dico, sed oino potentia, sępenumero ẽt alterius horum fit appetitus, ut aut cibi, aut potus, quãdo horum alterũ deficit, aridum quidẽ dico, & calidum, aut humidũ, & frigidum. quod autẽ cibus fit non ex aridis modo, sed ex calidis etiã. Potusq; nõ ex liquidis solum, uerũetiam ex frigidis ita Philosophus probat, etenim (inqt) aridũ terræ est, ex terra autem fumida exhalatio quædam ascendit, quæ qdẽ calida est. Similr (inquit) ex humidis euaporatio quædam exit, quæ quidem frigida est, igit cum sicco calidum, cum liquido frigidum sequit. Verũtamen non est hoc argumẽtum munitum, nãq; totum mutat in totum & maxime contraria in cõtraria, unde sic dicẽdum esset qd quæ calida & humida cupiunt, ea contraria cupiant, quod qdem rationi consentaneum non est. ex his autẽ quæ dicta sunt habes qua causa sensibus omnibus tactus ppositus sit, sine quo nullus alius sensus esse põt, cum tamẽ absq; aliis tactus ipse possit esse. Quapropter horum nobis est apphensio, de quibus habemus esse, quod si tangendi sensus nõ adesset, nullum cõsumptæ nobis substantiæ subsidium haberemus, neq; hoc mõ nobis ulla deficientis esset cupido, quòd si esset, nec ullum quidem desiderium suppletiõis hremus, at ex hoc aial ipm conseruat. igitur si non hoc esset, ex necessitate corrumperetur.

Aliorum vero sensibiliũ per accidens, nihil enĩ in nutrimẽtũ cõfert sonus, neq; color, neq; odor, sapor autẽ, vnũ quoddã tangibiliũ est, fames vero, & sitis cupiditas est, & fames quidẽ calidi, & sicci, sitis autem liquidi, & frigidi, sapor vero veluti condimentum quoddam horum est.

In hoc expositionem duplicem ferũt, nam si tactum dicit alia sensibilia per accidẽs apphendere, aut per appetitum, tactus enim primo, & per se calida, sicca, liquida, frigida apphendit, nam qualitatum sunt ipsæ tangendi uirtutes, q si alia sensibilia sentire tactus dicatur, id. s. per accidens intelligẽdum est, neq; solum de tactu, uerum etiam aliis de sensibus hoc dicere possumus, nãq; uidẽdi uirtus primo qdem colores apphendit, dulcedinẽ uero aut amaritudinẽ, aut fragrãtiam per accidens, ueluti si mel uideat per se quidẽ, id esse flauũ apphendet, dulce uero p accidens: etenim, quod operati sunt aliquãdo simul duo sensus, uidelicet uisus, & gustus, hac de causa cognoscit, quæ sit eiusmodi figura, eam eẽ aut dulcem, aut amarã, quæq; contigerit alio quodã modo, eam esse boni odoris, aut mali. Sic etiam tactus primo quidẽ & per se quę dicta sunt, apphendit, alia uero per accidẽs, nam si (exẽpli gratia) clausis oculis partẽ tetigero, id quidem scio, quod habet & qualitatẽ, & colorem talem, q si mel tetigero, id quidẽ cognosco, quod est & dulce, & flauũ. similia quoq; in reliqs sensibus dicenda sunt, quarũ rerum cãm diximus esse, quod aliquãdo simul sensus operati sint, etenim si quodpiã uideamus, in quo sensus nunq̃ simul operati sint, qualis qdem sit color scimus, at non sanẽ qualitatẽ saporis diiudicare possumus, de tactu simil͡r, & de reliquis dicendum est. Si igit tactum per accidens alia sensibilia percipere uolumus interp̃tari, hoc quidem fuerit Alexandri dictum. Siue quod aliqui sensus oẽs esse tactus putauerunt, & omnia sensibilia sub tangendi uirtutẽ uenire, nãq; tangentibus fieri sensibiliũ susceptio quædam uidetur, uisus enim transparens, per qd uidet, tãgit, & olfactus id, per quod odorẽ diiudicat, (id autem diosmon dicunt) & auditus simil͡r. hac igitur facta distinctione dixit, alia sensibilia à nobis per accidens apphendi, non enim quatenus diaphanum tangit, uisibilia uisus apphendit, neq; olfactus ea, quæ sibi sensibilia obiiciunt, neq; auditus quæ sub auditũ ueniunt, sed iis ita accidit ea tangere, per quæ sensibilia ꝓpria percipiũt, non enim sic alii sensus apphendunt, ut tactus, qui sibi ꝓpria sensilia tangẽdo percipit, neq; enim uisus tangendo colores apphendit, sed ipm diaphanũ, per quod colorũ uarietates percipit: aliorum autẽ sensibilium, dicit Alexãder tactum per accidens esse susceptiuũ, quod horum susceptiuus est, quibus alia cõtigerunt, nam simplicia, & prima corpora, de qbus alia quoq; sunt, iis definita sunt, quorum tactus susceptiuus est, suscipit autem calidũ, & frigidum, & siccum, & humidũ, quæ quidem primorum corporum simplices, & specificæ differẽtię sunt. Quod igitur alia, quæ sensus alii per se suscipiunt, accidẽre corporibus iis, quorũ tactus proprie perceptiuus est, illa quidem per accidens tactus apphendit. sed hoc: uidelicet aliorũ uero sensibiliũ per accidens, magis qdem propriæ ad cu

piditatem

piditatem aptandum est, ut ita sit ordo, quibus autẽ hęc sunt, his etiam cupiditas est, nam iucundi quidem est appetitus ipse, aliorum autẽ sensibiliũ per accidẽs. Cupiditas enim primo cupit ea, per quæ nutrić. s. humida, & sicca, calida, & frigida, p accidẽs uero sapores appetit, & colores, & alia sensibilia, nãq; (exempli gratia) qui uinum cupit aut album, aut dulce, id qdem ex cõsuetudine quadã per accidẽs cupit. nam primo quidẽ liquidum cupit. & quod ad hoc magis subaudiendũ sit illud, aliorum autem per accidẽs, id ea, quæ sequũtur, declarant: nihil enim (inquit) in nutrimentũ cõfert sonus neq; color, quare ad appetitũ redditio est: per quæ enim inquit animal nutrić, ea appetit, alia uero per accidẽs, ut. n. pgressus dicet, sapor est, ueluti nutrimentũ ɔdimentũ qddã. Saporũ autem dicit quãdam gustabilem q̃litatem, quę nutrientibus inascitur, frigidũ autem potũ dixit, nam quãuis aqua calida bibatur, calida inquã, tactu, potentia tamẽ frigida est, unde eam depellit siccitatem, quæ de siti orta est, & qui ualde sitiunt, frigidũ cupiunt adeo, ut neq; uinũ, nisi cõpellantur, adeant. Quid igitur? nõne sapores alii animali ad salutẽ conferunt, & alii cõtra salutem lædendo uastant? ad hoc ego respõdeo, quod sic quidẽ simpliciter aridis & humidis, frigidisq;, & calidis corpora nutriuntur, sic autem, & tali modo affecta tali indigẽt in cibis q̃litate, alioqui, pter hoc non in oĩbus eædem ciborum q̃litates accipiũtur, quod qualitas elmrorum temperationis ad eas est imoderata. etenim, quod eiusmodi q̃litates ex tali elementorum tẽperatione in cõpositis scdm aliquã alicuius simplicis cõtinentiam fiunt, ea de causa merito iis quidẽ, in quibus (ut ita dicã) calidum pualet, eos offerimus sapores, qui frigido cõtinente inascuntur. contraria enim contrariis curanć. Quare non, quia talis est sapor, ipm eius indigentibus pferimus, sed qd ita ut frigido, aut calido, aut arido, aut humido cõtinente factus est. Quãobrem rursus, hæc quidem primo nutrientia sunt, per accidens uero sapores, fames uero, & sitis cupiditas est. cum dixerit ea, quæ tactum habẽt, sentire cibum, quę autem cibum sentiũt, ea famescere, & sitire: famẽ uero, & sitim cupiditatem esse, cupiditatẽ uero appetitum, collegit, & demonstrauit quod oĩa q̃ tangendi sensum hñt oĩno sequitur appetitus.

Verum declarandum de ipsis est postea, nunc tantum diffinitum sit, quod animalibus iis, quæ tactum habent, appetitus inest.

Deinceps enĩ de unaquaq; animali potentia priuatim dicturus est, deq; uniuscuiusq; sensus ppriis sensibilibus, cum de illorum sensibus sermo fiet.

De imaginatione autem obscurum est, at posterius consyderandum.

Prius quidẽ dicebat ut is, qui diceret appetitũ seq ea, quæ sensum pticipãt, atq; sic imaginationẽ, quãdo orationẽ de insectis habebat, nunc autẽ dicit obscurũ esse an ea penitus, quæ sensum habẽt, imaginatio sequać, nam spongię quidẽ triste, & iucundũ sentiunt, quas tamẽ habere imaginationẽ nullus merito crediderit, siquidẽ sensibus imaginatio melior est, & illæ nullũ aliũ sensum habent, pręter tactũ; quod si peiores nõ adsunt, neq; meliores adesse cõcedendũ est. de eo aũt in hoc sermone paulopost, & perfectius etiã in tertio, qbus animalibus adsit, quęq; eo careant, explicabit.

Aliquibus vero prætereà inest & in loco motiuum, aliis autem & cogitatiuumq;, & intellectus, vt hominibus, & siquid tale est aliud, vel etiam præstabilius.

Potentiarum animæ ordinẽ tradit pariter declarãs in ipsis esse prius, & posterius, in aliqbus enĩ sola nutritiua est, in aliqbus autẽ & sensitiua, quã cupiendi uis cõsequić. pręterea in aliqbus est etiã imaginatio, in aliis autẽ & in loco motiuũ, in aliis uero etiã cogitatiuũ, quod intellectus potẽtia est, ut in hominibus, & in qbus meliora sunt, in illis quoq; peiora omnino sunt, qd è cõuerso non pcedit. hoc autẽ, quod ait, & si quid tale est aliud, uel etiã pstabilius, aiunt esse de qbusdam dęmonibus dictum, qui quodã modo cũ natura humana eiusdẽ sunt ordinis pticipes, neq; enĩ (inquiũt) ex his quæ semp supra sunt delapsum, & descẽsum usq; ad nos esse sine medio oportet, neq; ita stati substantiæ rõnalis in ultimis casum fieri, sed esse ueluti medietatẽ quãdã, quę neq; sic, ut nos irrationalitati cõmista est, nec tamẽ ad illã sine respectu se habet, animãq; ipsam dicunt haud ita statim huc decidere, sed prius in aliqđ certũ tp̃s aëriam factã uitã quãdã nostra minus pturbatã uiuere, quę sanè penitus ad rõne carentes potẽtias nõ sine respectu se habet, ut fortasse p hęc obscure loquać.

Patet igitur quod eodem modo vna est ratio animæq;, & figuræ.

Postq̃ demõstrauit in potẽtiis animalibus esse prius, & posterius reliquũ uult hinc ostẽdere, qđ

bene de cõfuſo ad id qđ per mẽbra cõpoſitum eſt,& ab diffinitiõe cõmunius aſſignata ad eam trãſit,quæ uniuſcuiuſq; potentiæ ꝓpria eſt,eteni,& ſi maxime animarũ cõmuniter prædicatũ genus fuiſſet,nõ tamẽ ſic oportebat in generũ diffinitionibus phyſicũ imorari, ſed ad ſpẽs ſpecialiſſimas, tranſire fuerat opus, uniuſcuiuſq; eni cognitio ex his, q̃ unicuiq; priuãtí adſunt, habeť.nũc uero, quia non eſt animarũ cõmuniter ꝑdicatum genus,ſed uox æquoca,ut quæ ab uno,& ad unũ ridiculum qdem id eſt in ſermonibus cõmunibus imorari, quẽadmodũ ſi quiſpiã definiẽs figurã,quę quidẽ uox æquiuoca eſt,eã dicat eſſe,q̃ termino,uel terminis claudať,neq; aliter ad pticulares figuras triãgulũ,quadrangulũ,& reliquas deſcendat,de figuris quidẽ nihil nos docuerit,neq; eni figuræ natura quædã ipſa p ſe abſq; pticularibus eſt,ut etiã quædã ſpecificãs animalis natura eſt, q̃ quidem pticularibus omnibus cõuenit,quæ etiã ſi nõ eſſent,aial nihilominus eſſe poteſt ſubſtãtia animata ſenſitiua:eodẽ modo q de anima cõmunẽ ſermonẽ fecerit,niſi ad pticularia deſcenderit, nihil quidẽ docuerit,quia neq; genus eſt animarũ,nihil eni aliud eſt anima,ꝑter id,qđ unaquęq; pticularis eſt,quẽadmodũ neq; figura alia quędã eſt,ꝑter unãquãq; figurã,ueluti triangulũ,aut quadrangulum,reliquaſq; ſed ut in figuris triãgulus prima eſt,in figuris(inquã)rectilineis,nã circulus habet ordinẽ primũ,ut ea,quæ una linea cõtinetur, ſecũdum aũt ſemicirculus, uel ſimplr portio circuli,ut,quæ lineis duabus cõplectitur,tertiũ uero triãgulus,qui tribus lineis terminať,ſed in rectilineis triãgulus prima figura eſt,ſecũda autẽ quadrangulus,q duobus triãgulis cõponitur, nã ſi lineam binos angulos includentẽ quadrangulo cõiunxeris,triãgulos duos rectilineos facis, cõpoſiti, uero trianguli tres pentagonũ faciunt.uidelicet a/c/b.& a/b/e.& e/d/b.quatuor autem exagonũ, &, a/f/e.& a/g/c.quinque uero ſeptãgulum,& ſic de reliquis,triangulo addito angulũ addideris: omnis enim multiangulus,ex triãgulis generatur,& in omni multiangulo,ſi lineam rectã duo latera prætendẽtem coniũxeris,triangulum facies,& omnis triãgulus in triangulos diuidiť.quare deſtructo triangulo,nulla ex his,quæ deinceps oriũtur figuræ,erit,at quidem deſtructis illis triangulus manet,unde in illis eſt & prius,& poſterius,& hac de cauſa cõiter ipſarum ꝑdicatum genus,nõ eſt figura,ſed horum,de quibus ꝑdicatur ſummaria q̃dam comꝑhenſio eſt.hoc igitur modo ſe res habet in animabus,nã ſi nutritiua interficiatur in mortalibus aialibus nulla erit alia . etenim cãm diximus alias ſæpius,quòd ſi interficiantur aliæ,ipſa ſola poteſt eſſe,uelut in plãtis.quòd ſi cõmuniter ipſarum ꝑdicatum non eſt ſubſtãtia quædam,ridiculum certe eſt in ſermone cõmuni immorari,ex eiuſmodi enim dictis de ſubſtãtia animarum nihil ſciemus,quare neceſſarium eſt ut de unaquaq; priuatim ſermo progrediatur.

3 *Neque enim ibi figura præter triangulũ eſt,& quæ deinceps,neq; hic anima ꝑter dictas, fieret autem quoq; in figuris ſermo cõmunis, qui conueniret quidem omnibus, ſed proprius nullius eſſet figuræ, ſimiliter autem & in dictis animabus.*

Genus enim natura q̃dam eſt in ſpẽbus quidem exiſtens,ꝓpriam ſanè diffinitionẽ ꝑter unamquãq; ſpẽm habens,ut diffinitio quæ qdem ſpẽbus conuenit,at nullius ipſarum ꝓpria eſt , ſed cuiuſdam ſubſtantiæ generis eſt ꝓpria,figuræ ſanè ratio nihil aliud q̃cquã declarat,quã particulares figuras,de quibus ꝑdicatur.Quare nõ ſolum in his eſt,ut in ſpeciebus genus,ſed harũ etiam aliqd eſt,nam qđ ab aliquo,uel aliquibus terminis continetur,eſt enumeratio figurarũ, nõ q̃dam ꝓpria natura ſignificata,circulus qdem termino quodã,triangulus uero qbuſdam cõtineť.Quemadmodum igitur ſermo cõmunis in figuris,nõ aliquam naturam,ꝑter figuras particulares declarat,hoc mõ ſermo cõmunis aiam non explicat,cuius rei ſignum eſt,qđ uno ablato auferũtur alia,nã ſi triangulus deſtruatur,deſtruũtur figuræ,& ſi quæ nutriẽdi uim habet potẽtia interficiať,alię quoq; animæ uirtutes extinguantur neceſſe eſt.in quibus autem ex unius ſpẽi deſtructione reliq̃ deſtruuntur,horum cõmuniter prædicatum non eſt genus,ſed uox ęquiuoca.

Quamobrem ridiculum eſt quærere cõmunem rationẽ,& in his, & in cæteris, quæ nullius eſt eorum,quæ ſunt,ꝓpria ratio,neq; in ꝓpria,& indiuidua ſpecie,relicta ea(quæ ꝓpria eſt) ſimiliter autem ſe habent,vt in figuris,ea,quæ ſunt animæ, ſemꝑ eni in eo quod deinceps eſt , potentia prius eſt;inq; figuris,& in animatis,velut in q̃drato quidẽ triãgulus,in ſenſitiuo autẽ nutritiuũ, quapropter in vnoquoq; quęrendũ eſt,quę ſit vniuſcuiuſq; anima,vt quę plantę q̃ hominis,aut beſtię.

Quomodo igiť ipſe cõem circa oẽm aiam rõnẽ quæ nulli animę ꝓpria eſt,aſſignauit,hoc tamẽ

non dicit,cõem assignare rõnem non oportere,sed neq; opus esse hoc solum quærere,neq; putare, quod rõnis uniuersalis assignatio sufficiat ad substãtiam ꝓpositi declarãdam,uerũ partiũ quoq;, quas species specialissimas uocant,diffinitiones reddere,siqdem uniuscuiusq; substãtia sm ea,quæ proprie sunt,eẽ dicit.hoc igitur oino dicit esse ridiculũ,qd aliqui cõi rõne contẽti,uniuscuiusq; rationem ꝓpriam dimiserint.maxime.n.& si aliqua erat abstracta,& cõmunis q̃dam substãtia aĩa,nõ tamen in huius definitione physicũ imorari oportebat,sed uniuscuiusq; spãlissimum cũ materia illi supposita q̃rere,ueluti nec in aĩalis cõis intelligentia persistere opus est,uerũ de specialissimis cõsideratioñe facere oportet.nũc autẽ multo magis,quãdo anima nõ est simpl'r genus,quòd si genus non est,neq; eã interp̃tans oratio definitio est.at nos rerum substãtias per definitiones declaramus, igitur ridiculũ est ad uniuersalem solã rõnem uenire,& ibi manere physicũ.Sed quẽadmodũ geometra cõmuniter figuram definiẽs uniuscuiusq; spãlissimas earũ,quę sunt in substãtia, figurarum definitiones apposuit,sic etiã nos oportet cõiter operatione aĩæ assignata,de unaquaq; animæ substantia priuatim sermonem facere.semper.n.eorum,quæ deinceps collocata sunt,potẽtia prius est, & in quadrato potentia triãgulus est,nam si(ut dictũ est)biangulum coniũxeris bina triangulã rectilineam facies,in aĩalibus quoq; ubi est in loco motiuum,ibi penitus necesse est esse sensitiuũ,ubi autem hoc est,ibi simul nutritiuũ ut sit oportet,at nõ sanè ubi priora sunt,ibi posteriora esse necessarium est.in plantis.n.sine aliis per se stat nutriẽdi uis,& triãgulus absq; aliis figuris quæ post illũ deinceps cõponuntur,esse põt.quare in ipsis prius est,& posterius.non igitur sermo uniuersalis satis erit,sed uniuscuiusq; ratio priuatim quærenda est.

Quam autẽ ob causam sic se deinceps habeant cõsiderãdũ est,nam sine nutritiuo sensitiuũ non est, ab sensitiuo aũt separatur nutritiuũ in plantis. Rursus vero sine tactu aliorũ sensuũ nullus est. At tactus sine alijs est,multa eñi animaliũ neq; visum,neq; auditũ habẽt,neq; odoris omnino sensum.

Hinc ordinis potentiarũ naturalium cãm declarare uult, quid ita.s.posteriores absq; prioribus minime sunt,cum tamẽ priores absq; posterioribus eẽ possint.sed anteq̃ assignet cãm,prius quem ordinem habeant ꝑcurrit,uidelicet quod sensitiua nõ est absq; nutritiua,nutritiua autẽ sine sensitiua esse põt.Rursus in sensitiua aliæ qdem sine tactu esse non possunt, at ipsa sine illis esse potest, & simpliciter p̃stantiores absq; deterioribus esse nõ possunt, cum tamẽ cõtra sint absq; p̃stantioribus deteriores,ut spongiæ quidẽ,& urticę(ut aiunt)& si quid simile, solius tactus participes sunt, hiatulas uero,& ostrea præter tactũ etiam gustãdi uirtutẽ habent,pascũtur enim,& in ipsis oris,& uentris rationem tenẽs qddam uidetur, ꝙ si os habent,necesse est etiã ut habeãt gustandi uim,sed odoratus participes nõ sunt,neq; enim escarum illecebris attingi uidenẽ,testæ uero,& purpurę p̃ter tactum,& gustatũ olfaciendi uim tenent,escas enim sequi eas asseuerãt, at auditu carent,quod inde percipitur,quod nullo sono,aut strepitu pati uidẽtur.alia autẽ sunt, quæ p̃ter hos tres sensus habent etiam audiendi uirtutem,ut talpæ,qui qdem sunt oculis capti,imo uero dicit hos Aristoteles habere oculos,uerũ sub cute,quod qdem naturæ ipsius artificio confectũ est,eiusmodi enim animal sub terra uiuit,ore terram confodiens, sibiq̃, ita uictum q̃ritans, quare ne terram fodientis oculi lædantur,hos illi cute natura cõtexit:oibus enim,quæ localiter mouenẽ, animalibus oculos necessario natura dedit,ne ex ipso motu locali in p̃ceps lata malum habeãt.in aq̃tilibus quoq; possumus inuenire,quæ uisu careãt,cũ talis læsio illis eẽ nõ possit,qd in aqua uiuãt. Quapropter ubi uisus est,ibi quoq; sunt reliqui sensus,eodẽ modo ubi est auditus,ibi quæ deinceps ordinantur,& in reliquis simil'r,at nõ sanè ultimos ꝑrimi sequũtur,ordinata aũt cõtinenter est inter sensus cupiendi uis,quæ qdem sensus oino,quãuis unus sensus dũtaxat fuerit,& p̃ter hũc in loco motiuum, quod sm locum mota nõ sequiẽ,imaginatio est,formicę.n.& apes,& similia,manifestæ sunt imaginationis participes, uermes aũt,& simpliciter quæcũq; motũ icomposite faciũt,imaginatioñe nõ participant,etsi id q̃spiam concedat,qa uidelicet ea potẽtia uix apparet,neq; an sit facile cognoscere possumus.idem in reliq̃s potentiis rõnalibus ordo seruãdus est.cõsentaneum.n.rationi est,qd ipsa cœlestia in sua ipsorũ uita ordinatim cogitatiõe utanẽ,quod omnino sunt illis assignata corpora, opinione aũt non sine rõne,sed conclusione cogitationis utũtur.Plantales uero potẽtiæ nutriendi quidem,& augendi uis oĩno simul sequũtur,quãq non semp,nãq; cum tẽpore uirtus augumẽtatiua desinit,nutritiua aũt manet,generationis autẽ potẽtia non est oibus,qbus adest incremẽtũ,& nutricatio,nãq; multa aĩalia ea ipsa uirtute carẽt,ut uermes,& omnia,q̃cũq; ex putrefactiõe nascũtur,herbæ p̃terea multæ quæ sponte oriunẽ,nullum semẽ ferũt,& tamẽ nutriunẽ,& amplificanẽ.

omnino sanè (ut ipse dixit) in aialibus morti obnoxiis deteriores potẽtiæ sequunt̃ præstantiores: ab æternis.n.hoc ipso quod æterna sunt, plãtales defecerũt, quæ quod effluit in mortalibus non retexunt, ira aũt, & cupiditas absunt, cũ nihil ibi lædat̃, quod ulcisci oporteat. Quare neq; instrumentis, uidelicet particulis iis, quæ eiusmodi potẽtiis aiæ subseruiũt, instructa sunt, sed ad aialis uitæ rationem corpora cõfecta, irrõnalium qdem curua, & prona terrã spectãtia toto suæ uitæ tẽpore: hominũ uero recta, & in parte superiori sphęrica sunt, & cœlum uident, quẽadmodum supradictum est, id qdem ꝓpter rõnis expertem, hoc uero ꝓpter rõnis participem uitam, recto ipso demonstrãte quod rõnis expers aia rationali appensa est, & ipsi annuit, sola aũt cœlestiũ corpora rotũda sunt, uitam nãq; suam intellectualem, secũdum quam designantur, imitatione exprimunt, sed harũ causas rerum deinceps Philosophus explanabit.

* *Et ex sensitiuis alia quidẽ habent, quod est secundũ locũ motiuũ: alia aũt non habent.*

Sicut, quæ sensum habẽt, nutritiuã quoq; facultatẽ omnino habẽt: sic &, quæ habent id, qđ est secundũ locum motiuũ, sensum quoq; omnino habẽt: qm̃ id est sensu melius. nõ itidẽ autẽ, & quę sensum habent, id quoq; habẽt, quod est secundũ locũ motiuũ: cuiusmodi sunt plantanima. ea enĩ in petris radices egerunt, & tota locũ non mutãt. Si itaq; motum acceperimus uniuersalem: contingit, ut sensum quidem aliquem res habeat, motũ autem non habeat. Si autem simpliciter omnẽ secundum locum motum, omnino ubi sensus, & solus tactus, illic & secundum locum motus generalis uel ꝑticularis. Propterea enĩ dedit natura hũc sensum: ut ad iucunda quidẽ & utilia ꝓcedat: ea aũt, quæ lædunt, declinet, eorũ simul sensum accipiẽs, id, qđ eius est particeps. Cernunt̃ itaq; spongiæ, & cochleæ, & alia plurima, eo quidẽ, quod est durũ, & quod resistit, tãgente, cõtrahi: humido uerò diffundi & extendi. Sic ergo propterea sensus datus est, ut ad id quidem, quod est sibi cognatum, & gratum; se applicet: declinet autem quod nocet. se autem applicare & declinare sunt motus secundum locum.

Postremum autem quod & minimum, ratiocinationem, & cogitationem.

Vt homo, & siqua est alia huiusmodi species. Ratiocinationis aũt, & cogitatiõis meritò minimũ habet. Quò magis aũt res uni omniũ principio accedũt, quãtitate quidẽ minuunt̃, excedunt autẽ potentia. Quo fit, ut & ea, cum sit extra numerũ, sit omnipotẽs. Quare &, q̃ sunt eis ꝓpinquiora, quantitatẽ quidem cõtrahunt, augent autẽ potentiã. Propterea ergo, quę rõcinationis, & cogitationis partem ceperunt in mortalibus, minima sunt numero: & ideo sunt potentia maxima.

In quibus enim ex corruptibilibus inest ratiocinatio, iis reliqua quoque omnia. Quibus autem eorum vnumquodq;, non omnibus ratiocinatio.

Necessario addidit ex corruptibilibus. In corruptibilibus enĩ omnibus insunt oẽs prædictę animales facultates, & dictus earũ ordo. Diuina aũt, & imortalia ratiocinationẽ quidẽ habere uidebũtur: aliarum autẽ facultatum nullã. Ad usum enim & mortaliũ salutem omnes illę fuerunt. Ratiocinationem autẽ dicit cogitationẽ. Non est aũt mirandũ diuiniora quoq; animalia, ut cœlestia, propter corporis cõnexionem, uti quidẽ cogitatione eorum uitæ cõuenientẽ: non sicut ea, quæ apud nos est, quæ ex dubitatiõe ad eius solutionẽ assequendã procedit, & à quęstiõe ad inuentionẽ. Sed quærit, per quædã prima colligens secũda, tantũ differente eiusmodi cogitatione à mente, q; hæc quidem sola applicatione comprehendit, quod cognosci potest: illa uero transitu aliquo indiget: non sine tamen negotio & dubitatio, & quæstio præcesserunt.

Sed illa ne imaginatione quidem: hæc vero ea sola viuunt.

Eorum enim, quę rationẽ non habent, quę sunt ꝑfectissima, secũdũ imaginationẽ uiuunt. Illud autem, Hac sola uiuunt, dixit, ut rõcinationi opponatur, & ab ea distinguat̃. Nam & sensu quoq; uiuunt: sed unũquodq; secundũ id, quod in eo est pretiosissimũ, formã & figuram habet. Nõnulla autẽ etiã eorum, quæ sensu prædita sunt, imaginationẽ non habẽt. Hoc enĩ dicere uidet̃, est aũt dubia, & anceps oratio. Si enim, q̃ sensu prædita sunt, appetitũ quoq; habẽt: est aũt appetitus absentium: præsentis enĩ non est appetitus: quod aũt non est præsens appetere, fit p eius ueluti typo expressam repræsentationẽ: quomodo fieri potest ut, q̃ appetitũ habeant, idem est aũt dicere sensum, imaginationẽ quoq; nõ habeant? Eorũ autem rationẽ exactius quæremus: quãdo de imaginatio

ne tractare aggreditur Philosophus. De ea enim differet & hic quoq;: maxime aũt in tertio libro. Poteſt aũt ſimpliciter dicere quędá imaginationé non habere, quęcũq; neq; ſenſum, ut plantę.

De contemplatiua autem mente alia eſt ratio.

Hic quoq; clarũ eſt eum menté ſeparare, & nõ cũ aliis animę facultatibus cõnumerare. Hic aũt rurſus dicit Alexáder eum de diuina mente in æternis dicere. Sed ea nõ lõge abſunt, q̃ de illa ab eo dicta ſunt, ubi dicebat, Sed de méte, & cõtemplatiua facultate nihil adhuc apertũ. Videtur aũt animæ aliud eſſe genus, & hoc ſolũ cõtingere ſeparari. Propemodũ auté hic quoq; eadé dicit. Illic ení dicebat, Nondũ eſt apertũ: Hic uero, alia ratio. Atqui non dixerit quiſpiá ea de diuina mente dici. Neq; enim ab illis ſeparatur corporibus, ſiquidé ſunt æterna. Deinde etiá ſubiũxit. Reliquę autem partes aíæ, ab his uidelicet diſtingués. Si auté illæ nõ ſunt earũ facultatũ participes, ut nuper dictũ eſt: noſtra mens eſt. ſ. ſeparabilis à corpore, in quo eſt, & eſt pars totius aię, quę eſt in aiali, alioqui & ipſe in ſequẽti libro, morali nempe tractatu, dicit, q̃ actiua mens noſtra eſt, & non diuina noſtræ. n. ſunt ſm métem actiones. Hæc aũt eadem eſt cũ contéplatiua ſm ſubiectũ, ſolo fine differens. Non aũt dixerit de diuina méte, dicens, De contéplatiua aũt méte, ſed de noſtra. Pulchre aũt dixit de ea aliam eſſe rõnem, ut. n. ſæpe dixi, ipſe inqt, & in libro de partibus, & in quarto Metaphyſi. q̃ naturalis eſt Philoſophi differere de aía, nõ omni, ſed q̃cũq; nõ ſine materia. Qm̃ ergo contéplatiua mens eſt, merito ait aliá eſſe de ea rõnem. Eſt. n. Theologi de formis ſeparabilibus differere. Sed tamé, ſicut cõſueuit, quéadmodum in Phyſica in fine ſeipſum erexit ad ſeparabilem naturaliũ rerum cãm, de ĩmobili cauſa differens: ita & hic poſtquá de aliis differuerit, ſeipſm quoq; ad menté extollet. Neceſſario auté addidit contéplatiua. etſi. n. eadem eſt cũ actiua ſm ſubiectum: ſed ut actiua tamé, habet inſeparabiles corporis opationes. Circa id. n. omnis actio. quare mens ſeparata, non ut actiua ſeparatur. ea. n. ratione eſt inſeparabilis, ſed ut contéplatiua: ꝓpterea de contéplatiua dixit.

Quod itaq; de eorum vnoquoq; oratio, ipſa quoq; eſt tractatui de anima accommodatiſsima, & maxime propria, clarum eſt.

Oſtendit. n. quòd in q̃bus cõmunis definitiua oratio nõ eſt ꝓpria q̃dam natura p̃ter ea, de quibus p̃dicatur, ridiculũ in cõmuni definitione inſiſtere: ſed & doctrinam aſſumere oportet de unoquoq; eorũ, quæ ſignificant̃ à cõmuni definitione. Qm̃ ergo eiuſmodi eſt cõis animæ definitio: neceſſe eſt eũ, qui de aía differit, de unaquaq; aiali facultate uerba facere. Neceſſe eſt auté & eũ, qui de iis eſt cõſideraturus, q̃d eſt eorum unũq̃dq; aſſumere, tradita cõi aíæ definitione: & poſtquá oſtenderit deinceps, q̃ non oportet uſq; ad cõem definitionem ſiſtere: ſed ſeorſum de unaquaq; aiali facultate differere: q̃d. n. de eis cõiter p̃dicatur nõ eſt genus: eſt. n. in eis prius, & poſterius. In q̃bus ení ſunt p̃ſtantiores, ut rõnalis, in iis & reliquæ: nõ auté uiceuerſa. Siſr aũt & in partibus: ſicut in ſenſitiua, quæ aliquá ex aliis ſenſitiuis facultatibus habent, tactũ quoq; oĩno hñt: quæ aũt tactũ, nõ omnino & aliquá aliá: ſpõgiæ. n. & urticæ, & ſiq̃d eiuſmodi, ſolum tactũ hñt: cernũtur. n. cũ aliquid attingit, uel cõtrahi, uel diffundi. Qm̃ ergo de unaquaq; animali facultate oro neceſſaria eſt: oportet inq̃t, eũ, qui de his eſt tractaturus, q̃rere quęná ſit uniuſcuiuſq; ſubſtátia. Deinde, inq̃t, & de iis, quę cohærét: ideſt de iis q̃ ꝓprie, & per ſe accidũt. Per ſe aũt accidétia dicit, q̃ eis facultatibus ineſſe in cõfeſſo eſt. Ea. n. ad aſſumendá definitioné, & ſubam ɔferunt. ut q̃ uiuere corpori à uegetatiua ineſt: quòd eſt in eis prius, & poſterius: quòd ſenſus, qui maiora ſenſilia app̃hendũt, minora app̃hédere nequeunt. Qui. n. uehementiores ſuccos, & qui nimis feriũt, guſtauerit, leniores nõ ſentiet. & q̃ maiores ſtrepitus audiuerit, minores nõ percipiet, ut ſuſurros. Simiſr &, qui ſolé intẽtis aſpexit oculis, legere non põt, neq; alia exacte uiſibilia app̃hédere. Simiſr &, qui in tactu ualde frigidũ, uel calidũ attigerit, tepidum nõ ſentiet. Mens aũt contra habet. quo. n. maiora intelligibilia app̃hendit, eo exactius circa minorũ app̃henſionem uerſatur. Et ſenſus q̃dem, ſenſilium exceſſus corrũpũt. luminis enim uel tenebrarũ exceſſus uiſum corrũpit. Simiſr & in aliis. Métem auté maiorũ intelligibilium app̃henſio perſpicaciorem facit. Hæc ergo, q̃ per ſe aialibus facultatibus accidũt, & quæ in confeſſo eſt his eẽ ſimilia, ad ſubſtátiam aſſumédam, & definitioné cõferunt. Dicit auté ipſe, q̃ poſtq̃ de ſubſtantia dictũ fuerit, de iis quoq; q̃ ſubſtátiæ cohærent, dicere oportet, de incertis & obſcuris dico p ſe accidentibus, q̃ quidé ex ſubſtátiæ inuẽtione apparẽt: ut an ſeparabilem habeat ſubſtátiá, an inſeparabilem. ex tradita. n. definitione inueniemus, q̃ inſeparabilé. & utrũ mortalis an ĩmortalis. Illud autem, de iis, q̃ cohærent, ſiue de iis, quæ p accidens inſunt, ut an mouetur per accidés, & an in loco

eſt. Vel cohærẽtia q̃dem dixit, quæ ꝓpinquius ꝓprie accidũt, ut ſeparabile, uel inſeparabile: alia autem, quæ lõgius, ut mortale an ĩmortale. uel ꝙ aliqua quidem per ſe appħendũt: aliqua autem per accidens: ut uiſus per ſe quidem colores, per accidens autem ſortaſſe figuras.

Neceſſe eſt autem eum, qui de ijs eſt verba facturus, accipere quid eſt eorum vnumquodq;: deinde ſic de cohærentibus.

Hinc doctrinæ formã uult exponere, qua de unaquaq; uſurus eſt aĩali facultate. Cũ.n. prima q̃dem ſit facultas: ſecũda aũt operatio: prius q̃dem de aĩalibus opationibus diſſerit: deinde de facultatibus, eo ꝙ ſint maniſeſtiores facultatibus operationes: & adhuc ante hæc de iis, q̃ opponunť facultatibus. Opponũtur autẽ ut ad aliq̃d: nutritioni.n. nutrimẽtum opponiť. nutritio.n. nutrimento nutrit, & nutrimenti eſt nutritio. Simil'r uiſus uiſibilis uiſus. & in aliis ſil'r. hoc ipſum ergo uult confirmare, quòd doctrinam ab oppoſitis, utpote maniſeſtioribus, oportet incipere.

Si autem dicere oportet, quid eorum vnumquodq;, vt intellectiuũ: vel ſenſitiuum: vel nutritiuum: prius adhuc dicendum eſt, quid intelligere, & quid ſentire.

Si de aĩalibus/inquit/facultatibus tractare oportet, idẽ eſt autem dicere de ſubſtantiis: qui.n. nouit facultatẽ, ſubſtãtiam quoq; nouit: nouit.n. quòd ſubſtãtia eſt incorporea, in ſubiecto corpore talem habẽs facultatem. Quoniam ergo/inquit/de facultatibus tractare oportet: facultatibus autem priores ſunt operationes: neceſſario de operationibus dicere primum oportet.

Facultatibus enĩ priores ſunt operationes, & actiones ſcd̃m rationem. Quòd ſi ſic, & ijs etiam adhuc priora oppoſita ſeu obiecta conſiderare oportet: de illis primum definiendum fuerit propter hanc ipſam cauſam.

Addidit, ꝙ rõne. tempore.n. facultates ſunt actionibus priores, operatiões utiq; tẽpore quidem ſunt ſecũdæ: rõne uero priores, ideſt doctrina. nobis.n. aptiores ſunt opationes facultatibus. ubiq; autẽ oportet ab apertioribus initiũ ſumere. Vel/ut ait Alexã. rõne, ideſt pfectione. perfectio.n. eius, quod eſt potẽtia, ipſa eſt opatio. huius.n. cauſa facultas eſt ſeu potentia. Illud aũt cuius cauſa, prius eſt eo, ꝓpter q̃d illud. cuiuſlibet.n. finis tẽpore q̃dem eſt poſterior: rõne uero prior. Præpoſito aũt rationi fine, ſic, q̃ ad ipm̃ ſunt, inquirimus, & p̃paramus & natura q̃dem oĩa ꝓpter aliquid facit. Et ſi.n. non nouit, quæ facit: neq; de iis ꝓponit: ſed naturaliter tamẽ ad aliquẽ finẽ referť eius opatio. Merito ergo prius q̃ de facultatibus loquať, de operationibus prius tractabit: ut q̃ noſtræ cognitioni ſunt priores, quòd ſint aptiores: atq; etiam fini. Quòd ſi ſic/inq̃t/ideſt de apertioribus, & primis prius uerba facienda ſunt: opatiõibus aũt apertiora ſunt, quæ eis ſunt oppoſita: de oppoſitis ergo primũ uerba facere oportet. Oppoſita aũt ut ad aliquid. ſenſus.n. ſenſilis eſt ſenſus. & intellectus intelligibilis eſt intellectus. & nutritio nutrimẽti eſt nutritio. Quòd aũt facultate opatio prior eſt ratione, & opatione oppoſita, & q̃nam in uniuerſum ſunt rõne prima, in nono Metaphy. dicit. In quorum.n. definitione aſſumpta q̃dam ſunt, ea illis priora rõne definimus. Atq; facultatem definientes operatione opus habemus ut uiſum definientes dicimus, facultas, ex qua uidere eſt, q̃d eſt opatio: non itidẽ autẽ operationẽ definientes, facultate utimur. Videre.n. eſt appħendere uiſibilia, ideſt colores. rurſus operatione ſm̃ eãdem rõnem priora ſunt oppoſita, circa q̃ operationes. definiẽtes enĩ operationẽ, q̃ eſt in uidendo, uiſibili quoq; utimur. uidere.n. eſſe dicimus appħenſionẽ colorũ. nõ ita aũt in coloris definitione uidere compħendiť. Color itaq;/ut uiſibilis q̃dem, eſt ad aliq̃d. Ad aliquid autem ſunt, q̃bus eſſe idẽ eſt, eo, quòd ad aliquid quodãmõ ſe habeant. In his.n. neceſſe eſt in utriuſq; definitione alterũ compħendi: ut autẽ color, non eſt ex iis, q̃ ſunt ad aliquid. Quare nõ neceſſe eſt in eius definitione, uidere, aſſumi. Hæc ergo priora ſunt illis, q̃ in definitione aſſumuntur, his aũt adhuc priora oppoſita cõſiderare oportet. & in principio libri dicebat, Quęrere oportet an de iis, q̃ ſunt oppoſita operationibus, prius tractare oportet. & nũc dicit, ꝙ ab illis doctrina eſt incipiẽda, ut apertioribus, & naturę primis. ut.n. in p̃dicamẽtis oſtẽdit, cum eſt quidem ſenſus, omnino neceſſe eſt eſſe & ſenſile. & ſi ſit nutritio, omnino neceſſe eſt eſſe & nutrimentum. & his ſublatis, neq; ſenſus, neq; nutritio erit. Senſu autem ſublato, & nutritione, ea, quorum eſt ſenſus appħenſiuus, & ea, q̃bus nutriunť, q̃ nutriunť, nihil eſſe ꝓhibet. Etſi enim nõ, ut ſenſilia, ſunt ſenſu priora: ſed illi tamen p̃exiſtunt, ut hæc q̃dam. Quænam autem animalium facultatũ operationibus oppoſita ſint, ut ei quod eſt nutriri, ſentire, & intelligere, ſubiũxit. De nutrimẽto enim/inquit/& ſenſili & intelligibili. Et in nutritiua quidẽ facultate primũ de nutrimento diſſerit. In generatiua autem, &

auctiua quoniã non inuenit oppoſitũ,quod cum nutrimento conuenientiam, & ꝓportionem habeat;neq; enim ſicut aliqd eſt extra nutritioné nutrimentum,ſic & in illis.In eo enim,quod augeť, eſt auctiua facultas:Similiter,quod generať,ſimile eſt generanti:Quare quęcũq; de generãte dicũtur,eadem & de generato: & de eo nihil oportet ſeparatim dicere. Et cuilibet apertũ eſt,ꝙ generãtis ſimile eſt,quod gigniť:nam & de nutrimento anceps eſt, ut diſcemus,oratio:ꝓpterea ergo à finibus de eis doctrinã aggreſſus eſt,de auctiua dico,& generatiua. Generatiuæ auté facultatis finis eſt,rerum diuinarũ imitatio.Quoniam enim omnia primum quidem appetunt, & eam , quæ eſt in illo,ęternitatem:non poſſunt auté corruptibilia,eo quod ſunt eadem ſm numerũ,dei ęternitaté imitari : in aliis generandis , quæ ſunt qualia & ipſa ſunt, æternitem imitantur. Finis autem auctiuæ eſt,id,quod augetur,ad perfectam, & quæ ſcd̃m naturam eſt, formã reducere. ad quã cum peruenerit,pfectiſſimas naturę operationes exercet.generatiuas autem dico operationes.A finibus ergo ſuam de iis doctrinã aggreditur. Si quis auté exacte cõſideret,nutritiuã quoq; à fine docuit: ut eius declarat definitio. Sic enim illam definit. Facultas,inquit,eſt,quæ ſeruare poteſt,quod illam habet,ſicut eius eſſe eſt:hominem,quatenus eſt homo,& reliqua.

Vt de nutrimento,& ſenſili,& intelligibili.

Ante nutritiuã enim facultaté, quid eſt nutrimentũ docebit.& ante ſenſitiuã facultatem,quid eſt ſenſile.Non ita autem & de intellectu docturus,prius differet de intelligibili.Hic enim oppoſitum eſt obſcurius,dico autem,intellectu intelligibile.Sed qm̃ hæc nõdũ dixit,dico auté de doctrina omnium animalium facultatem:propterea adiecit, & de intelligibili, ne perturbet doctrinam: quoniam,ut dixi,non eodem in eis ordine utetur.

Quare primum de nutrimento,& generatione dicendum.

Quoniam primũ eſt natura nutritiua facultas, ut ſæpe dixi: dicit auté oportere ante facultates de operationibus dicere:ante operationes auté de oppoſitis:ad quæ operationes eſſe habẽt:ei aũt, quod eſt nutriri,nutrimentũ opponiť:quod enim nutriť,nutriméto nutritur: ꝓpterea rurſus incipiens ab ea,quæ eſt de nutritiua aïa,oratione,de nutriméto primum ait oportere dicere. Nutritioni autem generationé cõiunxit, utpote cum nutrimentũ gignendi quoq; cauſa ſit.Semen enim eſt nutrimenti excrementũ.Generationé autem,quod generať,dixit.hoc enim ei,quod eſt generare,opponitur.Quod enim generat,quod generať,generat. De generatiua ergo dicturis primũ de oppoſito dicendũ eſt.nõ eſt autem,ſicut dicebam,quod generať,ut oppoſitum:ſed magis ad finé: Hoc enim ſibi,tanquã ſcopum, ꝓponit natura permanſionis gratia, ut aliud faciat, quale ipm̃ eſt. Nihil uero ꝓhibebit & ipm̃ tãquã ſubiectum cõſiderare:quãdo,ut,quod generať,ſolum cõſideratur.Neq; enim generationé eſſe contingit ſine eo,qđ generatur.neq; quod generatur,ſine generatione.ſicut ergo ędificatio ędificabilis eſt ædificatio:& ſenſus ſenſilis ſenſus:ſic & generatio generabilis eſt generatio.Et ſicut ædificationis finis eſt pficere ædificabile, id eſt domũ facere:ſic & generationis facere aliud,q̃le eſt generans.Sicut ergo domũ nihil ꝓhibet,& ut oppoſitum,& ut finem conſiderare ædificationis:ut hoc ipm̃ quidem,domũ,id eſt tegumentũ,quod arcet à pluuiis & ęſtibus,finem:ut autem ædificabile,donec ædificatur,oppoſitũ:ſic & generatiõis,id quod generať,ut,quod adhuc generať quidé,oppoſitũ.Vt enim ędificatio ad ędificabile:ſic generatio ad generabile. Vt autem iam generatũ,ad finé.Idem & in auctione,& eo qđ põt augeri,& eo qđ auctum eſt.

Nutritiua enim anima aliis quoq; ineſt:& prima,& maxime cõmunis eſt animæ facultas:per quam viuere ineſt omnibus.Cuius opera ſunt generare,& vti nutrimento.

Hinc deinceps incipit,eam,q̃ de uegetatiua eſt anima,doctrinã aggredi.nutritiuam hic aïam,uegetatiuam dicit.Quoniam ante facultates de operationibus prius tractare oportet: ante opationes autem de oppoſitis:aïalium autem facultatum uegetatiua prior eſt:eo quod, q̃ alias habent aïales facultates,eam quoq; habent:quæ autem eam hñt,non alias quoq; habent:ꝓpterea primũ de nutrimento,& generatione;neceſſe eſt dicere.Hęc enim ſunt animæ uegetatiuę opa:de qua primum tractandum eſt,ut maxime cõmuni.ſcd̃m eam enim uiuere ineſt oĩbus uiuentibus:ut animalibus eſſe ſcd̃m ſenſum.& prius quidem,ut iam dixi,de generatiua uerba facit:cuius ſunt opera generare,& nutriméto uti.Vides,ꝙ illud,Nutritiua enim aïa,dixit,pro eo,quod eſt,uegetatiua.Sic enim nutritiuæ,inquit,ſunt opera generare,& nutrimento uti,pro eo,quod eſt nutrire.

Est enim maxime naturale eorũ, quæ in viuentibus sunt, operũ, quæcũq; perfecta, & nõ manca, vel generationẽ non habent spontaneã, facere alterũ, quale ipm: animal quidẽ animal: plantã autem plãtã: vt, quod semper, & diuinum est, aliqua ex parte habeãt, quatenus possunt. Omnia enim illud appetunt: & propter illud agunt, quæcunq; secundum naturam agunt.

Ecce generatiuæ facultatis principiũ à fine cœpit, docẽs quisnam est eius finis. maxime naturale autem, id est, finis, quẽ sibi tanquã scopum maxime ꝓponit natura, ut aliud faciat, quale ipsum est. Quæcũq; ergo uitam habent, nisi uel mãca fuerint, ut eunuchi: uel non perfecta, ut recenter nata: uel nisi spontaneã hñt generationẽ, ut, q̃ ex putredine fiũt, ut uermes, & pulices, & cimices, & eiusmodi: habent à natura finem quẽ sibi maxime ꝓponunt, ut generent alterũ, quale ipm. Muli autẽ & si quid est eis simile, sunt & ipsi ueluti manci. Neutram enim spẽm seruãt: quare neq; ex seipsis inter se habẽt generationem. Narrant autem, quod, cum quãdoq; mulæ concepissent, abortum fecerint: cum nõ posset, quod erat cõceptum, natura perficere: eo quod neutra sit pura, & integra natura: neq; enim equi, neq; asini: sed utraq; est mutila. Non omnia autem concipiunt, q̃ ex putredine fiunt. Refert enim Aristoteles in libro de historia aialium pisces quosdam ex putredine gigni, qui etiam concipiũt. atq; apes quidem, quæ ex taurinorũ corporũ putredine gignũtur, simılr generant, ceris semen imittentes. Deinde & cãm adiungit, ꝓpter quam maxime naturalis est finis uiuentibus alterum facere, quale ipm. Vt enim, inquit, id, quod semp est, & diuinũ, aliqua ex parte habeant, quatenus possunt. Videntur enim oĩa, quæ natura cõstant, eius quod rerum est primum, & optimum, desiderio teneri, dico autẽ diuini. Quare unũquodq; quatenus põt, imitatur eam, quæ est in primo, æternitatem. Dubitauerit autẽ quispiã: si est maxime naturale oĩbus uiuentibus facere, quale ipm: unũquodq;: est aũt similis generatiuũ: an etiam in irrationali aĩa continget esse generatiuam facultatem: & sensum, sensum gignere: iram, irã: & in reliqs simılr: an uegetatiuã esse irrationalis generatiuã, ut fit ex deteriore melius: quod est absurdũ. Nunquid autẽ dici potest, ꝙ quẽadmodum abscissus ramus in seipso habet indiuisibılr naturales oẽs facultates: & quẽadmodũ insectorum, partes etiam à totis abscissæ, in se habẽt sensitiuã facultatem, & scd̃m locum motũ: sic & in semine, quod est ex aĩalibus, indiuisibiliter insunt rõnes aĩalium facultatum? nõ enim uitæ expers & mortuũ egreditur, Sed si hoc datum fuerit, ꝙ irrationalis quoq; aĩę rationes sunt in semine: quę cum augentur, uel ad pfectionem deducunt, irrationalis aĩa tunc in corpus inditur: nec ulla irrationalis animæ subã extrinsecus & aliunde in corpus adsciscit: multa eorum, q̃ sunt in cõfesso, subuertemus. Consideretur aũt, ut in homine, qđ dicitur. fertur humanæ aĩæ ad generationẽ descendenti, prius q̃ in hoc corpus deciderit, ei adtexi spiritũ, & illas, quę sunt in eo, irrationales facultates. Quòd si hoc uerum est: necesse est ante semẽ ꝑexistere irrationalem aĩam. Si enim in semine generationem habet: falsum est, qđ dictum est, & si in spiritu esse habet, & post animalis dissolutionẽ remanet, fieri non põt, ut in semine sint eius rationes. in illo enim esse quoq; habebit. Rationi autem consentaneũ est, ut & post corpus manens, ante ipm quoq; existat. Nunquid autẽ, quẽadmodum animalium, quæ sponte nascũtur, & plantarũ generatio, non ex anima, quæ ꝑexistit, successione fit: sed & apta existente materia, ab uniuerso opificio, herbarum, & aĩalium species in eam imittunt, & quę in ipso sunt, animales facultates: sic & in irrõnali anima, quę est in oĩbus animalibus, cum ea ex uniuerso opificio subsistãt? Generatiua ergo facultas non est irrationalis animæ: nulla est dubitatio. neq; enim generatiua ei facultate opus est, quæ scd̃m numerũ habet æternitatem. Sed si omnia, quod semp est, appetunt: & animatis ꝓpterea insita est generatiua facultas: quomõ in inanimatis ꝓcedet oratio? neq; enim generatiuã habẽt facultatem. Dico ergo, ꝙ in eis quoq; pro modo eorum, talem operationem licet intueri, Quemadmodum enim in animatis nõ simile est eiusmodi desiderium: sed in aĩalibus quidem, quę electiuum habent motum, appetitus quoq; à natura immittitur generatiuæ facultatis, qui, ueluti œstro perciens, aĩalia cõmouet, & ad talem opationem cogit: & in his ipsis plurima est differentia. Homo enim simul etiam, quod fit, inquirit: dico autẽ, ꝙ successionis gratia tales nobis insunt opationes. In plantis aũt, & arboribus, cum electionis expers motus sit, spontanea generatiua operatio ꝓcedit: sic non est mirum, si etiam ĩ inanimatis appareat remissa talis facultas. itaq; & elementa, quæ in seinuicem agunt, quod dominatur, & est potentius, in suam speciem mutat, quod est imbecilius, & qđ uincitur. Frigidum enim à calido superatũ in ipm mutatur. similiter & si calidũ à frigido superet. & in sicco, & humido simılr. Quoniam enim elñta non sunt incorruptibilia, eadẽ cã si fuerit à calido corruptũ frigidum, fit alibi uicaria eius loco repositio, superante frigido, ut cõseruetur species. Et corrupta quoq; metalla in alterius locum rursus reponunt.

reponūtur. Etsi enim ne hic quidē lapis aliū sibi similē generat: ipsa tamē metalli uniuersitas, siue, ut ita dicam, totitas generatiuā habet facultatē. Similis est enim hic lapis alicui aīalis parti: ipsa uero metalli uniuersitas toti animali. Etenim & in animalibus, in totis est generatiua facultas, non in partibus. & sicut in animalibus, carne aliqua ablata, pro ea aliam generat natura: sic & in metallis pro ablato aliud reponitur.

Illud autē propter qđ duplex est. Hoc quidē cuius gratia, illud vero cui. Quoniā ergo eius, qđ semper est, & diuinū, cōtinentia & ꝑpetuitate particeps esse nō potest, quo'd nihil corruptile cōtingat vnū & idem numero ꝑmanere: qua ratione particeps esse vnūquodq; potest, ea quoq; ratione cōmunicat: hoc quidem magis: illud vero minus. & permanet non ipsum, sed quale ipsum: numero quidem non vnū: specie vero vnum. Quare semen, animalium, & plantarum est instrumentū.

Illud autem, cui cōsequens est esse maxīe nturale uiuentibus ur, quale ipsum generent, fit eo ꝙ omnia primū appetūt, & illius æternitatem: & qm̄ oīno finalis causæ meminit, ꝑpterea, inqt, ꝙ illud, ꝑpter qđ, idest finis, duplex est: hoc qdē cuius gratia: illud uero cui: quod & in poëtica, & in libro de generatiōe dixit. Quēadmodum dico, domus ædificator finē habet, ut faciat tegumētum imbriū & æstuū ꝓhibitiuum: hic finis cuius gratia est. Tegumēti. n. gratia domū facit. habet aūt & alium finē, nos uidelicet. hoc n. tegumētum nobis facit. Sumus ergo, & nos domus ædificatoris finis, ut cui. sicut ergo hic: sic & in oībus, q̄ natura cōstanr, duplex est finis. eius. n. qđ diuinum est, desideriū, ꝑpter qđ unūquodq; aīarum facit aliud, q̄le est ipm̄, est finis cuius. huius. n. gratia generatio. Qm̄. n. corpora sunt animis instrumēta: aīæ sunt fines, ut cui. Cū artifice aūt domus extructore, cōuenientiā & ꝓportionē habet natura: cū hoīe uero tegumentū fieri iubēte aīa. cū corpore aūt domus. nō solū autē in aīalibus duplex est finis, cuius, & cui: sed & in plantis. & in his. n. natura instrumētarium facit corpus: qđ referē ad usum eius, q̄ in eis est, aīæ. Instrumētariæ. n. sunt plantarū quoq; partes, radix, cortex, medulla, & folia, & eiusmodi. In animatis ergo duplex est finis, ut dictū est, in reliquis aūt nō est itidē inuenire duplicē finem. Metalla. n. & lapides, &, ut semel dicam, inanimata, q̄ à frigiditate qdem & caliditate ꝓxime fiūt, sed ab uniuerso opificio, separate, unū habent finem, cuius gratia. ꝑpter mūdi. n. fabricā. non itidē autē, & cui, ut finis est in eis, neq;. n. sunt aliquorum instrumēta: neq; ad aliquarū usum aīarum cōparanē. Magis autē est, ut duplex finis, in oībus cōmuniter cōsidereretur. & est, ut cuius finis, cōiter rerū oīum naturalium, & artificialiū, boni desiderium. Boni. n. gratia & natura, & ars oīa agit. finis aūt cui, ornādæ materiæ gratia. est. n. finis forma quoq; simpliciter abaci, uel aīalis, qđ est ornare materiā, & boni desideriū, ꝑpter quod hæc fiunt: usus fortasse, uel diuinitatis imitatio. Notāt aūt hic, ꝙ scopum Aristoteles finē dicit. cuius enī desideriū, hic scopus est. & ꝑpterea duplicē finem dixit. Appetitū autē cōius dixit. ꝓprie. n. in solis sensum habētibus appetitus, ut superius dixit. Plātæ aūt appetitum nō habēt, qm̄ neq; sensum. Appetitum ergo dicit naturalem ad hoc cōstitutionem. & sicut. s. ignem, qđ sursum est, appetere dicimus, & sic ad illud tēdere. Oīno ergo, quæ naturalē hunc impulsum & appetitū habēt, primi ęternitatem appetunt. Et quoniā corruptibilia, inqt, nō possunt eadē numero manere: faciendo alia, q̄lia ipsa sunt specie, successione æternitatē persequūtur. Hoc qdem magis: illud uero minus, uel qđ hæc qdem sint uitæ diuturnioris: illa uero breuioris. uel ꝑpter ea, quæ deficiūt, & nō sunt perpetuo, sed aliqbus temporibus fiunt. ut locustarū genera, & uespæ, & culices. & siqua alia eiusmodi. Magis aūt proprie hoc audit aliquis, nō de tēporis diuturnitate, sed de q̄litatis participatiōe. sic. n. quod reliqs aīalibus longe est p̄stantius, homo, erit lōge deterioribus minus diuinitatis particeps. multa. n. animalia sunt diuturnioris uitæ q̄ homo, cornices, & elephāti, & serpētes: & alia plurima. non itaq; sic illud audiēdum est. Hæc qdem magis, illa uero minus: sed ſm qualitatē participationis. Quēadmodum & solis illuminationes nō oīa aīalia similr̄ admittunt. Aliter enim aquila solaris luminis est particeps: & aliter homo: & aliter uespertilio, pro modo uisiuæ eorum facultatis: sic & dei illuminationes alia aliter suscipiunt, secūdum suæ substantiæ modos.

Est autē anima viuentis corporis causa, & principiū. Ea autē multipliciter dicuntur. Sed tamē anima, secundū diuisos tres modos, causa. Etenī vnde illi motus, ea est id, ꝓpter qđ. &, vt substātia, animatorum corporum anima causa. Quo'd itaq; vt substantia, clarum est. Causa enim omnibus, quo'd sint, est substantia. Viuere autem viuentibus esse est.

Poſtquàm dixit de fine generatiuæ facultatis: & de nutrimẽto, & ſenſili, &, ut ſemel dicã, de iis, quæ ſunt oppoſita animalibus facultatibus, eſt tractaturus: prius p hæc docet, q illi, q̃ habenda eſt de anima, oratiõi, oppoſitorũ eſt neceſſaria tractatio. Animatũ enim, quatenus eſt animatũ, nutrit. Quare, q ipſum nutriatur, ei anima cauſa eſt. Similiter & ut uita ſentiat, cauſa eſt aĩa: quod aũt nutritur, nutrimẽto nutritur: & quod ſentit, ſenſile ſentit. Quare ei, q de nutritiua & ſenſitiua aĩa eſt tractaturus, prius ſciendũ eſt, quid eſt ſentire, & nutrire: & ei, qui illa noſſe uult, ſcire neceſſariũ eſt, quidnã eſt nutrimentũ, & ſenſile. Senſus enĩ ſenſilis ſenſus eſt: &, qđ nutritur, nutrimento nutrit. ea autẽ ſunt ad aliquid. Eorum autẽ, quæ ſunt ad aliqd, qui alterũ noſſe uult, ei quoq; neceſſe eſt reliquum cognoſcere. Quare neceſſe eſt, ut, q de aĩa dicturus eſt, de oppoſitis quoq; dicat. Frumẽtum enim, ut frumentũ quidẽ, non eſt ad aliqd. Vt nutrimẽtum aũt, eſt ad aliqd. Similiter & lapis, ut ſubſtantia qdem aliqua, non eſt ad aliqd: ut autẽ uiſibilis, ad aliqd eſt. Viſibile enĩ eſt uiſu uiſibile. Vnde ergo hoc eſt, q anima nutrimẽti, & ſenſus corporibus cã eſt, ut adeo neceſſario oſtẽdatur de eis eſſe dicendũ, hoc oſtẽdit per ꝓpoſita. Cum enĩ cauſæ, inqt, multis modis dicant: Vel enĩ materialis cauſa eſt: uel formalis: uel finalis: uel effectiua: Cum ergo q̃tuor modis cauſæ dicant: ſecũdum tres modos oſtẽdit cauſam eſſe uiuẽtibus animã: & ut formã: & ut finẽ: & ut effectiuã. Quòd enim nõ materialis cauſa anima eſt, clarũ eſt. Et q anima qdem, ut forma, uiuẽtibus cã eſt, duobus argumẽtis oſtendit. Illud enĩ, ut ſubſtãtia, ei formã ſignificat. Anima, inqt, uiuentibus uiuẽdi cauſa eſt. Quæ autẽ uiuunt, quatenus uiuunt, eſſe habent. Quicquid aũt eſt, quatenus eſſe habet, id eius forma eſt. Anima ergo uiuentiũ forma eſt. Vel ſic potius. Anima uiuendi uiuẽtibus cã eſt: Viuentibus autẽ uiuere eorũ eſſe eſt: Anima ergo uiuentiũ eſſe eſt. Cuiuſcũq; autẽ rei ipm eſſe eius ſubſtantia eſt. Anima ergo omniũ uiuentiũ ſubſtantia eſt. Subſtãtia aũt, ut ſint, omnibus cauſa eſt. Anima ergo, omnibus uiuẽtibus, ut ſint, cauſa eſt. Vt ſubſtãtia ergo, aĩa, ut ſit, cauſa eſt. Hoc ergo unũ eſt argumentũ, q anima, ut forma, cauſa eſt. Alterũ eſt autẽ, quod iam etiã in p̃cedẽtibus dixit. Cuiuſuis enim, quod eſt potẽtia, inqt, perfectio, ſeu entelechia, forma, eſt. Potentia autẽ uitã habentis corporis anima entelechia eſt. Anima ergo potentia uitã habentis corporis forma eſt. Sic ergo cauſa eſt anima aĩati corporis, ut quæ eius forma eſt. Atqui & ut effectiua cauſa, cauſa eſt, & principiũ anima: & ut finalis. Et q cauſa eſt, ut finis, aĩa, ſic oſtendi põt. Prius aũt accipit, q natura oĩa alicuius gratia facit. hoc enim mõſtratur in auſcultatione naturali. Inſtrumẽtis p̃dita corpora, animę gratia. Cuius autẽ gratia aliquid fit, hoc eſt illius finis. Anima ergo inſtrumẽtis p̃ditorum corporũ finalis cauſa eſt. Quòd autẽ, ut effectiua cauſa, principiũ eſt anima, aperte oſtẽdit. Effectiua autẽ cauſa eſt illa, unde eſt principiũ motus. Motus autẽ ſpecies ſunt q̃tuor. Primus enim, & maxime ꝓprius motus eſt, qui eſt ſm locum: Deinde, qui eſt ſm alterationem: Deinde ſecũdum auctionẽ: Deinde ſecũdum diminutionem: Et, quod motus ſecundũ locum cauſa eſt animalibus, anima, clarũ eſt: ſed ſic non omnem cõprehendit, animam: ſed eam, quæ eſt ſm locum motiua. Quare etiã oſtendit, q alterationis quoq; cauſa eſt. Senſuũ enim cauſa eſt anima. Senſus autẽ alterant, à ſenſilibus quodãmodo affecti. alteratio enim quędã eſt, diſgregatio, & ↄgregatio uiſus. Sed nondũ per hęc plantas quoque cõprehendit: ſubiũgit itaq;, q auctiõis & diminutiõis cauſa eſt anima, ut omnia aĩata cõprehẽdat. Non ſimiliter autẽ eſt effectiuũ principiũ, & formale. Formale enim principiũ ſimilr̃ eſt, ac finale. effectiuũ autem non amplius ſubſtantiæ, ſed aliquarũ operationũ, uel affectuum principiũ, & cauſa eſt. Quomodo autẽ dicimus diminutionis quoq; cãm eſſe animã? Nihil enim neq; ipm ſibi ipſi, neq; ſuo ſubiecto corruptionis cã eſt. Omnia enĩ non ſolũ eſſe, ſed & ęternitatẽ pro modo ſuo appetunt, ut iam dictũ eſt. Dicimus ergo, q quẽadmodũ dicitur & id, quod nõ eſt, & priuatio cauſa eſſe rerum generationis: nõ q cauſam effectiuã habeat: ſed q ex iis mutatur, qđ fit: & q ea cedãt formæ eorũ, quæ fiunt. Omne enĩ, quod fit: ex iis, quæ nõ ſunt, & ex ꝓpria priuatione fit: ut dictũ eſt in naturalibus: Sic & anima diminutionis eſſe cã dicitur: nõ q faciat diminutionẽ: ſicut facit auctionem: ſed quod ꝓpter imbecillitatẽ ei deinceps cedat. Alioqui ad oſtendendũ, q effectiua cã eſt anima, ſatis eſt ſcire, q auctionis cã eſt. Si itaq; ſm oẽs cauſarũ modos aĩato corpori anima cauſa eſt, ut ſit, quatenus eſt animatũ: Si autẽ eſt animatũ, eo ipſo nutritur, & augeť, & generat: & eorũ ergo anima cauſa eſt, quod erat ꝓpoſitum oſtẽdere. Ea autẽ multis modis dicunť. Cauſam aũt dicit & principiũ multis modis dici. Quatuor enĩ modis diciť: ut forma: ut materia: ut effectiua cauſa: ut finalis. Similiter aũt anima tribus definitis modis cauſa eſt. Ex q̃tuor enim modis cauſarũ in naturali auſcultatiõe definitarũ, ſecũdum tres ſimilr̃ corpori aĩa cauſa eſt. Vnde enĩ motus, hoc eſt, ut effectiua cauſa: ſic enim ipſam uocat: & cuius gr̃a, id eſt, ut finis: &, ut ſubſtãtia, animatorũ corporũ anima cauſa eſt, pro eo, quod eſt, ut forma. In ꝓpria enim forma uniuſcuiuſq; ſubſtãtia characte-

rem & figurã accipit Materia enim cõmunis est omniũ.Iam uero animata esse habẽt ſm animam. Quare animatorũ corporum anima forma est.Quòd itaq; ut ſubſtãtia,clarũ eſt.cauſa eni,ut ſint, omnibus eſt ſubſtãtia Quòd cauſa eſt aĩa,ut forma,p hæc oſtendit.eſt aũt hoc primũ argumentũ. Anima enim,inqt,uitæ principiũ & cauſa eſt uiuentibus.Viuere autẽ uiuentibus eſſe eſt.Vniuſcuiuſq; aũt eſſe eius forma eſt,& ſubſtãtia.Anima ergo forma eſt & ſubſtãtia uiuentiũ.Vniuſcuiuſq; autem ſubſtantia cã eſt,ut ſit.Anima ergo uiuẽtibus ſubſtãtia,ut ſint,cauſa eſt. Nõ hoc aũt ordine ꝑpoſitiones ꝑtulit:ſed à poſterioribus incepit. Cauſa eni,inquit, ut ſint,omnibus eſt ſubſtãtia,ut ſic ſit oratio.Subſtantia,idem eſt aũt dicere,forma,ut ſint,oibus cauſa eſt, ſm hanc enim unũqdq; & eſt,& dicitur.Quare uiuẽtibus ſubſtãtia,& forma,ut ſint,cauſa eſt.Viuentia aũt eſſe habent ſm uitam.hac enim ratione ab aliis differũt.Vitæ autẽ anima cauſa eſt. Quare ſi omnibus,ut ſint,cauſa eſt uniuſcuiuſq; ſubſtãtia & forma:uiuentibus aũt uitæ cauſa eſt anima,quatenus eẽ quoq; habent.forma ergo & ſubſtantia uiuentiũ eſt anima. Ariſtoteles autẽ,cum ꝑpoſitiões dixiſſet,cõcluſionem non addidit,ut apertum eſt.Subſtantiã autem,ut iam dixi,formam dicit.

Eſt autem eius,quod eſt potentia,ratio entelechia.

Secundum argumentum. Ratio autem,inquit,pro eo,quod eſt,ſubſtantia, & forma.

Manifeſtum autẽ,quòd & cuius gratia anima, ſicut mens,alicuius gratia facit:eodẽ modo & natura.& hoc eſt ei finis. Tale autẽ in animalibus anima ſcdm naturã. Omnia enim naturalia corpora, animæ inſtrumenta: quemadmodum quæ ſunt animalium, ſic quæ ſunt plantarum, vt quæ ſint gratia animæ. Duobus autem modis illud cuius gratia: & cuius,& cui.

Poſtq̃ oſtendit,ꝙ,ut forma corporis,principiũ,& cauſa eſt anima:nũc oſtẽdit,ꝙ,& ut finis. Quẽadmodum eni mens alicuius gr̃a facit:eodẽ modo & natura. Mentẽ dicit actiuã,ſicut mens architecti nihil fruſtra aſſumit:ſed omnia,q̃ ad aliquẽ finem ſpectãt,nẽpe domus cõſtructionẽ. Sic ergo nil fruſtra facit natura:ſed unũquodq; eius opus ꝑpter aliquid eſt. Hoc autẽ aperte oſtẽdit in naturali auſcultatiõe. Declarãt & de uſu partiũ medicorũ tractatus:ꝙ ne minimũ qdem naturę opus fruſtra eſt:ſed alicuius gratia. Cuius aũt gratia facit,hoc eſt,eius finis,inqt. Cuius ergo gr̃a facit? animæ,inquit,gratia. Animatorũ enim,inquit,corpora oĩa,& animaliũ,& plantarũ, inſtrumenta ſunt animarum. Inſtrumentũ autẽ ſit gratia utentis:& eam habet finem. Quare &,q̃ ſiunt à natura,corpora,animata dico,ſinẽ habent ipſam eis uſurã animã. Duobus aũt modis illud,cuius gr̃a, & id cuius,& id cui. Hoc in loco uel ſic accipiendũ eſt,animã quidẽ finem,ut cuius:animal aũt,ut cui. facit enim inſtrumentariũ corpus natura animę quidẽ gratia,ut eo utatur,tãquã finis,anima,ut cuius. finis autẽ ut cui,animatũ, Vt enim citra impedimẽtum ſint animali operatiões,omnia facit natura. Vel igitur ſic eſt,illud, Cuius,& illud, Cui:uel,ſicut paulo ante diximus, Cuius quidem, gratia fabricæ mundi,& æternitatis:Hoc enim omnia expetunt: Sic & animæ. Ei enim præparat ad uſum inſtrumentum:quod & uerius eſt.

Sed & vnde primũ ſecũdum locũ motus,anima.nõ omnibus autẽ ineſt viuentibus hæc facultas. eſt autẽ & alteratio & auctio per animã. Senſus enim alteratio quędã eſſe videtur. nihil autẽ ſentit, quod non habet animã. Similiter autẽ & de auctione,& diminutiõe habet. Nihil enim diminuitur, nec augetur naturaliter,quod non nutritur. Nihil autẽ nutritur,quod nõ vitę ſit particeps.

Deinceps ad effectiuam tranſiit. effectiuã enim cauſam ſic ſemper uocat,unde principiũ motus. Cum autem multis modis dicatur motus,ut dictũ eſt:ꝙ motus quidẽ ſecũdum locũ anima cauſa eſt,clarum eſt. Sed non oĩbus,inquit,ineſt uiuentibus hæc facultas,id eſt ſecũdum locum motiua. Quare non ſic uidebitur omnis anima eſſe cauſa effectiua. & ideo eam aliorũ quoq; motuũ eẽ cauſam oſtendit:alterationis,inquã,& auctionis:& diminutiõis. & ſic in omni aĩa uniuerſalẽ fecit orationem. Quòd itaq; anima alteratiõis cã eſt,ſic oſtẽdit. Animalibus aĩa ſenſus cauſa eſt. Omne aũt, quod ſentit,alterat. Anima ergo alteratiõis cauſa eſt. Quomodo aũt ſenſum dicit alterationẽ, nũc quidem nõ addidit. Deinceps aũt adiiciet,ꝙ duplex eſt alteratio: & in uniuerſum pati duplex eſt: hoc qdẽ,qđ ducit ad corruptionẽ:illud uero ad pfectionẽ. à doctore eni diſcipulus patit̃,& alterat̃, & nõ ad corruptionẽ,ſed pfectionem ducit̃. Qđ eni potẽtia in eo eſt,ad operationẽ deducit̃. Sic & ſenſus alteratur,& à ſenſilibus patitur ad pfectionẽ ductus, & à potentia ad operationẽ ꝑductus.

Quòd autẽ auctionis quoq;,& diminutionis cauſa eſt aïa,ſic oſtẽdit.Quòd augetur,& minuitur, nutritur,nihil enim augetur,qđ non nutritur.Quicqđ autẽ augetur,uitæ eſt particeps.& fieri nõ poteſt,ut nutriatur, quod nõ eſt uitæ particeps. Vt ergo nutriaẽ,uiuere cauſa eſt. Totius aũt uitæ cauſa eſt anima.Iis ergo,quæ augentur,& minuunẽ, huius ipſius auctionis & diminutionis cauſa anima eſt. Si autẽ nonnulli quoq; lapides augeri uidenẽ: non eſt hæc ꝓprie auctio:ſed potius additio.Hanc enim auctionẽ dicit,quæ fit p inſtruměta naturalia.Inſtruměta autẽ non ſunt in iis animatis.non ergo augentur,& alioqui,qđ augetur,per omnẽ partẽ augetur.ut in libro de generatione oſtenſum eſt.Lapidibus autẽ,exterius fortaſſe addito puluere, quædã fit mutatio: & ſic maius totum fit,non facta auctione,ſed additione:ſicut ſi ignis augeri dicatur,pluribus lignis additis. ſic & metalla augentur,humida,ex qua cõſtant,materia circũcirca exterius cõcreta,eaq; in ipſorũ ſubſtantiam,ab ea,quæ eſt in terra,naturali facultate,ex uniuerſo mutata.Si enim ꝓxima,& cõtinens, cauſa eſt anima.Cõtinentur autẽ,& ſunt,& animalia,& plantæ,donec nutriunẽ.Nutrimentũ autẽ auctionis cauſa eſt. Anima ergo auctionis cã eſt. Male ergo materialibus pricipiis, terræ, & reliqs, auctiõis cauſa attribuiẽ.Sed ad hoc fortaſſe dixerit Empedocles. Sicut tu materiales,& effectiuas naturalium cauſas tradis:ſic & ego nũc non effectiuas cauſas, ſed materiales tradidi. Sed locũ non habebit reſponſio.Neq; enim terreſtres radices magis augẽtur,q̃ rami.Vbiq; aũt terrenũ ſuperabũdat.Quod ergo ad terræ ſubſtantiam attinet,nihil ſurſum augeri deberet.

Empedocles autẽ nõ recte hoc dixit,adyciẽs plantis augumentũ euenire,radices quidẽ deorſum agentibus:quòd terra ſic feratur ſcđm naturã:ſurſum autẽ,ꝓpter ignem ſimiliter.Neq; enim illud ſurſum & deorſum recte accipit.Non eni idem eſt omnibus ſurſum,& deorſum,& vniuerſo.Sed ſicut caput animaliũ: ſic radices plantarũ:ſi oportet alia inſtrumẽtũ dicere,& eadẽ,propter opera, & quibus funguntur munera:idem autẽ inſtrumẽta dicere,in quo ſit idẽ opus.Ad hæc aũt,quid eſt, quod ea cõtinet,quæ in cõtraria feruntur,ignem,terrã? Diſtrahentur enim,niſi ſit aliquid prohibiturum.Si autem ita eſt:anima quoq; eſt cauſa,ꝙ augetur,& nutritur.

Poſtq̃ oñdit augmẽti cãm eẽ aïam,rephẽdit Empedo.q nõ recte dixit auctionẽ in aïatis fieri.Dicebat.n. augeri plantã, eo qdẽ,q in ipſa eſt, igne ramos ſurſum augente:terra aũt,q̃ in ipſa eſt,radices inferne agente.Auctionis enim cãm terræ,& igni adſcribebat.Hic.n.ſurſum ramos auget,ut q ſurſum ferat;terra uero deorſum radices,ut q̃ deorſum ferat.Eũ aũt primo rephẽdit,ꝙ nõ recte dicat eſſe inferius plãtarum radices.nõ enim oïbus idem eſt/iquit/quod ſurſum eſt,& deorſum.Deinde cauſam quoq; affert.inſtrumẽta enim/inquit/operibus diiudicanẽ.Si enim operationũ gratia ſunt inſtrumenta:q̃ eaſdem operationes agunt,eadem fuerint.Quẽadmodum enim in aliis aïatis, id per quod nutriẽ,eſt os:ſic ergo & plantis id,per quod nutriũtur,os fuerit.Nutriuntur autẽ per radices.ipſæ ergo plantarũ os fuerint.aliorum aũt animatorũ omnium os,per quod nutriũtur,ſuperne eſt.Omniũ enim caput,in quo os,ſuperiorem locũ obtinet.Et plantarũ ergo os,& caput cõuenienter ſuperius fuerit. Quare plantarum radices ſuperne potius: rami autẽ inferne.ut ad uniuerſum autem,ſiqdem in uniuerſo ſurſum,& deorſum dicere oportet.quod circũcirca quidẽ eſt, ſurſum eſt.Dico autẽ cœlum.quod autem medium, deorſum,nempe terra. animata itaq; dicũtur ſuperne caput habere,non oïno,ut quod circũcirca eſt, ſed ut unde principiũ motus: quãdoqdem & ex cœlo principiũ eſt motus eorum,q̃ hic ſunt.Et cum irrationalia aïalia plurima, ferè autẽ oïa, proua in terrã ſpectent,ut ne poſterioribus qdem partibus ad id, quod circũcirca eſt caput altius habeant:ſuperiores tamẽ aïalium partes eſſe dicũtur/caput/&/q̃ ſunt circa caput.Quare caput ſuperne dicimus.cum capite autem ꝓportionem & cõuenientiam hñt radices.illinc enim eſt plantis motus principiũ,ut ſuperius qdem ſint radices,& nõ inferius.Hoc ergo unum abſurdũ ei obiicit: aduerſus quod quiſpiam ꝓ eo reſpondẽs,& eum defendẽs dicit:ꝙ ille ſupra,& infra,ut ad uniuerſum dixit.Radices enim ut ad centrũ,augentur.reliquũ autem,ut ad cœlum.Alterũ rurſus abſurdum ex eius dictis colligit admodũ apte,& cohærẽter.Non enim ab igne/inquit/& terra fit auctio. Si enim ignis ſurſum augetur:terra autẽ deorſum:diſtrahẽtur/inquit/& diuellenẽ plãtæ,cũ nihil ſit,quod cõtineat.ſi aũt eſt aliquid,quod cõtinet:hoc fuerit aïa,nutrimenti,& auctionis cauſa.

Videtur autẽ quibuſdã ignis natura eſſe ſimpliciter nutrimẽti,& auctionis cauſa.Ipſe enim ſolus videtur ex corporibus & elemẽtis,qui nutritur,& augetur.Quare & in plantis,& in animalibus

libus

libus existimauerit quispiã id esse, quod operatur. is autẽ quodã modo cõcausa est: non autẽ simpliciter causa: sed potius anima. Ignis enĩ auctio in infinitum: donec fuerit, quod possit cõburi. Eorum autem, quæ natura constant, finis est, & ratio magnitudinis, & augmenti. ea autem animæ, & non ignis. & rationis potius quàm materiæ.

Postquàm ostendit aĩam auctionis esse cãm: alia perimit, q̃ quibusdã auctionis uidenẽ esse cãæ. Empedocles quidẽ terram, & ignem cãm in plantis existimabat, eo ꝙ illorum qdem contrarii sunt motus, sursum, & deorsum. Videntur aũt & plãtæ in cõtrarias partes augeri scdm radices, & fm ramos. Alii autem ignẽ suspicabanẽ solam esse auctionis causam: aduersus quos nunc insistit. Recte autem illud, Simplr̃, addidit. in hoc enim errabant, qui uim auctiuã igni tribuebãt, ꝙ eum simpliciter auctionis cãm dicerent. Concausa enim esse ignis, ut instrumentũ auctionis per quod, ei quoq; esse uidetur: non autẽ simplr̃ auctionis esse causa: sed tantũ abesse ait, ut auctionis simplr̃ causa sit, ut & deteriorẽ, quàm scdm instrumenta, cõcausam esse dicat in libro de generatione, & corruptione. Instrumenta enim à ratione adaptata finem assequũtur. Si autem ab artifice dimittãtur, incõmodum. Sine artifice enim operari non possunt. Ignis autem ipse per se operans, exitii, & corruptionis causa fit. Cum enim cibus coquiẽ, & medicamentũ, nisi à medica, uel coquinaria ratiõe regatur, qui coquit ignis, magis corrũpit, & à ꝓpria specie, seu forma abducit. Cum autẽ dixisset, ꝙ uidetur quibusdam ignis esse nutrimenti, & auctionis causa: undenã in hanc adducti sunt sentẽtiam, subiũxit. Solus enim, inquit, ex simplicibus corporibus cernitẽ augeri, & nutriri. in hoc enim solum cõsuetudo nutrimẽti nomine usa est: & ꝓpterea, auctionis quoq;. Quod enim nutriẽ, hoc & augeẽ. huius multum usum habemus in cõsuetudine, & apud antiquos. Omnes simul tecũ, inquit Poëta, edax ignis uorat: & rursus, Omniuoro igne, dictũ est. Si itaq; ex simplicibus hic solũ nutritur, & augeẽ: hic in cõpositis quoq; fuerit nutrĩtiõis, & auctionis cã, dico aũt, in animatis. Vbi ergo ostẽderit Philosophus, ꝙ non similiter nutriunẽ, & augentur animata, ut ignis: simul etiã per hoc ostẽderit, ꝙ non in animatis ignis nutrimenti, & auctionis causa est. Sic autẽ ostendiẽ. Quæcũq; natura nutriuntur, & augentur (id est aũt: Quæ in seipsis nutritiuã, & auctiuã habent facultatẽ. Quæ enim nõ sic nutriunẽ, & augenẽ, ea nõ ꝓprie esse dicũtur illa, q̃ dicũtur.) Quæ ergo natura nutriunẽ, & per hoc augenẽ, habẽt nutritionis terminũ: & definita est eorum ad certã usq; mensuram auctio. Ignis autem non est definita nutritio, & auctio. in infinitum enim augebitur, si materia suppeditetur. Ignis autem non similiter ac animata, nutritur, & augetur. Si autem non similiter: ne animatis quidem auctionis causa fuerit. Ignis enim non est finis, nec ratio auctionis. Quæ autem natura augentur, aliquem finem habent, & determinatam auctiõnis rationẽ. Secundum rationem autem augere, & definite, fuerit aĩæ, & non ignis. Sic ergo ostdit, ꝙ non ignis animatis auctionis causa est. Quòd autẽ neq; de igne ꝓprie diciẽ nutritio & auctio, sed generatio, ostendit in libro de generatione, & corruptione. Is aũt existimatus est ex elẽtis nutriri & augeri: quòd apte qdem in aliis superabũdantia, additio est: aqua n. aq̃ addita, & terra terra terræ, sic fit eorũ maior excrescẽtia. id aũt non esse nutrimẽtũ, nec auctionẽ, clarũ est. Ignis aũt excrescit, nõ addito igne, sed dissimili materia, sicut lignis, uel eiusmodi, iisq; ab ignis facultate in eius mutatis substãtiã, sic fit ignis excrescẽtia. Videẽ aũt tale qd esse, & q̃ est ꝓprie, auctio. Mutato. n. alimẽto in corporis naturã, sic fit aĩatorum auctio. Ostẽdit aũt, ut dixi, quod id, quod in igne fit, generatio est, & non auctio.

Quoniam autem eadem est animæ nutritiua, & generatiua facultas: de nutrimento primum definire necesse est.

Postq̃ dixit de fine generatiuę facultatis: deinde ostendit, ꝙ ei, qui de aĩa dicturus est, de iis, quę sunt opposita aĩalibus facultatibus, tractare necesse est, ad ostẽdendũ aĩam eẽ cãm nutritionis, & auctionis, & alterationis, q̃ est fm sensus, & reliq̃: & Empedoclis sentẽtiæ interea meminit, q nõ aię auctionẽ tribuit, sed materialibus causis: & eos penitus refellit, qui eius, q̃ fit in aĩatis, auctionis igneã substãtiam cãm existimãt: hic deinceps de cohærẽtibus uerba facit, dico aũt de nutrimẽto, ut sic deinceps de facultatibus quoq; tractet. Tãquã. n. de una uegetatiua facultate superius quoq; uerba fecit, ubi dixit. Nutritiua. n. aliis quoq; prima inest, & est maxime cõis facultas animę, fm quã uiuere inest oĩbus: cuius sunt opera generare, & nutrimento uti: & hic rursus, qm̃ eadem est nutritiua, & generatiua facultas: de nutrimento primũ definire necesse est. Quod autẽ dicit, est eiusmodi. quoniam una est, & eadem uegetatiua facultas; cuius sunt opera generare, & uti nutrimẽto (ꝑ extrema

medium quoq; comphendens,qđ eſt augere,& ad pfectam mẽſurã deducere,q̃ augenẽ)diximus autem/inqt/de fine generatiuæ opationis,neceſſe eſt & de eo,qđ eſt oppoſitũ nutritiuæ facultati,dicere,dico aũt,nutrimẽto:ut ſic deinde de ipſa quoq; facultate loquamur.Vnã aũt dicit facultatem nutritiuã,& auctiuã,& generatiuã:nõ ſimplr:qm̃ uegetatiua cõmunis de eis ꝓdicaẽ:ſed ꝙ unus finis eſt harũ oĩum operationũ.id aũt eſt,generare alterũ,quale ipm̃,pp deſiderium æternitatis.Oia autem/inqt/à fine,ad quẽ maxime tendiẽ,denoĩare par eſt.Quare,quoniã omni uegetatiuæ facultati finis eſt generare alterũ,quale ipm̃:eam,q̃ in oĩbus eſt,generatiuã appellare ęquũ eſt. Nutritiua enim,& auctiua facultas,ut ei ſeruiãt,factæ ſunt.Qm̃.n.fieri non põt,ut aĩata generent,quæ nõ ad definitã,& ſm naturã mẽſurã puenerint:ꝓpterea auctiua opatione,& facultate opus eſt. Sed quia rurſus fieri nõ põt,ut augeanẽ,q̃ nõ nutriunẽ:ideo nutritione opus eſt.Quare,ꝓpter generationẽ quidẽ auctio:ꝓpter auctionẽ autẽ nutritio.ꝓpter generationẽ ergo nutritio.Quare qm̃ à fine oia denominare par eſt:hæc eſt generatiua ab oĩbus appellãda.Nutritiuã aũt cũ auctiua ad idẽ deducit,ꝓpter eã,quã,cũ in dictionis cõtextu fuerimus,cãm dicturi ſumus.Quare neq; de auctiõe ſeorſum uerba facit:ſed coniunctim cũ eo,qđ de nutritione dicit.Vnde neq; auctiuã ſeorſum facultatẽ definit.Qm̃ aũt ipſa animæ uegetatiuæ facultas,eadem eſt,ac nutritiua,& generatiua facultas:defectiue ſm phraſim dicta eſt ſententia.Sic.n.dicere oportebat.Qm̃ aũt eadẽ eſt animę facultas,nutritiua,& generatiua:de generatiuæ autẽ fine dictum eſt:neceſſe eſt & de nutritiuæ oppoſito dicere: nutritiuę aũt facultati oppoſitũ eſt nutrimẽtũ:oportet itaq; primũ de nutrimento dicere.

Hoc enim ab aliis facultatibus opere ſecernitur.

Nutritiua/inqt/anima ab aliis aĩalibus facultatibus ſecerniẽ,quòd nutriat.hoc eſt enim eius ꝓprium.Nutrit autem nutrimẽto.quare de nutrimento primum dicere neceſſe eſt.

Videtur autẽ eſſe nutrimentũ cõtrariorũ cõtrariũ:non quoduis cuiuis,ſed quæ cũq; cõtraria nõ ex ſe ſolum inuicem habent generationem:ſed & auctionem. Multa enim fiunt ex ſe inuicem:ſed non omnia quantitatem ſuſcipiunt, vt ſanum ex laborante.

Varia ſunt,q̃ de nutrimento dicũtur.Alii enim dicunt, ꝙ quatenus nutrimentũ eſt ſimile eorũ, quæ nutriũtur,id auget.eſt autem ſimile ſimilis auctiuũ:nõ cõtrarium: id enim & cõtrarii quoq; corruptiuũ eſt.neq; eſſe põt,ut à cõtrario nutriaẽ,quod nutritur,ſed à ſimili. Alii uero dicũt,ꝙ cõtrarium nutrit,quod nutriẽ.Si enim nutrimẽtum patiẽ ab eo, quod nutritur:& contrariũ in contrarium mutatur:nutrimentũ ergo cõtrarium eſt eorũ,quæ nutriũtur.Hæc ergo ſunt,q̃ de nutrimento dicunẽ:quæ cõtraria eſſe uidẽtur,cum reuera nõ ſint. Vtrũq; enim eorum ad ꝑtem aliquã reſpexit:& ad hanc uera dicit.Nutrimentũ enim eſt potentia qdem ſimile ei quod nutriẽ:actu aũt & operatione cõtrariũ.Panis enim & obſonia,prius q̃ conficiãtur,& concoquãtur,ei ſunt,quod nutritur,contraria:poſtq̃ autem mutata,& alterata fuerint,tunc fiunt ſimilia.Mutatur aũt non ſimile in ſimile:neq; quodlibet in quodlibet: ſed cõtrarium in cõtrarium.Neq; enim albũ in calidum: ſed frigidum in calidũ.Etenim fuſcum,quod in album mutaẽ, non quatenus eſt albi ꝑticeps,mutatur.Quare,ſi nutrimentũ mutaẽ,clarum eſt,ꝙ in cõtrarium mutaẽ. Cum itaq; duplex ſit nutrimentum:hoc quidem incõcoctum:illud uero cõcoctum:incõcoctum qdem ei,quod nutritur,cõtrarium eſt:concoctũ autẽ,& mutatũ,iam ſimile.Cum autẽ dixiſſet,ꝙ uidetur nutrimentũ eſſe nutrimento contrariũ:ſubiunxit,ꝙ non quoduis cõtrarium cuiuis cõtrario eſt nutrimentũ:ſed quęcunq; dum mutanẽ,in contrariũ mutãt,quod mutatur.Multa enim/inquit/cõtraria in ſe inuicem mutantur,ut ſanitas & morbus:album & nigrum:ſed ea nihil quantitati mutãta adiiciunt.Quare non ſunt ſuiipſorũ inuicem nutrimẽtum.neq; album nigro nutriẽ,quãdo mutatur nigrũ in album:neq; ſanitas morbo.Non aũt hoc ſimplr dicit,ꝙ quę in ſe inuicem cõtraria mutanẽ,& quãtitati addũtur,ea à ſe inuicẽ nutriuntur. neq; enim hoc uerũ eſt,ut & ipſe dicit: ſed ꝙ quæ ex cõtrariis nutriunt,ea quãtitati adiiciunt.Quãdo enim ab aĩa mutata fuerint eiuſmodi cõtraria, dico autem quæcũq; ei quãtitati,in quã mutanẽ,adiiciunt,tunc fit nutrimentũ.Simplicia itaq; corpora augentur quidẽ inuicem inter ſe mutata:à ſe autẽ inuicem nõ nutriunt.& quod magis eſt, ne ꝓprie quidem in eis auctio diciẽ,ſed additio:ut in libro de generatione oſtdit.Quòd aũt primũ nutrimẽtũ, & incõcoctum,eſt ei,qđ nutriẽ,cõtrarium,hinc planũ eſt.Si.n.patitur ab eo,qđ nutriẽ,& mutatur in illius ſubam:non qdlibet autẽ à quolibet patitur:neq;.n.qduis à quouis mutaẽ, ſed cõtrariũ in contrariũ:nutrimentũ.ſ.quod patiẽ ab eo,qđ nutritur,ut in illius ſubam mutetur,cõtrariũ eſt ei,

quod nutrit. Certe qm̃ constamus ex frigido, & calido: humido, & sicco. s. in qualitates, q̃ eiusdem sunt ordinis cũ eo, qđ nutritur, nutrimẽtũ quoq; mutabit. Vel ergo, cũ sit calidius, in frigidius per concoctionem mutabit: uel frigidius in calidius: uel siccius in humidius: uel humidius in siccius. Quare ei, q̃ in corpore superabũdat, qualitati cõtrariũ nutrimẽtum afferimus. Si corpus qdem sit siccius, humidius afferẽtes: si calidius aũt, frigidius: & in reliquis silr. Clarum est. n. q materia opus habet nutritiua facultas, q̃ suapte natura apta sit, ut mutet in eius, qđ nutrit, subam. Postquã autẽ iam passum fuerit nutrimentum, & ei, qđ nutritur, assimilatũ, non est amplius ɔtrariũ, sed sile. Ipm aũt ultimũ, & in utraq; deinceps parte assimilatũ, est quoq; aggregãdum, & agglutinandum.

Videntur autem neq; illa eodem modo sibi esse inuicem nutrimentum. Sed igni quidem aqua nutrimentum. Ignis autem aquam non nutrit. In simplicibus itaq; corporibus, hæc esse maxime videntur, hoc quidem nutrimentum: illud vero, quod nutritur,

Postquã dixit ex cõtrariis ea sui esse inuicẽ nutrimentum, quæ non solum ex seinuicem fiunt, sed & seinuicẽ augent: ppterea addidit, q non omnia eiusmodi sui esse inuicẽ nutrimẽtũ dicũtur. & hoc per exẽplũ oñdit, q non qcquid ẽm quãtitatẽ auget, nutrimẽtũ est cõtrario, sed qđ ex cõtrariis formalius est, seu formę magis particeps, auctũ à magis materialis, & cõtrarii in ipm mutatiõe, nutriri dicitur. nõ itidem aũt, &, quod est materialius ab eo, qđ est magis formale. Sic enĩ se habẽt inter se ignis & aqua. His ergo sic inuicẽ mutatis, aqua, inqt, igni est nutrimentũ: ignis aũt aquę nõ itidem. nemo enim dixerit aquã ab igne nutriri. Ignis autẽ nutriri dicitur. Omnes simul tecũ, inqt Poeta, adax ignis uorat. Vnde etiã quæsiuerit quispiã, si, quẽadmodũ aquæ in ignẽ mutatio, generatio solum est, & nõ auctio: sic & ignis in aquã, ut ostẽsum est in libro de generatiõe: cur aq̃ qdem igne non nutriri dicitur: ignis aũt aqua dicitur? Quòd enĩ aqua ignis nutritur, clarũ est. Est enim oleum aqua aliquo modo affecta, & cera, & huiusmodi. & ligna quoq;, & similia, q aliquid humiditatis habeant, materia sic ignis fiunt. Vnde oĩa exiccata ligna, ut quę putrefacta sunt, uel in cinerẽ redacta, ue uri qdem possunt: eo q sint undiq; humiditatis expertia. Dicimus ergo, primũ, q cõsuetudinem secutus est Philosophus. Dicimus enĩ nutrimẽtũ eẽ igni oleũ. hoc aũt nihil est aliud, quã aquam igni nutrimentũ esse dicere. Oleũ enĩ, ut in q̃rto Meteororũ ostẽsum est, est ex aq̃ & aere, quæ ambo sunt humida natura. Præterea in libro de generatione ostẽsum est, quod id, qđ auget, forma est, & nõ materia. Oportet enim, qđ augetur, unũ esse numero. materia aũt, quæ affluit, & effluit, nõ est eadẽ, in eo, quod auget. Forma aũt ipsa magis formalis, ut in elemẽtis, ignis: Aqua autem magis materialis, ut in illis ostẽdit. forma autẽ magis actiua, & icorporea, & cõprehẽsiua: siquidem patitur quidẽ materia: agit autẽ forma. & illa quidẽ diffundi & dispergi põt: à forma aũt continetur, & certis finibus circunscribit. Ea uero in igne quoq; cernunt. est enim & aliis elemẽtis agilior, & subtilior, & magis cõprehensiuus. Ignis enĩ sphæra reliqua elementa cõprehendit. Et, ut semel dicã, in cõtrariis, quod ex cõtrariis melius est, formæ rationẽ obtinet, quatenus dicit, Quare & eam, quæ est ad id, mutationẽ generationẽ dicit. Quod aũt deterius, materiæ. Quare corruptionẽ dicit, quę est ad id, mutationẽ: alioqui &, quod nutrit, nutrimentũ per seipsum cõficiẽs, inseipsum mutat. Hoc ipsum autẽ uidetur ignis quoq; facere, infuso oleo, & lignis subiectis. Mutatio quidẽ certe ignis in aquã nõ sic fit. Per hoc aũt quod dixit, In aliis ergo corporibus, & ut multis uidetur, hoc declarauit. Nutrimẽtũ. n. pprie in corporibus est aĩatis. Hęc aũt sunt cõposita, q̃ & nutriunt.

Dubitationem aũt habet. Aiunt enim nõnulli simile simili nutriri, quẽadmodũ & augeri. Aliis aũt, vt diximus, cõtra videtur, cõtrarium, cõtrario. vtpote cũ simile tale sit, qđ pati non possit: nutrimentũ autẽ mutetur, & cõcoquatur. Mutatio autẽ est oĩbus in oppositũ: vel in id, qđ intercedit.

Postq̃ satis dixit nutrimẽtum esse cõtrariũ cõtrario: nunc dicit, q dubitationem habet tractatus de nutrimẽto. Nõnulli. n dicunt simile à simili nutriri: alii uero cõtrarium à cõtrario. De his autẽ dixit in libro de generatione, nũc quoq; inqt necessariũ est de nutrimẽto loqui ei, qui de nutritiua facultate dicturus est. Postquã aũt dixit, q dubitationẽ habet, eo q alii sili quidẽ nutriri, q̃ nutriũtur, dicunt; alii uero, cõtrario: utriq; opinioni, q̃ eas confirment, paucis addidit, illinc qdẽ iis, qui sili nutriri cẽsent, dicẽs, sicut & augeri. Si. n. eodem nutrimur, & augemur: augemur autem simili: carnis. n. adiectione caro auget: simili quoq; nutrimur: hinc uero iis, qui cõtrario nutriri uolũt, dicẽs, Vtpote cũ simile à simili pati nõ possit. Qđ. n. patitur, à cõtrario patitur, & nutrimẽtum mutare & cõcoquere aliquid pati est. Oĩs. n. mutatio, etiã ea, quæ ex eo, qđ inter cõtraria intercedit, fit, quodã

modo, quatenus ſit, contrarii eſt particeps. & non fit mutatio ex ipſo, & in ipſum. Oppoſitũ autem hic contrarium accipit: & non omne ſimplr̃ oppoſitũ: & apertum eſt ex eo, quod addidit. Et quod intercedit. Inter contraria enim aliquid intercedit: & non ſimplr̃ omnia oppoſita.

Prætereа nutrimentũ aliquid patitur ab eo, quod nutritur: ſed nõ hoc à nutrimẽto. ſicut nec faber à materia: ſed illa ab ipſo. Faber aũt mutatur tantũ ab ocio & ceſſatione ad operationẽ.

Cum dixiſſet, ꝙ nutrire, & nutriri ſit aliquo agente, & patiẽte: utpote cũ pati/inquit/nõ poſſit ſimile à ſimili: per hoc oſtendens, ꝙ agere, & pati oporteat, qđ nutrit, & quod nutriť: deinde dixiſſet nutrimẽtum mutari: nũc oſtendit ꝙ nutrimẽtum quidẽ eſt, qđ patitur, & alterať: actiuũ aũt eſt, & à paſſione alienum, quod nutrit. Si.n. quod nutriť, idem manens ſm formá nutritur: nutrimẽtum autẽ non idẽ manet: ipm̃ eſt ergo, quod mutať. Exemplo aũt uſus, fabro, poſtquá oſtendit, ꝙ ab artifice, & forma materia patiť: ſed non cõtra, à materia artifex: qm̃ uidetur artifex quoq; in eo, quod materiá opereť, mutari: quænam ſit eius mutatio, oſtendit. Ab ocio.n. & ceſſatione/inquit/ad operationem mutať: ſed non ſm paſſionem: neq; enim quicquá patitur, neq; alteratur, oſtẽdens, qđ talis q̃dam eſt nutritiuæ facultatis mutatio in nutriendo, non alteratio, ſed perfectio. Perficiť.n. facultatis operatio. Talis autem mutatio, non motus, ſed perfectiõis potius generatio, ut oſtendit in naturali auſcultatione.

Vtrum autẽ eſt nutrimentũ, quod poſtremũ aggregatur, & adiungitur, vel primũ, intereſt. Si autem vtrũq;: ſed hoc quidẽ incoctum: illud vero concoctum: vtroq; modo cõtingat nutrimentum dicere. Quatenus enim incoctũ eſt, cõtrariũ cõtrario nutritur. Quatenus aũt cõcoctũ, ſimile ſimili. Quare manifeſtũ eſt, ꝙ dicunt quodámodo vtriq; & recte, & non recte.

Quęrit utrũ nutrimẽtum dicere oporteat, id ne, qđ à principio afferimus, panem dico, & reliq: an, quod poſtremũ corpori aggregať, cuiuſmodi eſt, qui ex nutrimento ſanguis mutať, & in partibus fit, & eis aſſimilať. hoc eſt.n. poſtremum. Nutrimẽti.n. aiunt Medici, quod nutrit nutrimẽtum eſt. ex his.n. inuenietur, quod q̃ritur, utrũ ſimili nutrimur: an cõtrario. Si.n. quod primũ affertur, eſt nutrimẽtum: cõtrario nutrimur. Si autem poſtremũ, quod corpori aggregať & unitur, ſimili. Si aũt utraq; nutrimẽtum, quod etiá uidetur, & primũ & ultimũ: & ſimili, & cõtrario. Primum.n. & incõctum, eſt cõtrarium. Secũdum autem, & cõcoctum, ſimile. Quare uterq; eorũ, qui de nutrimento dixerũt, ut ad partem reſpiciẽs, recte qdem dixit: nõ aũt perfecte. Dubitauerit autẽ quiſpiá, quidnam eſt, qđ poſtremũ aggregatur. Si.n. non primũ fit caro, deinde carni aggregatur: hoc.n. eſt additio, nõ auctio: quicqd ante mutationem poſtremũ fuerit, hoc cõtrariũ eſſe neceſſe eſt. Si.n. mutatur: ſolũ ergo cõtrariũ nutrimẽtum. Si aũt poſtremũ dicit, qđ iam eſt aſſimilatũ: non eſt amplius eiuſmodi nutrimẽtum, ſed pars. Et ſoluẽs Philoſophus inquit/ꝙ facta quidem caro eſt ſcđm nutrimẽtum, ſcđm partem aũt, eius, quod ante aggregationem fuit, corporis eſt nutrimentum: illo quidem ut toto conſiderato, dico autem, eo, quod poſt aggregationem pars eſt. De his autẽ exactius in libro de generatione & corruptione dictum eſt.

Quoniá autẽ non nutritur, quod vitę non eſt particeps: animatũ corpus fuerit, quod nutritur, quatenus eſt animatum. Sic & nutrimentũ eſt ad animatum: & non ſecundum accidens.

Quare nõ proprie de igne nutrimẽtum diciť. Tráſit autẽ à nutrimẽto ad operationẽ. ea eſt aũt nutrire. Nutrire.n. eſt eius, quod nutriť. & nutriri quidẽ fuerit, per operationẽ circa nutrimẽtum eius, quod nutritiuá habet facultatem, illius, qđ nutriť, ſeruare ſubſtátiam. Nutrire aũt, circa nutrimẽtum operari nutritiuá facultatẽ. Deinceps ergo ab operatione, q̃nam ſit nutritiua facultas inuenit, & definiet. Si aũt nihil nutritur qđ nõ ſit uitæ particeps/inquit/ab aĩa aũt uiuẽtibus uita: neceſſe eſt aĩatum corpus eſſe, qđ nutriť, ſm hoc ipſum, q̃tenus eſt aĩatum: & nõ ſm accidens: nõ.n. corpori, ꝙ nutriť, eſſe aĩatum accidit: ſed ꝙ eſt aĩatum, ꝑpterea nutriť. Si aũt, qđ nutriť, eſt aĩatum: nutrimentũ quoq; ſm hoc ipm̃ animati fuerit. Quare nõ ꝓprie ignis nutriri diciť. Eorũ.n. quæ ſunt ad aliquid, alia qdem ꝓprie, & ſm ſe ad illud ſunt, ad qđ referũtur: alia aũt per accidẽs. Vt ſeruus dicitur hominis eſſe ſeruus: & domini ſeruus. Sed domini quidem ſecũdum ſe: hominis uero per accidens. accidit enim domino eſſe hominem. Dicatur autem & grámatici eẽ ſeruus, & rhetoris: per accidens, ſcilicet. Nutrimentum autem per ſe ad animatum dicitur.

Est autẽ aliud nutrimentũ,& esse auctiuum.Quatenus enim quantũ quid est id,quod est animatum,auctiuum:quatenus vero hoc quidpiã,& substantia,nutrimentum.Seruat enim substantiã,& eousq; est,donec & nutritur.& generatiõis effectiuũ,nõ eius, qđ nutritur, sed quale, qđ nutrit.iã enim est ipsa substãtia. Nihil autem ipsum seipsum generat: sed seruat.

Hoc quoq; iis est cõueniens,quę de nutrimẽto tractãtur.Hoc aũt in iis quoq; dixit libris,q sunt de generatiõe,q nõ fm idẽ nutrimur,& augemur.Quoniã enim,qđ nutritur,& forma est,& quã tum quid:Similiter autẽ & nutrimentũ nutrit, quod nutritur: nutrimẽti ppium est seruare formam eousq;,dum nutriũtur,quæ nutriunt,& si non augeãtur. Si autẽ quantitatẽ augeat ei,quod nutritur,additũ nutrimentũ:non augetur autẽ semper, quod nutritur: quãdo excretio uel fuerit ęqlis,uel maior ea,q̃ ex nutrimẽto fit,aggregatiõe:ut dixit i libro de generatiõe:& sic qdẽ certe nutrimentum,quod in se est,quãtitati adiicit.Quoniã ergo idẽ nutrimentũ & nutrit,& auget: Si enĩ idem est potentia,quod id,qđ nutritur:nutrit,& seruat formã eius, qđ nutritur: Si aũt quantitate præditum est:ea quoq; rõne auget:clarũ est,q,quæ circa nutrimentũ operatur,facultas,idq; cõcoquit,& mutat,& corpori adglutinat,una,& eadẽ fuerit nutritiua,& auctiua.Quãdo enĩ sic habet, quod nutrit, ut & esse possit,& eius quãtitati adiicere:non solũ nutrit,sed & auget. Quãdo uero non potest,quod nutritur,eo q id,quod nutritur,tpe defessum sit & exhaustũ,nõ amplius quoq; auget.Cum enĩ partes sicciores seipsis euaserint,nõ suapte natura amplius extẽdi possunt,ut quãtitati adiiciant. Vnde & infantiũ,ac puerorũ uelox admodũ fit incrementũ.& cũ in totis sæpe duobus,aut tribus annis duorũ,aut triũ cubitorũ additionem ceperint, in aliis plurimis minimã adiectionem accipiunt:cum iã deinceps partes ad siccius mutent,nec extendi possint, & quãtitati adiicere. Nam nutritiua facultas,quantũ qdem in se est,quãtitati semp adderet. Et alioqui,cũ deinceps magna facta sit effluxio, eo q ad diminutionẽ tẽdat animal,nõ sufficit nutritiua facultas ad reficiẽdũ quod defecit,& ei qđ à principio fuit,adiiciendũ.Quoniã ergo nutritiua facultas eadẽ est cũ auctiua:merito de nutritiua,& generatiua sola meminit,eadẽ,ut dixi,existimãs cum nutritiua auctiuam.Et generationis effectiuũ,nõ eius,quod nutritur,sed qle quod nutritur.Postquã dixit,q nutrimentum fm aliud & aliud nutrit,& auget, dicit generatiõis quoq; effectiuũ esse nutrimentũ:si qdẽ semẽ est excrementũ ultimi nutrimẽti,ut ostẽdet in libris de generatiõe animaliũ:certe ad qualitatem & quantitatẽ nutrimenti, rerũ uenerearũ magis uel minus motus fit. Non,est aũt eius, qđ nutritur,generatiõis effectiuũ nutrimentũ:nihil enĩ ipsum seipsum generat:iã est enim eius substãtia:sed quale ipm quod nutritur.Omnia enim, quæ generãt,ut plurimũ,& secũdum naturã, sibi ipsis similia generant. Aeternitatem enim desiderantia, sic eam ut superius dictum est, assequuntur,q alia,qualia ipsa,generent.

*Quare eiusmodi quidẽ animæ principiũ,facultas est quæ seruare potest,quod eam habet,quatenus tale.*Nutrimentum *autẽ ad operandum præparat.& ideo,quod nutrimẽto priuatũ est,esse non potest.Quoniã aũt tria sunt:qđ nutritur:quo nutritur:& qđ nutrit:Quod nutrit qdẽ prima est anima:quod nutritur autẽ,quod eam habet corpus.Quo nutritur vero,nutrimentum.*

Postquam dixit,q nutrimentũ est eius,quod nutrit,seruatiuũ,quatenus est nutrimẽtũ:ex hoc nutritiuam quoq; inuenit animã,& eam definit, q ea est facultas, quæ seruare põt,quod eam habet,quatenus tale.Illud aũt, Quatenus tale,pro eo,qđ est, secũdum hãc ipsam formã, id est in eadẽ forma seruans,quod nutritur.Et ipse qdẽ nutritiuæ solius facultatis definitionẽ tradidit. Ex hac autem etiã tradi potest auctiuæ & generatiuæ facultatis definitio.Est enĩ auctiua facultas animæ, quæ ad perfectã formam ducit,quod eã habet:ad quã cum peruenerit,potest oẽs naturales operationes perficere.Generatiua aũt est facultas animæ,quæ pparare potest id qđ eam habet,ad faciendum alterum,quale ipsum,fm desiderium eius,quæ est in primo, æternitatis. Nutrimentũ autẽ inquit,pparat nutritiuæ facultati talẽ operationẽ.Nisi enim sit nutrimentũ, non operaf nutritiua facultas. Est aũt nutrimentũ operationis pparatiuũ nutritiuę facultatis,per quã seruaf,quod eam habet.Et ideo quod nutrimẽto priuatũ est,fieri nõ potest,ut sit animatũ.id enĩ est quod nutritur. Quoniã autem est quod nutritur,& quo nutrif,& quod nutrit:quoniã de nutrimẽto dixit:uult, quæ ab eo denominantur,definire,& dicere qd est eorũ unũquodq;. Est enĩ aliquid quod nutrit, & quod nutrif,& quo nutrit.Quod nutrit aũt est prima animę facultas,quæ est nutritiua:sępe au

tem dictum est, cur prima. Quod nutritur autem, animatum corpus, quatenus hanc habet facultatem. Quo autem nutritur, nutrimentum.

Quoniam autem à fine omnia par est appellare: finis autem est generare, quale ipsum: fuerit prima anima, id quod est generatiuum, quale ipsum.

Sicut enim ab intelligendo intellectus appellatur: & à sentiendo sensus: nutritiuæ autem facultatis, quam primam uocat, ut inferius primam, finis est generare, quale ipsum: eorum enim, quæ nutriuntur, quæ perfecta sunt, & non manca, generant: ergo eam etiam à fine denominare par est, dico autem generatiuam: quia generare ei finis est.

Est autem, quo nutritur duplex, sicut, quo gubernat, manus, & clauus.

Postquã dixit qdnam est illud, quo nutrit̃, quod nũc additur ĩstrumẽtariũ est/quo/tanquã per instrumẽtum, nutrit̃. Hoc ergo instrumentũ duplex est, ĩquit, hoc qdem quod mouet, & mouet̃; illud uero, quod solũ mouetur, nõ itidem etiã mouet. Innatum enim calidũ, quo qdem nutrit aĩa, tanquã per instrumẽtum, & mouet, & mouetur. A nutritiua qdem facultate mouet̃: reliquas autẽ partes mouet, ut dentes, uenas, uentrẽ, & alia, p quæ nutritio: q̃ quidem solũ mouentur: nõ ita aũt & mouẽt alia, qa ut instrumentũ: sed nutrimentũ. Ostendit aũt duplicem rõnem eius, quo nutrit, tanquã per instr̃tum, gubernatoris appositione. manus enim est, quod mouet, & mouet̃. mouetur enim ab aĩa: mouet autem clauũ. clauus autem solũ mouet̃. non enim ipse aliud mouet instrumẽtum. sed mare/uel nauẽ, sicut illa nutrimentũ. Alii aũt nutrimentũ dicunt, qđ mouet quidẽ, & mouetur à calido. mouere autem, q̃tenus nutrit. Melius autẽ est id, qđ mouet, & mouet̃, calidum accipere, quod ab aĩa quidem mouet̃: mouet autẽ nutrimentũ: nutrimentũ autem, qđ solum mouet̃. Non enim mouet, quod nutrit in eo, qđ nutrit, ut ostensum est. Dicit autẽ Alexãder aliã quoq; expõnem. id enim, quo nutrit, duplex, nõ de nutrimento accipiendũ nunc dicit: sed duplex eẽ, nutritiuam. s. facultatẽ, & innatum calidũ. Quorũ illud qdem est ĩmobile, nutritiua, scilicet, facultas: ipsa enim, cum nõ moueat̃, mouet. ĩnatum aũt calidum, quod mouet̃, & mouet. mouet enim nutrimẽtum. mouetur aũt à facultate. Hæc autem expositio cõuenerit lecturæ, q̃ sic fertur. Hoc qdem, qđ mouet, & mouet̃: illud uero, quod solũ mouet, uidelicet, cum ipm non moueat̃. & huic qdem lecturæ gubernatoris exẽplum ad hunc modũ adaptaueris. Clauus quidẽ, q mouet, & mouet̃, mouet qdem mare, uel nauẽ: mouet̃ aũt à manu. manus autẽ, quod solum mouet: mouet enim clauũ, sed ipsa ab alio nõ mouet̃. Continẽtium. n. partes nõ mouentur p se: qm̃ neq; in loco per se, ut ostẽsum est in Physica: cõtinens aũt est manus gubernatoris. & aliter, q clauus qdem ab aliquo, quod est extra, mouet̃, nempe à manu: manus autẽ nihil habet, quod ad eam extra moueat. Si ergo scriptura habet, illud uero solum mouens, ultima interp̃tatio conueniet.

Hoc *quidẽ quod mouet, & mouetur: illud vero, quod solum mouet, omne autẽ nutrimentũ necesse est facultate concoqui: concoctionem autem operatur calidum: & ideo omne animatum babet caliditatem.* **Typice** *ergo, quidnam est nutrimentum, dictum est. postea autem de eo clare dicendum est in libris conuenientibus.*

Postquã dixit, q duplex est aiæ nutrire: esse, p̃ter dictũ nutrimẽtum/aliud/per qđ fit duplex id, quo nutrit, nunc dicit: Innatũ enim/inquit/calidũ. deinde & quomõ nutrit, subiunxit. Oportet. n. inquit, nutrimẽtum cõcoqui. Quod autẽ cõcoctionem opatur, est calidũ. quare hac ratiõe nutrit. Si autem oẽ aĩatum nutritur: nutrimentũ autem à calido cõcoquitur: necesse est ergo oẽ animatũ habere caliditatẽ. Typice ergo, qd est, dictũ est. Postea autẽ de eo clare dicendũ est in cõuenientibus libris: q dupl̃r est nutrimentũ, contrariũ enim, & simile: & q eorum, q̃ augere possunt, cõtrarium; & q concoquit̃, & mutat̃, & q scđm aliud nutrit, & secũdum aliud auget: & quod q̃tenus nutrit, seruat quod nutritur: & q generationis quoq; ipm est principiũ, non eius quod nutrit̃, sed quale, quod nutrit̃: & quæcũq; alia dicta sunt. postea autẽ de eo clare dicendũ est in cõuenientibus libris. De nutrimẽto quidẽ aliquo modo dixit in libris de generatione. dicet autẽ postea & in tractatu de generatione animalium, in quem differt. in quo etiam de semine dicet, q & ipsum est nutrimenti. Excrementum enim, inquit, nutrimenti est semen. Quare ad seminis generationem alia quidem nutrimenta sunt apta: alia uero contra.

Hisautem

His autem definitis, dicamus communiter de omni sensu.

Postquã dixit de aĩa, de plantali dico seu uegetatiua: q̃ est facultas aĩæ conseruatrix eius, qđ eam habet, per ꝓpriam operationẽ, quæ fit p̃sentia alimẽti: & per hoc oñdit, q̃ est entelechia seu pfectio illarum habentis corporis, & ab ea inseparabilis: transit ad sensitiuę aię definitionẽ. Et quẽadmodum prius in anima simplr̃ cõem de omni anima definitionẽ tradidit: sic & hic prius cõiter de oĩ sensu differit. deinde de unoquoq; seorsum. Tradit aũt cõem sensitiuæ animæ rõnem. Sensum enim esse dicit facultatem aĩæ, qua per alterationẽ sensilibus assimilaẽ. hac rõne sensitiuã quoq; aĩam dicet. Quæcũq; ergo ad sensum in uniuersum definiendũ ei sunt utilia, ea prius distinguit. Primũ autẽ eo utetur, q̃ & sensus patiaẽ, & altereẽ. Differet ãt & de eo quod est potẽtia, & de eo qđ est actu. & nõnullas mouebit dubitationes, & de eo qđ facit, & de eo qđ patiẽ, & de sensu: & eas etiã soluet.

Sensus autem in eo, quod est moueri, & pati, accidit, quemadmodum dictum est. Videtur enim esse quædam alteratio.

Primum q̃ sensus in sensiliũ apꝑhensione taliter uel taliter affectus alterari uideẽ. Si autẽ alteratur, & patiẽ. passio enim, alteratio. Si autẽ patitur, & moueẽ. non hæc autẽ dicit, perinde ac si sit ipse in ea sententia, q̃ sensus altereñẽ, & patiãtur. Addidit itaq; illud, videtur. Ostendet enim ꝓcedens, quomõ unũquodq; eorum in aĩa dicitur, q̃ non ꝓprie neq; alterari, neq; pati sensus diciẽ. Hoc aũt ut dictum est, dicit, quia paulo ante eum oñderet, q̃ anima etiã, ut unde incipit motus aĩaliũm, cã est, oñdit q̃ non solũ auctionis, & s̃m locũ motus, sed & alterationis cã est, argumentatus, q̃ sensus sit alteratio. Sensus ergo alteratio. alteratio motus. Sensus ergo in eo est, qđ alteraẽ & mouetur.

Dicunt autem aliqui & simile à simili pati. hoc aũt quomodo fieri possit, vel nõ possit, diximus quidem etiam in ijs, quæ in vniuersum dicta sunt de faciendo, & patiendo.

Quoniam autem sensum eẽ accidit in eo q̃ moueẽ & patitur: in his uniuersalẽ dubitationẽ ꝓponit, quomõ patitur id, quod patiẽ, ab eo, qđ agit. Vtrum simile à simili patiẽ, uel cõtrarium à cõtrario. Vtrũq; enim aliqua rõne niti uideñẽ. neq; enim, quod oĩno aliud est, ab eo patiatur, ut nulla in re cõmunicãs. neq; enim albedo à dulcedine patiaẽ. nihil est enim eis cõe, neq; calor ab albedine. Neq; uero simile à simili patiaẽ. Albedo enim ad similẽ albedinẽ nihil egerit: neq; enim quodlibet agit in quodlibet, sed contrariũ in cõtrariũ. Albedo enim à cõtraria nigredine patieẽ. & frigiditas à caliditate, & cõtra. Videbitur ergo eẽ quoq; rationi cõsentaneum, ut à cõtrario cõtrariũ patiaẽ, & simile à simili. Hac ergo dubitatiõe soluta, dixit & quomõ sensus à sensilibus patitur: cum partim quidem sit similis, partim aũt dissimilis. Quia potẽtia qdẽ est similis iis, q̃ s̃m actũ sunt, sensilibus: siquidẽ ab eis patiẽ: qđ aũt patiẽ: à sic simili patiẽ: dico aũt, qđ est potẽtia simile, actu uero dissimile, & cõtrariũ, ut ostendet. Hãc aũt dubitationẽ soluit ẽt in libris de generatione, & corruptione. cũ enim tractatũ significauit, cũ dixit, Diximus in iis, quæ in uniuersum dicta sunt. non subiũxit autẽ redditiue, qđ & nunc quoq; diceẽ. Alexãder quidẽ certe dicit haberi eiusmodi quoq; lecturã. Dicẽdum aũt & nunc. Si aũt non hoc adscriptum est, nihilominus hoc ip̃m subaudiendũ est. ipsum. n. prætermisit, ut quod sit in cõfesso. Dicet autẽ de hoc ipso in iis, quæ deinceps sequuntur.

Habet autem dubitationem, cur non ipsorum quoq; sensum sensus fit: & cur sine ijs, quæ extra sunt, sensus non agunt.

Postq̃ in uniuersum dubitauit, utrũ, quod patiẽ, à simili patiẽ, an à dissimili: priusq̃ hãc dubitationem solueret, aliã dubitationẽ adiũgit: & per secũdæ solõnẽ, priorẽ quoq; dissoluit. est. n. hoc in more positũ Aristoteli. Quæ est ergo dubitatio? Si sensus, inqt, est sensiliũ apꝑhẽsiuus: sensilia aũt sunt & sensoria, per q̃ sentimus: cur nõ ea quoq; apꝑhẽdit sensus, etiã si nihil adsit exterius? ut, cur oculus seip̃m non uidet, & si sit cõpositus ex iis, q̃ sunt uisibilia, dico aũt elemẽtis? Hãc aũt dubitationẽ mouit, q̃ alioqui cõuenit iis, q̃ de sensu tractanẽ: nũc autẽ, quia eius solõ cõstituit, q̃ sensus in patiendo, & alterãdo accidũt. Quæ est ergo dubitationis solõ? Ait ergo: q̃ sensus potentia solũ est, qđ est. Quodcũq; aũt est potentia, in actũ ꝓduciẽ ab aliquo, qđ actu est. Ergo & sensus, qui est potentia, in actũ à sensili ꝓducitur: Sensili aũt, qđ est exterius. Quicqd aũt est potẽtia, qđ in actũ ꝓducitur, à simili ꝓduciẽ, qđ iam actu est. Durũ. n. à frigido fit p accidẽs. Ei enĩ, qđ est eẽ frigidũ, durũ fuit oñs, ut in glaciẽ. Sensus ergo, q est potẽtia, à sili ꝓduciẽ in actũ, qđ iã entelechia & pfectiõe est.

Quare & sensus potẽtia est, qđ sensile. Qũo aũt hoc dicit, hoc in p̃cessu articulatim exponet. & si à sensili in actũ p̃ducit: sensile aũt est & sensoriũ, in quo sensus: cur nõ ab eo quoq; in actũ p̃ducit? alioqui si nõ potest sensus p̃prium sensoriũ apprehendere, cũ sit sensile: cur, quæ in eo modũ excedunt, app̃hẽdit? eum enĩ, qui est f̃m naturá calorem, qui est in uniuerso corpore, sensitiua facultas non apprehendit. Postquá auté calor nimius in nobis fuerit, & cõmoderationẽ exuperauerit. ut in febribus: tunc eum sentit. Et uisus similiter oculũ quidẽ secundũ naturam habentẽ non apprehendit: ut qualis sit humorũ, uel tunicarũ color. Postquá auté ei præter naturá aliquid acciderit, ut in iis qui albugine laborát, eius, quæ est in oculo, albuginis sensum habet: & ideo oĩa alba esse existimant. Similiter & si quis alius humor crystallino incubuerit, & colorẽ, & eius figurá apprehendit. Vnde & in suffusionũ principiis, prius q̃ perfecte ĩpedita fuerit operatio obducta pupilla, in omnibus uidere uidentur culices, & eiusmodi. Dicimus ergo ad hanc dubitationẽ, dico auté, cur nõ sentit sensus p̃prium sensoriũ, cum sit ipsum quoq; sensile. dicimus, inquá, q̃ nõ eo modo sensilia sensus app̃hẽdit, quo intellš ĩtelligibilia. Intellus. n. qđ cognosci põt, ambiẽs, & cõp̃hẽdens, suę est operationis dominus, & à nullo impedit, quádo uult p̃priam applicare operationẽ, in seipso, ut dixi, habens intelligibilia. Ipse enim in seip̃m cõuersus omnia uidet. Sensus auté, quod cognosci põt, extra habet, & ideo non aliter cognoscit, q̃ ad id, quod est extra, extẽsus. Id auté eo fit, quoniá nõ separabiles habet operatiões. neq; enim ipse in seipsum cõuerti potest, ut qui in subiecto esse habeat p̃prio sensorio, & cum eo sensilia apprehẽdat. Iure ergo non põt sensus p̃prium sensoriũ apprehẽdere. Si enim cum eo sensilia attingat: eo q̃ in ipso esse habet, & sensilia attingit, sic ea app̃hendit. Si aũt proprium sensoriũ apprehenderet: ip̃m utiq; tangẽs, apprehenderet. Tangere auté sine ipso nõ potest. Ipsum ergo sensoriũ seipsum tangere necesse esset, & ip̃m ad seipsum cõuertere. Sed fieri nõ potest, ut quod sit corpus, ipsum seip̃m tangat: neq; ergo sensoriũ, cum sit corpus, ip̃m seipsum tanget. Si auté non tetigerit, nec sensitiua, quæ in eo est facultas, ip̃m apprehendet. Sic eni sensiliũ fit app̃hensio, scundũ sensorii quidẽ attactũ ad sensile, iudiciũ auté, & app̃hensionẽ eius quę in se est, sensitiuę facultatis. Hęc ergo una causa est. Secũda auté, quòd opus habet interiecto aëre: & ideo, cum lema est in oculo, non app̃hendimus: neq; eo, qui interiectus est, aëre quomodocũq; se habente, sed illuminato. Quare sensus fuerit potentia, quod sensile. Sensile autem, quòd aliquid agit in sensum, ad propriam operationem deducit. Quod autem agit, in id, quod patitur, agit. Quicquid autem patitur, mouet: sensus ergo à sensilibus patitur, & mouetur. Si autem sensus quidem est potentia: actu auté, quod sensile: eorum aũt hoc qdem agit: illud uero patitur. Quod ergo patit, simile quidem est potẽtia ei quod agit: actu dissimile. Soluta est ergo & prima dubitatio per secũdam. Si auté sensitiuum, quod est potentia, patit à sensili, & fit actu sensitiuũ: patitur aũt, quod patit, à dissimili. nihil auté est ip̃m sibiipsi dissimile: nihil ergo ipsum à seipso patitur. Merito ergo, qđ est sensitiuũ, seipsum nõ app̃hendit: q̃m neq; ipsum à seipso patit, dico auté utrũq; simul, sensitiuá facultatẽ cũ sensorio. Et est hęc tertia, & maxime p̃pria causa, q̃ sensus p̃pria sensoria nõ app̃hendunt. Vtriusq; enim simul est app̃hensio, q̃ si hoc est, q̃ à sensilibus patitur: alterũ ergo, quod agit, necessario esse, debet. Quid uero? an nõ ipsi sentimus nos ipsos calidius, uel frigidius affectos, uel eiusmodi aliqđ à mala tẽperatura eorum q̃ sunt in nobis, eĩntorum? Et, quando humor crystallinus casu, uel affectu aliquo fuerit coloratus: eodem colore putamus, & aërem, & alia uisibilia esse colorata. Ad hoc autem pulcherrime dicunt etiá Medici, q̃ nobis febricitãtibus: uel in morbis refrigeratis, sentimus non ipsos neruos sensitiuos, uel carnes calefactas, sed sanguinis & spiritus humores. Quoniá ergo sensitiua facultas est primo in carnibus, & neruis: merito cum humores male tẽperati fuerint, spiritus, inquá, & sanguis, & sensitiuis partibus appositi fuerint, eos tactu app̃hendimus. quẽadmodũ aërem calefactũ, uel frigefactũ tactu per appositionẽ app̃hẽdimus. Quòd si febris ipsa etiá solida attigerit: q̃m non æq̃liter calescũt, sed inæq̃liter: sunt oĩno q̃dam partes, quæ f̃m naturá hñt, ut ea apprehendát q̃ sunt affecta p̃ter naturá. Neq;. u. fieri põt, ut sit æq̃lis mala temperatura: tunc. n. ad exitium, & corruptionẽ deinceps tẽdit aĩal. Hæc est ergo ɔsensus causa, & q̃ hoc uerũ, qui ethica, idest in habitum deducta, febre laborát, hoc aũt est, qui in ipsis solidis febricitát, si æq̃lis in iis fuerit mala tẽperatura per uniuersa solida, nullũ cõsensum accipiũt eius, q̃ in eis est, caliditatis, eo q̃ æq̃lis fit caliditas per uniuersas p̃tes: & nõ sit hoc qdem qđ agit, illud uero, qđ patit. Quẽadmodũ ergo neq;, qui à natura ad calidius tẽperati sunt, hoc ip̃m cõsensu pcipiunt, q̃ æq̃lis fit per uniuersum caliditas, idq; etiá alioqui p̃pter cõsuetudinẽ: ná cum ii, qui sunt in uẽtre & aliis cõcauitatibus, humores f̃m naturá cõmoderationẽ hñt, nõ sentimus: quádo aũt p̃ter naturá plus uel minus p̃cesserint: tũc eorũ cõsensum accipimus: qđ f̃m naturá quidẽ habet aĩal, & uoluptate, & dolore priuatũ est. Quã

do autem

do aũt ad id,qđ eſt ſm naturã,ducit̃,eius qdem ipſius ſenſum hñs,lætat̃:ad id uero,qđ eſt ꝑter naturã,dolore afficit̃.De humore aũt,qui in oculo conſiſtit,quo ipſum uidemus,& quo ſenſorio ſm naturã hñte eũ non apphendimus,ꝑter naturã aũt habẽte apphẽdimus,nõdũ eſt per iã dicta ſolutũ.Qđ iam.n.dictũ eſt,ſoli tactiuo ſenſui conuenit.Atqui & guſtus,cũ ſm naturã habet guſtatiuũ ſenſorium,non apphendit ſuccum,qui ineſt humiditati,quæ eſt in ſenſorio.Cũ aũt ꝑter naturam habet,apprehendit,ſicut in morbis,uerbi gratia,amaritudinem,uel ſalſedinem,uel eiuſmodi.

Cum inſit ignis & terra,& alia elementa,quorũ eſt ſenſus per ſe,vel ea quę illis accidũt.

Elemẽta.n.habent q̃litates:has qdem ſubſtãtiales,& eorũ cõpletiuas:illa uero p accidẽs. Subaliũm itaq; elẽtorũ qualitatũ apphẽſiuus eſt tactus:ut caliditatis,frigiditatis,humiditatis,ſiccitatis. Hæ ſunt.n.qualitates,q̃ illis formã tribuũt.Earũ aũt,q̃ per accidẽs illis inſunt,ut colorum,ſonorũ,odorũ,& aliarũ,alii ſunt ſenſus apphenſiui.Illud aũt,Per ſe,uel quæ eis accidunt. Græcę καθ' αὑτά, ἢ τὰ συμβεβηκότα αὐτοῖς, pro eo qđ eſt, καθ' αὑτῶν, ἢ τῶν συμβεβηκότων τούτοις, id eſt,de ſe & iis,quæ illis accidunt,recto uſus pro genitiuo.Frequens autem eſt huiuſmodi uſus.Iiq; duo ſcopuli, hic ad cœlũ peruenit uſq;,pro eo quod eſt,horum duorum ſcopulorum.

Eſt ergo manifeſtum,ꝙ ſenſitiuũ quidem nõ eſt actu, ſed potentia tantũ:& ideo nõ ſentit:ſicut quod comburi poteſt, non vritur ipſum per ſe,ſine combuſtiuo. ſeipſum enim vreret: neq; opus haberet igne,qui ſit perfectione,& actu.

Hinc eſt dubitationis ſolutio.Qm̃.n.inquit,potẽtia ſenſus eſt,& nõ actu:nõ apphendet, niſi adſit actiuum,& ad operationem deductiuum.Sicut neq; quod comburi poteſt,niſi adſit ignis,ipſm ſeipſum urit,ſicut lignum,uel oleum.Cõuenientiam ergo,& proportionem habet ſenſitiuum cũ igne:cum eo autem,quod comburi poteſt,ſenſitiua facultas.

Quoniã autem ſentire duobus modis dicimus.Nam & id,qđ potentia audit,& videt,audire,& videre dicimus,& ſi forte dormiat:& id,qđ agit,& operatur: Duobus etiã modis dicatur ſenſus:ille quidẽ vt potẽtia:hic vero,vt actu.Similiter & ſentire,&,qđ potentia eſt,&,qđ actu.

Quoniam potentia ſenſum eſſe dixit,niſi adſint ſenſilia:actu autẽ fieri,ſi adſint:hoc ipſum uult probare.Sicut enim,inquit,qđ ſentit duplex eſt:illud qdem ſcđm habitũ:ſicut dicimus ſenſitiuum eſſe dormientẽ hoiem:hoc uero ſcđm actum,ut uigilantẽ,& iam ſcđm ſenſus operantẽ: ſic,iquit,& ſenſitiua facultas,& eius operatio.Ipſum autẽ,ſentire dico,duobus modis dicit̃,illud quidem potẽtia:dico autem,quod habet habitũ,non autem operatur:hoc uero,quod iam operatur. Hoc ergo primum ſentire,pro eo,qđ ſentit,accepit:hoc eſt ipſum compoſitũ.Illud uero,duobus etiam modis dicatur ſenſus,hoc eſt,ſenſitiua facultas.Illud autem Similiter & ſentire,ipſa operatio.Vnde illud,quoniam ſentire,pro eo quod eſt,id quod ſentit,dixit.

Primum ergo,tanquã idem ſit pati,& moueri,& agere,dicimus.Et motus enim eſt quidã actus, ſed imperfectus: ſicut in aliis dictum eſt. Omnia autem patiuntur, & mouentur ab actiuo, & eo quod eſt actu. Eſt ergo &, quod à ſimili patitur: eſt &, quod à diſsimili: ſicut diximus. Patitur enim,quod eſt diſsimile.Paſſum autem ſimile eſt.

Poſtquã dixit,& obiter dubitauit, cur nõ ſeipſos quoq; ſenſus ſentiũt:& huius rõnem tradidit,ꝙ non adeſt actiuũ:tranſit ad oñdendum,quomõ,quod patit̃,partim qdem,ut à ſimili, patit̃:partim,ut à diſſimili.potentia qdem ſcđæ dubitationis ſolo hoc quoq; ſoluerit,ut oñdimus.Hic autẽ & hoc quoq; ſeorſum oñdit.Quoniã ergo id,qđ hic dicitur,dictionis cõtextui cõſequẽs eſſe dicũt, Et ſimile pati à ſimili.id autẽ quomõ fieri poſſit, uel nõ poſſit, in iis etiam q̃ de faciẽdo uel patiẽdo in uniuerſum dicta ſunt,dictũ eſt.Quibus ſi addiderimus:Nunc autẽ dicendũ eſt,in ordine fuerit conſequẽter,quod dicit̃.Primũ ergo perinde ac idem ſit pati,& agere,& moueri dicimus. Quoniã autem dixit,ꝙ ſenſus in eo,qđ eſt moueri, uel pati,accidit:& de patiendo oĩno dubitauit, à quo,& quomõ ſit.Vtrum à ſimili,ut qbuſdam uidet̃ uel à diſſimili,ut aliis: hoc aũt non recte dici uidet̃, ſenſum pati,& alterari ſimplr̃:nõ enim agere,& ab alio moueri,& pati eſt ſentire,ut deinceps oſtẽdet:nunc dicit.Dicimus,perinde ac idẽ ſit dicere, ſenſus pati & ſenſus moueri,uel agere;donec di-

stinxerimus, ꝙ non idē sit sensus agere, qđ mouere, & pati. Est enim motus actus quidā. Actus q̃dem motu est uniuersalior. Motus autē quā pati. Quicqd enim patitur, & mouet̃. Quicquid autē mouetur, agit. nō ita etiam qđ agit, & mouetur. Actus enim, seu operatio, est, ut ipse in physica definit, coaceruata ab habitu ꝓductio. Motus autē est imperfecta actio. Hac ratione idē esse uidebit̃ motus, & actio siue operatio. Quatenus aūt actus, seu operatio, nō est ab impfecto ad perfectū progressio: hac rōne nō idem fuerit motus, quod operatio. Quēadmodum enim dispositio dicitur & cōius de habitu. Dicitur, & ut ab habitu distinguat̃, & discernat̃, specialius. Sic & actio dicit̃ cōius etiā de omni motu: dicit̃ & prout à motu distinguit̃: eo ꝙ motus est à primo potētia, ad sm̄ ꝓgressus alicuius eorum, q̃ sunt circa subām, ipsa seruata substātia. Actio aūt est pfecta habitus ꝓductio, nulla in re habitu magis alterato, & est reuera pfecta actio coaceruatus habitus ꝓcessus, qui non cū motu tēporis unà concurrit: sed sm̄ uniursam sui partē æq̃liter habet: qualis est luminis ꝓcessus. Cum primū.n. illuminatiuū apparuerit, coaceruatim qcqd aptū est, simul repēte illuminat̃, non cōcurrente luminis opatione unà cum tpis motu, sed in omni sui parte silr̃ habēte. Talis est & sensus actio. Cū primū.n. aspeximus, sine tempore sensilia apphendimus. Vnde neq; sensus ait moueri, sed agere. Hoc ergo ꝓprie est actio, seu opatio. Quare & de diuinis dixit ꝙ sine potētia sunt actus, seu operationes. Motus autē, sicut disciplina, q̃ est habitus mutatio sm̄ partē ad pfectū ab iperfecto. Inter hæc aūt sunt cogitatiui motus, seu actus: & si quid est his silē: qui qdē neq; ꝓprie motus sunt. Neq;.n. mutatio est habitus, uel ulla ex parte actio, neq;.n. silr̃ hn̄t in omni parte tpis: neq; coaceruatus eorū est ab habitu ꝓgressus: sed alia ante aliā ꝓpositio, & extremū cōclusio. Neq; ergo simpliciter motus tale quid, neq; simplr̃ actio: nisi actionē ꝓprie quis diuiserit in coaceruatā, & idiuisibilē, & in diuisibilē. Vnde & prius cogitationē quoq; utriusq; simul motū esse dicebat. Sed & cogitatio sm̄ unūquēq; terminū coaceruatā habet applicationē, & est unūqdq;, ut qđ cognosci possit, accipere, qđ in motu, naturali dico, nō cōtingit. Et si.n. sit coaceruatū unūquodq; eorū, q̃ prius tradita sunt: sed nō oīno finē quoq; naturalē talē esse cōtingit, sicut in iis, q̃ sm̄ locū mouent̃, id qđ intercedit, neq; enī grauiū, neq; leuiū naturalis hic finis. Huius ergo actio est quodāmō & cogitatio. Sicut ergo amplior est actio motu, sic motus passione. Qđ.n. patit̃, & mouet̃ quodāmō. nō.n. sine motu passio est. Qđ autē mouet̃, nō oīno & patit̃. nō.n. passio est & sm̄ locū motus. Pati.n. ad agēdum habito respectu dicit̃. Agere aūt est sm̄ qualitatē mutare. ex qualitate.n. agere. & agere ergo est sm̄ qualitatē moueri, & mutari. Quare si motus quidē est in tribus ꝑdicamētis/quātitate/q̃litate/ubi/pati aūt solū in quātitate: in plus ergo motus extenditur, q̃ passio: actio aūt, quā motus. Aliq̃ etiā rōne eadē sunt, eo ꝙ q̃dam est actio motus: qdā aūt motus passio. Nō ut genus autem actio de motu ꝑdicat̃: neq; motus de passione: sed ut uox æquiuoca. Eorū aūt paulo post, ut dixi, differentiā ostēdet. Nūc aūt, perinde ac eadē sint, dicit quodāmō, & à quo mouet̃, & patit̃, qđ patit̃. His aūt oīno, ut eisdē, usus est, & ꝙ aliqua rōne eadē sint, ut diximus, & ipse cōsuetudinem sequens, his, ut eisdē, usus est. Itaq; & superius, ubi dicebat aiam esse cām, ut unde principiū motus, dicebat eam eē alterationis cām: esse.n. cām sensus: eū aūt esse alterationē: alteratio aūt passio. Tāq̃ ergo in sensu eadem sint agere, & mouere, & pati, de patiendo, q̄uo fiat, dicit. Qđ.n. patit̃/inq̄t/ab agēte patit̃. Ad se enim inuicē referunt̃ agere & pati. In Physica aūt ostēsum est, ꝙ id, qđ alicuius actu actiuū est, agit in id, qđ patit̃, qđ potentia est id, qđ agit. Si aūt, qđ patitur, cū nōdū actu sit sed potentia, hoc fit ab actiuo, qđ ipm̄ actu tale est: sm̄ aliqd quidē à simili patiet̃: potentia.n. agenti simile est patiens: sm̄ aliquid aūt à dissimili. Est.n. actu dissimile. Potētia.n. aliquid esse, & actu, dissimile. Postq̃ autē passum fuerit, est silē. Finis.n. huic quidē est agere. Patiēti aūt, ut assimilet̃, qđ patit̃, agenti, eousq;.n. calefaciens calefacit, qđ potentia qdem est calidū, actu uero frigidū, donec ac ipm̄ est calidū simlr̃ fecerit. Postq̃ autē simile fuerit, ab eo nō amplius patit̃. Nihil.n, à simili patit̃. Si.n. lucernę lumē à lāpade patitur: ab ea enim extinguitur: sed tamen ut à dissimili patitur. Tāquā enim defectus ab excessu patitur. Si enim duæ lampades eiusdem potestatis fuerint: à se nihil inuicem patientur.

Distinguendum autem & de potentia, & de entelechia, seu perfectione & actu.

Diuisionē facturus patiendi & agēdi, & eorū differentiā ostēsurus, dixit.n. Nunc interea perinde ac idē sit pati, & moueri, & agere dicimus, diuisionē oportere facere dicit potētiæ, & entelechiæ. Potentiæ.n. noīe in sensu usus est, & eorū soluit dubitationē, quā mouit: cur sensus non seipm̄ sentit. Sed & sensum diuisit in eū, qui est potētia, & in actū, eodē mō quo & sentire. & hoc.n. dici duobus modis ostēdit. Quoniam ergo non est simplex nomē potentię: in uniuersum de potētia, & entelechia, id est, actu distinguere instituit: & quonā à seinuicē differāt: & quid est eorū unūquodq;:

& quot

& quot modis est, id qđ est potētia. Per quæ simul ostēdet, q̧ sensus nō est, quæ est ſm actū, alteratio, nec motus. Neq; enim, quod quomodocūq; potentia est, in actum mutatum alterať. Quo huc usq;, tāquā sic habeat, usus est, q̧ nondum diuisum sit, quot modis est, quod est potentia.

Nunc enim de eis simpliciter dicimus.

Simplř, id est indistincte & indefinite, de potētia, & entelechia seu actu dicimus, nesciētes eorum differētiam, & quid unūqđq; significat, & quot modis diciť. Nūc aūt, inquit, q̄m eo, qđ est potētia, in sensu paulo ante usus est: eo aūt quod actu est, & actu, in faciendo, & patiendo. Omnia enim pati ait, ab eo, quod est actiuum, & actu est. Vel nunc dixit, usq; ad factam ab eo diuisionem eius, qđ est potentia, & eius, quod est actu.

Est enim sic sciens aliquid, vt si dicamus hominē scientē, q̧ homo est ex scientibus, & scientiā habentibus. Est autem, & vt iam dicimus scientem, qui habet grammaticam.

Distinguit id, qđ est potētia, & ostēdit esse duplex. Qđ.n. natura aptū est, & qđ pōt habitū suscipere, potentia tale dicimus: ut hoiem potētia scientē dicimus, q̧ ipsius natura est scientiæ susceptiua. Iuxta qđ significatū materiā quoq; potētia dicimus. & potētia pterea dicimus, qđ iā habet habitum, & ſm eū nō operať. Musicus enim quādo nō operať, potentia musicus diciť. Hæc est autem potentia, quam prius dixit primam entelechiam, in qua animam quoq; esse ostendit. Est enim in confinio primæ potentiæ, & secundæ actionis. Quare & utroq; nomine appellatur, & quęnam sit utriusq; eius, quod est potentia, differentia distinguit, aperte dicens.

Vterq; enim horum non eodē modo potens est, sed ille quidē, q̧ tale genus est, & materia: Hic vero, q̧, si velit, potens est cōtemplari, nisi quid externū phibuerit. Ille aūt iam cōtemplans, & qui est entelechia, seu actu, & qui pprie scit hoc, A. Vtriq; ergo primi ſcđm potentiā scientes.

Homo.n. cōiter sciens diciť, q̧ hoīs natura est scientiæ susceptiua. Hoc.n. illi significat genus, & materia, p eo qđ est, ipsa hoīs natura, & ipm subiectū. Genus.n. dicit, & subiectū ſm hoc significatum, & materiā potētia diximus. Oīs.n. materia potētia illud est, cuius est materia, q̧ possit ipm suscipere. Aliud aūt significatū eius, qđ est potētia, diciť in eo, qđ iā habet habitū, & nō operať, q̧ uolens operari, operari possit, nisi qd phibuerit. quare & hic quoq; est potentia. Qui uero præter id, quod habitū habet, agit quoq; ſm habitum, hic iā entelechia esse diciť. Sciētiā aūt ſm actum ostendit, eo q̧ addidit hoc, A. Hic enim est qui ſm grāmaticam operať, qui dicit, uel scribit hoc, A.

Sed ille quidē per disciplinam alteratus, & sæpe ex cōtrario habitu mutatus: hic vero ex eo q̧ habeat sensum vel grammaticam, non operetur autem, ad operandum alio modo.

Exemplo ostendit, quidnā dicti modi differāt eius, quod est potentia: q̧ ille quidē, secūdum primum potētiæ significatū, qui est potētia sciens, ad hoc, q̧ habeat, quod potest, per disciplinā alteratus, & sic sæpe per cōtrarium habitū mutatus, sciens fit. Vel enim ab ignorātia in cognitionē mutatur: uel à falsa opinione in uerā. Quorum primū quidē à priuatiōe in formā est mutatio: & est generatio, & nō alteratio. Alteratio enī ē mutatio à formato ad formatū, eodē manēte subro. Hæc est ergo alteratio. Ipse āt, q nūc ulus eam, q̄ ex eo, qđ est potētia, ad id, qđ actu est, mutationē alterationem dixit, hoc corriget, & definiet, de quonā pprie alteratio diciť. Eum aūt, qui ex eo, qđ sensum, uel scientiam habeat, non operetur autē, ad operandum procedit, in quo ſm erat significatū eius quod est potentia, non p alterationē, nec per mutationem fieri dicit: sed alio modo ex tali potētia actum fieri. Similiter & in eo qui habet scientiā, sed nō operať, & in eo q sensum. Alio aūt modo, dicens, q̧ non magis alienus fit talis: sed solū operationē aggrediť. Cum ergo duplex sit, &, qđ potentia, & qđ actu est: quicquid potentia quidē est, ad alicuius absentiā potētia esse diciť: quod aūt actu est, ad pſentiam actionis. Quod enim potentia primum est, ad habitus, & actionis absentiam dicitur: Secundum autem ad absentiam actus.

Non est autē nec pati quidē simplex: sed hoc quidē quædam à cōtrario corruptio: illud vero salus potius eius, quod est potentia, ab eo, quod est entelechia seu actu, & simili, sic vt potentia habet ad entelechiam & actum, cōtemplans enim fit, quod habet scientiam: quod non est alterari. Fit enim

incrementum ad ipsum, & ad entelechiam & actum: vel alterum genus alterationis.

Postquã diuersa significata diuisit eius qđ est potẽtia,& eius qđ actu est,nunc uult ostẽdere, q ne pati quidẽ simplex est:pro eodem accipiẽs pati,& alterare,ut ipse paulopost declarauit.Postquã enim dixisset.q id,quod ab eo, qđ est potentia,discit & scientiam accipit,ab eo quod actu est,& do ctrina pditọ,uel eiusmodi,pati dicendũ est:postquã,inquã,hoc dixisset,intulit uel non eẽ alteratio nem,uel eẽ duos alterationis modos,idẽ dicens,Pati,& Alterari.Duplex ergo pati esse dicit,hoc q dem,qđ ad corruptionem ducit,qđ etiam ꝓprie est passio,& alteratio:illud uero, quod ad pfectio nem,quod nõ proprie passio dicitur,neq alteratio,sed potius generatio. Et,ut paucis dicam,cum duplex sit id,quod est potẽtia:siqdem ex eo,quod est ſm potentia,qđ erat , id quod ſcđm habitus in operationẽ mutaẽ,nullo mõ est alteratio, neq passio:siqdem alterari dicit, cuiusmodi est,quod albescit,uel nigrescit,qđ manens ſm substantiam,& idem subiectum ſcđm passiuã qualitatẽ habet mutationem:ex cõtraria enim q̃litate in cõtrariam mutatũ, corrupto habitu mutatum est. Quod aũt ex eo,quod habet habitũ,sed nõ operaẽ, ad operãdũ mutaẽ: nõ ſm aliquã q̃litatẽ habet muta tionẽ,neq.n.alia q̃litate corrupta,in aliã mutatũ est: sed eodẽ habitu manente solũ actũ assumpsit. Neq enim domus ædificatorẽ alterari dixerimus,ã nõ ædificando ad ædificandũ mutatũ:uel geo metram,quãdo theoremata aggreditur. Quæ ergo est ã secũdo potẽtia, ad id,quod ſcđm actu est, mutatio,clarum est,q ne mutatio qdem possit existimari. uel si alicui placeat eam quoq alteratio nem uocare,alterũ,inquit,hoc fuerit genus alterationis,& nõ,sicut ex consuetudine dicit:hoc autẽ est mutatio,q̃ fit ſcđm passiuas q̃litates, quãdo ex cõtraria q̃litate in qualitatẽ cõtrariam mutatur, quod mutaẽ,eodem manente subiecto. Quæ autẽ ex eo,qđ est prius potẽtia,ad id, quod ſcđm est potentia,primus aũt actus,mutaẽ,si ex cõtraria qdem in contrariã mutaẽ,est alteratio. Vt qñ qđ fit ex calido frigidũ,& ex albo nigrũ.Potentia enim est contrariũ,qđ cõtrariũ. Quãdo autẽ ex priuatio ne i formã fuerit mutatũ:est hoc generatio,& nõ alteratio. Vt quãdo ex nõ homine fit hõ,& ex nõ igne ignis,& in similibus. Vel ergo ne hoc qdem ꝓprie est alteratio, sed simplr generatio:Vel duo fuerint modi alterationis,&,q̃ ex priuatione est in formã mutatio,&,quę ex cõtrario in cõtrarium. Est autem,q̃ ex cõtrario in cõtrarium est mutatio,generatio qđam, & corruptio, & simplr genera tio:ut in libro de generatione dictũ est. Corruptio qđẽ eius,ex quo mutaẽ: Generatio autẽ eius,in quod mutatur. Non est aũt nec pati qdem simplex: sed hoc quidẽ q̃dam ã ɔtrario corruptio: illud uero potius salus eius,qđ est potentia,ab eo,quod est entelechia seu actu,& simile. Videtur autem quicquid ex eo,qđ potentia est, in entelechiã & actum mutaẽ, pati & alterari. nõ autem sic habet, Vnde & ipse usus est in oĩ,quod ex potẽtia in actũ mutatur,passionis noĩe, idem est autẽ dicere,al terationis. Dixit enim q hoc quidẽ est ã cõtrario corruptio:corrũpiẽ enim nigrũ accedẽte albo:est autem hoc,qđ est prius potẽtia. Est enim potentia cõtrarium,quod ɔtrarium,qñ in id mutari sua natura aptũ est:illud uero perfectio. Est enim domus extructoris,& aliorũ scientiis pditorum per fectio,ſcđm habitũ operari. Cum hic autem cõiter de omni, qđ est potẽtia, pati pdicauerit,hoc aũt est alterari:eo q cõsuetudinis curã non habuerit,in horũ nominũ differentia,de his sigillatim & ar ticulatim deinceps dissereẽ:& dicet quid ꝓprie est alteratio,& qđ, quæ nõ est penitus alteratio:uel uniuersum hoc,æquoca alteratio dicet,&,q̃ ã nobis prius sunt cõsiderata. Postquã autẽ dixit hanc quidem mutationẽ ã cõtrario fieri contrariũ corrũpente:illam uero ã simili:similitudinis modum declarauit agentis,& patientis,subiũgens,Quòd sic simile, ut potẽtia habet ad entelechiã & actum. Quod qdem æquale est huic,Vt habitus ad ꝓpriam opationẽ. Ab habitu enim pcedẽs operatio sic eẽ ei æq̃lis,ut ꝓprium opus & propria operatio unicuiq cuius est opus. Sicut ergo similis est domus extructiuo,uel geometrico habitui domus extructiua,& geometrica operatio:sic simile ei, quod actu habet,id qđ habet habitũ,ã quo in actũ pducitur,hoc qdem agente, illo uero patiente. Quoniam enim & intelligere, & sentire sit ſcđm imaginũ assumptionẽ intelligibiliũ,& sensiliũ:idẽ ferè est,quod ſcđm actum itelligit,& sentit, qđ intelligibilia,& sensilia. Sic ergo sensus est potentia, quod sensile:& intellectus,quod itelligibile:ut habitus est similis operationi ꝓprię. Sicut ergo ha bitus pſenti actu & operatione ꝓpriam sui eẽ pfectionem recipit,nõ corruptus nec alteratus: sic & sensus,qui est potẽtia idem,quod sensile. Potentia autẽ,quod est ſcđm habitũ, ã sensili,qđ est actu, deducitur in actũ,sic ei assimilatus,ut ei natura assimilari datum est. Sicut enim ceram potentia di cimus id,quod annulũ:fieri autẽ ab eo actu expssum,quod illenon q facta sit cera,quod annulus ſcđm materiã:sed q expssam eius figuram ſcđm supficiẽ accepit:sic & in sensibus oportet intellige re,quãdo eos fieri dicimus,quod sensile;nõ quod albus fiat uisus,uel niger;sed q sensiliũ formas,

quæ possunt sine materia cognosci, in seipsis sensus admittant. Cum autē dixisset salutem eē talem affectionē seu passionē, & mutationē eius, qđ sic potētia dicit: declarauit quomō salus, subiungens: Contēplans enim fit, qđ habet sciētiam. Habitus.n. salus est ꝓpria opatio. Hi certe, qui ſm habitus operātur, eos magis seruant. Simul aūt per hoc exposuit, quomō illud dixit, ut potētia habet ad entelechiam & actum: & declarauit, de q̄li potentia, & entelechia dicit: q̄ de scđa potentia, q̄ est scđm habitum, & scđa operatione, ea enim est pfectio, & salus operationis ꝓpriæ. sicut contēplatiui habitus, & scientiæ pfectio, & salus, est ipsa cōtemplatio. quod qdem uel nō est alteratio: in ipm enim fit incremētum: uel alterū alterationis genus. Qui enim habet scientiā, deinde eius operationes aggreditur, nō ꝓprie dici possit, eo ipso, q̄ illas operatiōes aggrediat, pati, & alterari. Neq; enim ulla in eo facta est mutatio: sed solum pfectio, & habitus manifestatio. Vel ergo ea nō est ꝓprie alteratio: Vel si cui placet eam quoq; alterationem uocare, alterum fuerit alterationis genus, & æquiuocum: & nō, quod uulgo fert, & dicitur in ea, q̄ est ſm locum, mutatione: quā qdem motum quoq; dicimus. Illud aūt, In ipm enim est incremētum, est maxime huius succeptiuū, quod nō fit huiusmodi alteratio: siquidē, alteratio qdem, manēte subiecto scđm eius substantiā, secundū passionem est mutatio, ex alio in aliud mutato eo, qđ ꝑextitit: id aūt, quod in suā ipsius perfectionē ꝓcedit, in seipsum incrementū suscipit, idē manens, & nō ex alia forma corrupta in aliam mutarum.

Quare non recte habet si dicatur, id, quod prudens est, quādo prouidet, alterari: sicut neq; domus ædificatorem, quando domum ædificat.

Sicut enim ædificator, quādo iam operatur, nullā secundū artem alterationē sustinet: sic neq; qđ est scientia ꝑditum, quādo secūdum scientiā operatur. neq; sentiens, quādo sentit. Ab ocio eni & cessatione ad operationem est mutatio: non ex forma in formam: quod facit alteratio.

Quod ergo ducit ad entelechiam & actum ab eo, quod est potentia, iuxta id, quod intelligit, & prouidet, non doctrinam, sed aliam cognominationem habeat, æquum est.

Hoc est, id, quod iuxta secūdam potentiam cōsideratur, sicut, quod prouidet, quādo ad secundam operationē deducitur, non doceri dicat ab eo, qđ in operationē ducit. Nō.n. discit ab eo, quod ipsum mutat; hoc aūt est scibile, uel sensile. Non enim qcquā ab eo patit. Quare neq; illud agit.

Quod autē ab eo, quod est potentia, discit, & scientiā accipit ab eo quod est actu, & quod docere potest, vel dicendum est non pati, vt dictum est, vel duos esse alterationis modos: & eam, quæ ad priuatiuas fit dispositiones, mutationem: & eam, quæ ad habitus, & naturam.

Hoc est, quod ſm priorem potentiā, cuiusmodi est scientiæ susceptiuum: qualis est puellus, q̄ ab eo, qui est actu sciens, ad habitū prouehitur. Postquā autem dixit, quomodo habet, quæ ex secundo potentia, in actum fit, mutatio: nunc dicit de ea, quæ ex priore potentia in prius actu fit, mutatione: cuiusmodi est puellus, qui in scientiam deducitur. Quod itaq; sic mutat, inquit, ne pati qdem omnino dicemus. Proprie.n. pati in his, q̄ corrūpūtur, dicit, ſm consuetū usum. uel si qs hoc quoq; pati dicat, duos, inquit, esse modos dicendū est patiendi, & alterādi: partim qdem, quando in priuationem mutatur, à sciendo ad nesciendū traductum: quod est & ꝓprie passio: quoniā passio corruptio qu[illegible]dā est, & in deterius mutatio. Proprie enim patiunt, quæ fiunt deteriora: & ꝑterea quādo ex cōtrari[illegible] forma in cōtrariā mutatur. & hic eni corruptio quędā est eius, ex quo fit mutatio. & ꝓpterea passio eiusmodi est. Partim aūt, quādo in perfectionē & naturā, id est ad id, qđ natura datū est, & quod sibi natura ꝓponit, ut scientiæ susceptiuū, quādo iam scientiā susceperit. Quādo enim ad id, quod natura insitū est, mutatur, in pfectionē quodāmodo eorū quoq; mutatio est, & in ipm incrementum: non similiter aūt ad id, quod habet habitū. à priuatiōe eni in habitū in his fit mutatio: non ab habitu in actum. Prius itaq; passionē diuidens hāc quidē dixit in his, quæ ex ɔtrario habitu in cōtrarium mutantur, & sic potētia dicuntur: illā uero in iis, quæ ab habitu in operationem ꝓcedunt. Nūc autē non sic. sed secūda quidē ne passio qdem omnino est, neq; alteratio. Quare neq; motus fuerit, neq; doctrina, quæ est secundū hoc, mutatio. Quod autē est in eo, qđ est prius potentia, dupliciter diuisit: & in id, quod est in priuationē mutare: quod quidē dixit ꝓprie pati, & alterare: & in in id, qđ est in habitū à priuatione: qđ neq; passio est, neq; alteratio, uel ęquiuoce.

Sensitiui autē prima quidē mutatio fit à generante. quando autem generatū est, habet iam tanquā

ſcientiam, & ſentire. Ac quod ſecundũ actum quidẽ eſt, ſimiliter dicitur ac contemplari.

Cum de ſenſibus dicere cœpiſſet, & cõmuniter de oĩ ſenſu tractare ꝓpoſuiſſet: deide dixiſſet, ꝙ ſenſus in eo, quod eſt moueri & pati, accidit: uideť enim ſenſus eſſe quædá alteratio: & cũ in uniuerſum dixiſſet de agente, & patiente, utrũ ſimile à ſimili patitur: uel cõtrariũ à ɔtrario: huic dubitationi alterá dubitationem adiunxit, cur non ꝓpria ſenſotia apꝑhendit ſenſus: cũ ſint ſenſilia? hác autem ſoluẽs dubitationẽ dixit, ꝙ ſenſus eſt potentia, nõ actus. Quare quẽ admodũ, quod uri põt, à ſeipſo non utitur abſq; uſtiuo: ſic & ſenſus proprium ſenſoriũ non apꝑhendit, utpote, qui extra ipſum operari non poſſit. Quoniá ergo nihil ipm̃ à ſeipſo agit, neq; à ſeipſo patitur: ſenſus aũt ſentit eo ꝙ patitur: clarũ eſt ꝙ ipſe ſeipſum nõ apꝑhendat, hoc eſt ꝓprium ſenſoriũ, cũ quo opationes exercet: quádoquidẽ neq; in ſeipm̃ poteſt agere. Dupliciter itaq; ſenſus eſt, inqt, hic qdem potẽtia: ille uero actu. ſimilr̃ & ſentire. Patitur aũt, quod patitur, inqt, ab actiuo, & eo qđ actu eſt. lignũ eni, quod eſt potentia, qđ ignis patitur ab igne, qui actu eſt. & diſcipulus, q eſt potentia, quod ꝑceptor, patitur à ꝑceptore, qui actu eſt. Prius q̃ ergo paſſum ſit, qđ patitur, diſſimile eſt agenti: Paſſum aũt ſimile eſt. Eſt itaq; ut ſimile à ſimili patiať: eſt ut & à diſſimili. Si eni qđ potentia paſſiuũ eſt theorema, eſt agenti diſſimile: Sæpe autẽ, inqt, & cõtrariũ. Si aũt iam paſſum, ſimile eſt. Hinc ergo quoniam omnino uenit ad mentionẽ eius, quod eſt potẽtia, & eius qđ actu, & agendi & patiendi: utriuſq; diuiſionem fecit, & dixit, duobus modis eſſe, qđ eſt potẽtia, &, quod actu eſt: & ꝙ pati quoq; dupliciter: hoc quidẽ corruptio à ɔtratio: illud uero ſalus potius. Deinde dixit, quomodo ſe habet ſenſus ſecundũ id, quod eſt pati: ꝙ à ſenſili quidẽ patitur, nõ ad corruptionẽ ductus, ſed pfectionẽ. Hæc ergo poſtquá dixit, nunc dicit quomodo ſe habet, & ſecundũ id, quod eſt potentia, & ſecũdũ id, quod actu eſt. Quoniam enim duplex eſt, quod eſt potentia: hoc quidem primum: illud uero ſecundum: hoc quidem ſecundum ſolam aptitudinem abſq; habitu: illud uero ſecundum habitum citra operationẽ: dicit ꝙ ſenſitiuũ potentia eſt ſecundũ aptitudinem ſemen, & omnino animalis materia. Sicut eni ſe habet nup natus puellus ad hoc ut ſit grámaticus: ſic ſe habet quoq; animalis materia ad hoc, ut ſit ſenſitiua. Quid ergo eſt, qđ id, quod potentia primũ eſt, ad habitũ deducit: hoc eſt, quod potẽtia quidẽ eſt ſm, actu uero primũ? Generás, inquit. In cõceptione enim deducitur aptitudo ad habitũ. Sicut ergo puerũ ad habitũ ducit, is q eſt actu grámaticus: ſic & ſemẽ, & omnino animalis materiá deducit ea, quæ in matre eſt, natura, ad ſenſum, q eſt ſecundũ habitũ. Eſt ergo cõceptio alteratio, & mutatio eius, quod natura ſentire aptũ eſt, ad ſenſum, q eſt ſecundũ habitum. Poſtquá aũt natus fuerit, iam habet habitũ. Poſtquá enim perfecte inſitus fuerit ſentiẽdi ſecundum omnẽ ſenſum habitus, ſtatim paritur. Sic eni generať animal cũ habitu ſenſitiuo. Quæ ergo à potẽtia primo in habitũ eſt mutatio, fit in cõceptione ab ea, quæ eſt in generãte, natura. Ab habitu aũt in actum mutatio fit à ſenſilibus. & ideo, cum primũ natus fuerit, ſi adſit ſenſile, id ſtatim apꝑhendit. Vnde & ꝓtinus uagit in non cõſuetũ & frigidũ aërem incidẽs, & nõ ſolũ cũ ambiẽtis aëris ɔtactu cõcertans, ſed & cũ uiſu luminis. Clarũ autẽ, ꝙ ſicut ea ſentit, ſic, & ſi reliquorũ ſenſuum ſenſilia inciderint, oĩno & ea ſentiet, ſonos dico, ſuccos, & odores. Sic itaq; in ſenſitiua aĩa, &, qđ potẽtia, &, qđ actu eſt, &, q̃ ſecundũ ea mutatio eſt ab aptitudine in habitũ, is eſt qui generauit: ab habitu autẽ ad operationẽ, ſenſilia: quádo & ipſa adfuerint, & quæcũq; alia, qbus opus eſt ad eorum apꝑhenſionem. ut lumẽ quidẽ in uiſibilibus, & pſpicuus, purus, & nõ caliginoſus aër: diuiſus autẽ in ſonis: & redolens in odorabilibus. Quoniá autẽ & in rationali animal duplex eſt, &, qđ potentia eſt, &, quod actu: quænã fuerit in ea quoq; cauſa mutationis? Cũ eſt ergo extra corpora, ab eo quidẽ, quod potẽtia primũ eſt, omnino ſeparata eſt, ut q̃ ſit mens pura, & oĩa intelligibilia habens ſecundũ habitum. Poſtquá autẽ in generationẽ decidit, ſicut, qui morbo, uel tpe, uel lotiõe ſciẽtiam mutauit, ex ſcientia in inſcitiá mutatur: & fit primo potentia ſciens, aptitudinẽ ſolam habens, non etiá habitum. Ad habitũ autẽ à ꝑceptore deduciť, uel etiá à ſenſilibus, ipſa q̃rens & inueniẽs, & per particularia ad uniuerſalia cõſcẽdens. Poſtquá autem habitum cõparauerit, tũc habet uoluntatem, quæ eſt cauſa effectiua, ut ab habitu in operationẽ mutetur. Quádo enim eligit, aſſumit, quæ in ſe ſunt, rationes ad operationẽ: dico aũt ſenſilis. Mens aũt nullo externo opus habet: ſed ipſa ſeipſam ꝓducit. Huius ergo cauſam tradit, ꝙ ſenſus quidẽ alicuius particularis habet apꝑhenſionẽ: particulare autẽ aliquod corpus eſt. Merito ergo exterius eſt. Mens autem uniuerſalia apꝑhendit: Vniuerſalia autẽ rõnes, ſeu definitiões. Hæ autẽ nõ exterius, ſed in ipſa ſunt aĩa. Mens itaq; aliquo exteriore nõ eget, qđ eam perficiat. Dixit autẽ eam iam habere, ut ſciam, & ſentire: non ꝙ aĩalia, ſtatim ac generata fuerint, ſciam habeant: ſed id quod in ſenſu duplex eſt uolens oſtẽdere, & quod eſt

secundum habitũ,& quod est ſm actũ,eum qui est scdm habitum,sensum sciæ psentiæ similẽ esse dixit. Exempli ergo gratia sciam addidit. habet enim sensus sensitiuã facultatẽ,sicut quãdam sciam. Sicut enim,qđ discit,p disciplinam mutatũ habet scientiã: sic & genitũ statim eum, qui est ſm habitum,sensum. Quod enim est in illo disciplina,in hoc est generatio. Si autem statim ac fuerit genitum,habet eum,qui est scdm habitum,sensum:nõ per alterationẽ ergo fit sentire secũdum actum: sicut neq; operari scdm sciam fit per alterationẽ. Et illud, Secũdum actũ,simil̃r dicitur ac contẽplari. sicut & scdm potentiã sentire, simile est ei,quod est,scire. Sic & secundum actum sentire ei,quæ est secundum scientiam,contemplationi simile.

Sed hoc quidem ab illo differt:ꝙ illius quidẽ operationis effectiua foris sunt,visibile,& audibile. Similiter autẽ & reliqua sensilia. Causa autẽ,ꝙ singulariũ est,qui est secundũ actum, sensus:Sciẽtia autẽ vniuersalium. Hæc vero sunt in ipsa quodãmodo anima. Quãobrem intelligere quidẽ in ipso est,quando velit: sentire autem non in ipso. necesse est enim adesse sensile.

Postq̃ dixit simile esse ſm actũ sentire ei,qđ est cõtẽplari:nũc dicit quanã rõne differat:ꝙ eius quidem,qui est ſm actũ,sensus foris sunt effectiua:externe.n.incidẽtibus sensilibus sentimus:ea aũt, q̃ cõtẽplari possumus,nõ foris sunt. Deinde & cãm addit,cur illa qdẽ exterius incidãt:hæc uero nõ: ꝙ sensus quidẽ est singulariũ:ea aũt per se sepatim subsistũt,quibus aĩal quoq; ad hoc,ut sit,opus habet. Eo.n.ꝙ illis opus habeat,sensus aĩali datus est. Scĩa aũt ea,q̃ sunt uniuersalia, apphẽdit. Vniuersalia aũt/inqt/sunt in ipsa quodãmõ aĩa. Exacte aũt illud, Quodãmõ,adiecit:uel qa illud, In ipa, ut in aliquo loco:sicut & ipse in iis,q̃ deinceps sequunt̃,dicit, Et recte qui aĩam locũ formarũ eẽ dicũt:nõ ꝓprie aũt illud,uidelicet, In loco:sed ſm ꝓportionẽ,& cõuenientiã:uel ꝙ etiam uniuersalia in singularibus subsistant: quando autem ut uniuersalia & communia accipiuntur, sunt in anima. Eis enim cõmuniter suum esse est in intelligenda eorum cõmunione. Intelligentiæ autẽ in anima. Intelligere autem in ipso dixit,sed non in ipsa,hoc est,in eo quod habet animam.

Similiter autem hoc habet & in sensilium scientiis, & propter eandem causam: quòd sensilia singularium sunt,& externorum.

Non solũ/inquit/sensus,qui circa particularia,& sensilia uersat̃,externis psentibus opus habet,ut agat:sed & eæ,q̃ circa sensilia uersant̃,sciẽtiæ,cũ in seipsis nõ habeãt,ut possint opari quãdo uelint, sed & iis opus est,sicut & in sensu,exterius adesse id,circa qđ eorũ uerset̃ operatio. Ipsæ.n.circa singularia,& externa,& q̃ separatim subsistũt,uersant̃:ut Politicus:mechanicus:&,ut semel dicã,particulares artifices. Eorũ.n.sciẽtia est circa singularia. ut Politicus ↄsiderabit,an hic sit exercitus Imperator assumendus.& ędificator,an sit hoc lapide utendũ. Horũ aũt,q̃ sunt particularia, cõsideratio scientiæ est,uidelicet,& nõ sensus. Vniuersalis ergo ſm artes cõsideratio in his est. Quæ autẽ ab artibus circa singularia fit contẽplatio,non amplius in his. Materia.n.& istrumẽtis opus est.

Sed de his quidẽ aperte dicendi fuerit quoq; occasio postea. nũc autẽ tantum definitũ sit,ꝙ,cũ non sit simplex,quod potentia dicitur:sed hoc quidẽ,vt si dicamus puerum posse exercitus ducem esse:illud vero,vt eum,qui est in ætate: sic habet sensitiuum.

Qũo uniuersalia cõtẽplari in nobis,& qũo actiuus intellectus particularia apphẽdit,nũc differt de his cõsiderationẽ. De his.n.in tertio libro dicit. Cur aũt eius,qđ est potẽtia,& eius qđ actu est,diuisionẽ fecerit,nobis in memoriã reducit:nẽpe ut ostẽdat,qũo dicant̃ aĩalia,quãdo non sentiũt,sensum habere potẽtia. Iuxta scdam.n.potentiã,q̃ de iis,qui actũ iã hñt,pdicat̃:de qbus nec pati,nec alterari ꝓprie dici possit. in ipsum.n.est incrementũ,& nõ in contrariũ mutatio,ut dixit.

Quoniã autẽ est ĩnominata ipsorũ differentia:de hiis autẽ definitum est,ꝙ sunt alia,& quomodo alia: necesse est vti eo,quod est pati,& eo,quod est alterari,vt propriis nominibus.

Qm̃ utit̃ eo,qđ est pati,& eo,qđ est alterari,ut ꝓpriis noĩbus,in sensu,qui est ſm actũ:dixit aũt, ꝙ nec pati,nec alterari sentire est:causam,cur his noĩbus,in eo,qđ est sentire,utitur,dicit. Qm̃/inqt/ est ĩnominata harũ facultatũ differentia:neq;.n.propriis noĩbus distinctã habemus utrãq; facultatem:rõne aũt didicimus,q̃nã sit harũ facultatũ differẽtia:necesse est,ut utamur in his eo,qđ est pati,& alterari,ut ꝓpriis noĩbus:quia,ut dicebam,nõ sunt in usu,quæ sint illis ĩposita nomina.

Sensitiuum autē potentia est, vt sensile iam actu, quemadmodum dictum est.

Quia dicturus est sensitiuū pati à sensili:nō sine iusta rōne p̄sumit,potētia sensitiuū eē ut sensile est actu.hoc aūt prius dixit etiā,quādo q̄rebat,an simile à simili patiҫ,an dissimili. Potētia aūt est sensitiuū ut sensile,iuxta scđam potētiā,neq̃.n.passum,nec à cōtrario habitu mutatū,ei assimilaҫ:sed eius forma suscepta.Neq̃.n.albus fit sensus,sensilis forma suscepta(q̄re nec pati,nec alterari proprie diciҫ)sed formæ rōnem in se cognitiue suscipiēs.Sicut.n.ceram dicimus id eē potētia,qđ annulū:eo q̧ ab ipso passa id fit,qđ ille actu,non ipsius materia suscepta,sed solū forma:sic & sensus à sensilibus passus ipsorū formas in se imp̄ssas incorporaliter habet.Differt autē,q̧ cera qdem ipsa fit formæ materia,q̄ est in annulo:Sensus aūt nō fit sensilis materia:sed ipsi illius forma cognitiue imprimitur.Habet aūt sensus aliqd plus q̄ cera.Cera.n.& si fit materia formę,q̄ est in annulo,nō tñ p totā ip̄am formā suscipit,sed in sup̄ficie:Sēsitiua uero facultas p totā uitalē formas sensiliū ip̄rimiҫ.

Patitur itaq;,cum non est quidē simile:Passum autem assimilatur,& est quale illud.

Postq̄ dixit superius,qūo diciҫ pati,qđ patiҫ à simili & à cōtrario:hoc etiā sensui quoq̧ accōmodat,q̧ antequā qdem passus sit à sensili,nō est ei ꝭm actū similis:ei aūt fit similis,eo mō,qui sæpe dictus est.Cū aūt ꝓposuisset de omni sensu cōiter dicere:sensitiuæ aīæ definitionē tradidit,q̧ ipsa talis est potētia,qualia sunt sensilia actu eius,q̄ est ꝭm operationē,sensitiuæ aīæ,tali uidelicet existente operatione,qualia sunt sensilia.Si autem est eiusmodi:sensitiua fuerit anima ex necessitate inseparabilis:siquidem est facultas,per quam,quod eam habet,sensilibus assimilatum,eo quòd ab eis quodammodo patiatur,& alteretur,ea apprehendat.

Dicendum est aūt secūdum vnūquēq; sensum de sensilibus primū. Dicitur autē sensile tribus modis.Quorum duos quidem per se sentiri dicimus:vnum autem per accidens.Duorum autem,hoc quidem proprium est vniuscuiusq; sensus:illud vero omnium commune.

Postquā rōnem tradidit,& sensitiuā facultatē definiit,q̧ est potētia id,qđ sensile,& dixit qđ non passa qdem à sensili est dissimilis:ab eis autē passa,fit illis similis:transit ad separatim dicēdū de unoquoq̧ sensu: qm̄,sicut iam dixit,in q̄bus,quod cōiter prædicaҫ,non est genus,sed uox æquiuoca,non est sufficiens cōis definitio,ad rei naturā nobis significādam:sed uniuscuiusq̧,qđ ab æquiuoca uoce significaҫ,seorsum oportet definitionē tradere:quādo neq̧,q̄ est generum definitio ad singulas species cognoscēdas satis est. Vniuscuiusq̧ aūt sensus definitiōem traditurus,prius de unicuiq̧ sensui sensilibus tractat,ꝑpter sæpe dictam rationē: Deinde de ipsis op̄ationibus:& sic de facultatibus.Quęsiuerit aūt quispiā,cur non ante cōem sensus definitionē prius de simpl̄r sensili tractauit.Dico ergo,q̧ huius simul definitionē comp̄hendit in cōi sensus definitione: ubi eẖtorum sensum esse dicebat per se,uel per ea,q̄ eis accidūt.& rursus,cum dixit,q̧ actu sensile,hoc est potētia sensus:& q̧ sensitiui effectiua foris sunt singularia:intellectiui autē in ipso,& uniuersal̄r.Per hęc ergo oīa,qđ est simpl̄r sensile,significauit:q̧ ea,quæ eẖtis accidūt:q̧ particularia:q̧ ea,quibus sensus scđm actum ab eis patiēs assimilaҫ,qui prius erat eis potētia similis.Porrò & hic de unicuiq̧ sensui sensilibus separatim dicturus,prius quādā tradit diuisionē oīum in uniuersum sensiliū,quot modis dicantur:ut q̄ sunt ꝓprie sensilia,à sensilibus per accidens,q̄ neq̧ ꝓpria sunt rōne sensilia,separans,de his uerba faciat:ne & illa incidāt,& doctrinā perturbent. Tribus ergo modis/inquit/dicūtur sensilia Sensiliū enim alia qdem sunt per se sensilia:alia uero per accñs. Et eorum q̄ sunt p se,sensilium,alia quidē sunt cōia sensuū:alia uero uniuscuiusq̧ ꝓpria. Vniuscuiusq̧ ergo sensus sunt ꝓpria sensilia,q̄ illi soli subsunt.ut uisui quidē colores: audituí soni: olfactui autē uapores gustui uero succi seu sapores:tactui,q̄ ei sunt coordinata/caliditas/humiditas/frigiditas/siccitas/resistentia seu repercussio/grauitas/& similia.Propria aūt ea dicunҫ sensilia,q̧ nulli alii sensui subsunt.neq̧ enim uisus uapores,uel succos,uel tangibilia app̄hendit.neq̧ ullus alius sensus,quæ sunt alii sensui app̄hensibilia,app̄hendit.Hæc ergo sunt ꝓpria sensilia.Cōmunia aūt sensilia dicit esse quinque:motū quietem/numerū/figuram/magnitudinē. Ea autem oīum dicit esse cōia:nō q̧ unūquodq̧ eorū oībus sensibus subsit:sed q̧ unūquodq̧ pluribus,& nō uni:q̄dam autem simul oībus.Magnitudo enim est cōe sensile uisus,& tactus.Videmus enim magnū esse hoīem,uel magnum montē.& tangentes quoq̧ sentimus,magnam eē,uel paruā molē,quæ subiiciҫ,uel interuallum:Si autē sonū quoq̧ dicimus magnū sentire,uel paruū:hic ꝭm cōuenientiā & ꝓportionē magnitudo accepta est,non proprie.Magnitudinem enī nunc dicimus ɔtinuam eē ex cōibus sensilibus.Magnus aūt sonus est q̄li-

tatis intensæ,uel remissæ declaratiuus.Quare exile,uel uehemens magis ꝓprie in sonis dicere cõuenit.Figura autem cõe est & ipsa sensile tactus,& uisus.Figuram autẽ dico, nõ ꝙ hic est triangulus,uel circulus:hoc enim est rationis dicere,Figura est, q̃ ab una linea cõpҏhendit̃,uel tribus,uel quotcũq; illæ fuerint:sed ꝙ simpliciter est quidpiam circũscriptum. Omnis autem circũscriptio fit secundum aliquam figuram. Itaq; & irrationalia, cum in paruam terræ altitudinem, & leniter accliuem inciderint, ad transeundum conscendunt: ut quæ sciant,quòd si circũscripta magnitudo, & quòd transire possint . cum autem in ualde altum , & arduum , & præcipitem locum casu uenerint , ne trãsire quidem tentant : ut quæ simul magnitudinem sentiant , & figuram . Quare & ipsius formæ & figuræ exilis quędã,& obscura est eis ꝑceptio.Eas itaq; uias fugiunt,q̃ in acutũ uel cõcauum sunt figuratæ:eligunt aũt planã,& quę in recta est.Numerus aũt cõmune est omniũ sensilium.Videmus enĩ quinq; fortasse esse homines. Sed & palpãtes hoc ipm scimus. Atq; audientes scimus,plurium,uel pauciorũ,uel unius uocẽ esse, q̃ ad nos peruenit.In his autẽ dubitauerit quispiam,quomodo Aristoteles dicẽs numerũ esse cõmune sensile, nõ solũ aliis aduersat̃ Philosophis, ac ipsi rerum opationi,sed & sibiipsi.Cum enim in Physica dixisset tps esse numerũ motus: numerare dixit solius esse mẽtis.Nihil enim,inqt,potest numerare,ꝑterquã anima,& animę mens.Quomodo ergo illic solã mentem numerũ dicit apҏhendere,hic aũt sensum? Dicimus ergo ipam quidem numeri formã mentem apҏhẽdere.Sensus autẽ non,ut tãtum numerũ,apҏhendit,sed simpliciter ut eũ,q plures cõtineat:uel unitatẽ & ut minorẽ multitudinẽ,uel maiorẽ.Mens est,aũt , q̃ per sensum numeri quoq; formã cognoscit Quòd aũt auditus quoq; hunc numerũ apҏhendit,clarũ est.Aures pnicũ strepitus quoq; pulsat equorũ,iquit ille.Scit enĩ eas,q̃ accesserũt uoces,plurĩũ eẽ, quã unius.Quòd aũt gustui quoq;,& olfactui sensilis est numerus,clarũ est. Sentit.n.& odoratus differẽtes odores: ut quãdo bene olens,& male olens uapor simul accesserit. Sunt aũt & specie differentes uel bene olentes,uel male olentes.Similiter & gustus,si misceat̃ absinthiũ cũ melle, utrũq; simul sentit.Et motus quoq;, & status sunt omniũ sensuũ cõmunia sensilia, ꝑterquã gustus.Si enĩ ex eodem loco ad nos sonus puenerit:sentit id cõstitisse,qđ sonat.Si aũt non ex eodẽ,sed & alius ex alio:sentit moueri.Et in uaporibus simil̃r. Tactum quoq; manifestũ est sentire,id ꝙ mouet̃, & qđ stat.Sentit certe corpus quod est in aq̃,ea uel cõsistente,uel diffluente. Nũquid aũt & gustus,si gustabile ꝑtercurrit sensoriũ,sentit motũ,uel statũ? Si quis ergo uirgã melle unxerit:deinde eã per os circũferat:apҏhendet succũ non stantem.Quòd si quis huius causam tactũ esse dixerit,non gustũ: non magnope cõtendimus.Est ergo numerus oĩbus quidẽ sensilis.Status aũt,& motus,ꝑterquàm gustui,reliquis.Figura aũt & magnitudo tribus:uisui:auditui:olfactui.Per accidẽs aũt sunt sensilia.Per seipm enim uisus apҏhendit colorẽ,uel figurã:Per accidẽs aũt,ꝙ hoc est Socrates.Est enim intellectus substantiarũ apҏhensiuus.Vniuscuiusq; autẽ ꝓpria sensilia sunt reliqs per accidens sensilia.Viso enim aliquo flauo,ut arbore,q̃ styrax dicitur,dicimus,Vidi aliqd bene olens. Per accidẽs enim,bene olens me uidere dico.Et olfacta styrace,dico me flauũ olfecisse.& si sonuerit argentũ,dico me argentũ audiuisse:uel albũ,audiuisse.Simil̃r & si fuerit lignũ, quod sonat. Et in oĩbus similiter.Gustato enĩ melle,quispiã dicit flauũ gustasse.Hęc ergo sunt omnia p accidẽs sensilia:& sunt unicuiq; ex aliis sensilia. Quæ sunt itaq; ꝓpria sensilia,& q̃ cõmunia,& quæ per accidẽs, dictũ est. Quomodo autẽ ea à se inuicẽ discernantur,&,q̃ sint ea, quæ unicuiq; figurã & characterẽ ꝓbeant, sciemus cõtextum ꝓsequentes.Sciendũ aũt,ꝙ,quę uisui,& auditui,& gustui subiecta sunt,sensilia, cõmunibus à cõsuetudine nominibus appellata sunt.Visus qdem,colores: auditus autẽ, soni.Gustus uero,sapores uel succi.Quę aũt tactui,& olfactui subiecta sunt,nõ amplius cõmunibus nominibus appellata sunt.Si enĩ tangibilia,uel odorabilia dicas,nõ est eorũ denominatio. sed eorũ habitudinis,q̃ est ad sensum.Sicut & si in reliquis uisibilia dicas,uel audibilia, uel gustabilia. Sed neq; uaporũ nomine utemur ꝓprie in odoratu.Vapores enĩ sunt & qui ex aq̃ ascendũt,sed nõ odorabiles.Vni qdẽ odoratui quædã oppositio cõtraposita est,q̃ est secũdum bene olens,& male olẽs: quæ quidẽ,ut dixi, ꝓprie impositũ cõmune nomẽ non habet.Similiter neq;,q̃ tactui subiectæ sunt,plures oppositiones:calidum,frigidum:siccum,humidum:durum,molle:& reliquæ.

Dico autem proprium,quod non contingit alteri sensui sentire,& circa quod non contingit decipi:vt visus,colorem:auditus, sonum: gustus, succum.

Propria sensilia ab aliis discernit,ꝙ nõ alii sint sensui sensilia:ꝙ neq; cõmunia,neq;, quę secundũ accidens sunt sensilia,habent;illorũ enim plus uno apҏhendimus. Ac de cõmunibus qdem sensilibus clarũ est:De his aũt,quæ sunt secundũ accidens,ꝙ non solũ, uiso hoc albo,p accidẽs sentimus,

ꝙ est Socrates:sed & audita uoce,rursus per accidēs substantiā cognoscimus:& nō solū uisu cognoscimus hoc lignū,uel aliqd eorū,quæ bene,uel male olent,sed & odoratu.Postq̄.n.talē odorē sensimus, etsi nō cōspexerimus,subam scimus,ex qua odor est,& colorē.Simili & gustu cognoscimus subam:uel tactu.Gustu quidē,ꝙ est mel,uel qd tale.Tactu autē,panē,lapidē,carnē:& silia. Hæc est ergo una eorū,quæ sunt ꝓprie,sensiliū,& cōium,& eorū,q̄ sunt ſm accidens,distinctio. Alia uero, ꝙ circa ꝓpria quidē sensilia ſm naturā hn̄tibus sensibus,&,ex qbus locis apphēdi sua natura apta sunt,sensilibus admotis,circa ea nō fallunt.Ar circa ea,q̄ sunt cōiter sensilia,& per accidēs, fit deceptio.Neq̧.n.si ægri fuerint,nec p̄ter naturā se habuerint sensus,neq̧ si à suis spatiis,& interuallis seiuncta fuerint sensilia,apphendunt:Nec si cōsulto,& de industria sita sint.Neq̧.n.à tergo positos uidet uisus colores,sed qui sunt anterius.Ita.n.ei natura datū est. Sed neq̧ anteriora à quouis interuallo:sed quādo & ea adfuerint,& p̄terea lumen.Circa cōia aūt sensilia fit error,&,q̄ sunt per accidens.Hoc.n.albo eminus cōspecto,ꝙ albū quidem est,scimus:uerū aūt lapis est,uel lignū,uel qd eiusmodi,ignoramus,& sæpe erramus,aliud pro alio existimātes.Et uoce quidē audita,eo aūt non uiso,qd uocem edit,circa locū erramus,unde uox est.Atq̧ locus qdem est eorū,q̄ sunt ſm accidēs, sensiliū,ut deinceps ostēdemus.Pręterea aūt & circa figuras fit error.Itaq̧ &,q̄ sunt rectilinea, eminus aspecta rotūda esse uident:& q̄ angulos hn̄t,angulis carere.Sed &,q̄ sunt rotūda,rectilinea eē uident iis,qui ſm ipsam lineā eminus se applicant:q fit in luna dimidio orbe cæsa. Lineā itaq̧,qd est illuminatū,à nō illuminato discernētem,rectā existimamus,cū sit rotūda . Sed & qdpiā,qd mouet,uidentes,stare putamus,quādo ꝓcul fuerit:& qd stat,moueri:Vt quādo nauigātes terrā moueri putant: seipsos aūt stare. Simili & magnitudines,q̄ cominus,& eminus apparēt,nō se nobis similiter exhibent,Neq̧,quæ per aërem,& aquam.Maiora enim apparent,quæ per aquam. Sed & circa numerum fit error.Pluribus itaq̧ simul canētibus auditis,propter similitudinem unam uocem esse putamus:&,quæ sunt procul discreta,unita sæpe ducimus.

Tactus autem plures habet differentias.Sed vnusquisq; quidem de his iudicat:& non fallitur, ꝙ color,neq; ꝙ sonus:sed quid,est,quod est coloratum, vel vbi vel quid est,quod sonat,vel vbi. Talia ergo dicuntur vniuscuiusq; propria.

Nō sicut gustus succorū solū est apphensiuus:& uisus colorū:& olfactus odorū:& auditus sonorū:sic & sensilia tactus licet uno noīe cōplecti.Vnusquisq̧.n.aliorū sensuū circa unā oppositionem uersat.Visus.n.circa albū,& nigrū,&,q̄ interiecta sunt. Gustus aūt circa dulce,& amarū,&,qd intercedit.Odoratus uero circa bene olens & male.Auditus aūt circa sonū grauē,& acutū. Atq tactus circa plures oppōnes uersat,q̄ nō pn̄t sub unā cōem oppōnē reduci.Leuia.n.& aspera apphendit:dura,& mollia:grauia,& leuia:frigida,& calida:humida,& sicca:q̄ quidē sub se inuicē nō sunt. Vnde & deinceps dubitabit,nūquid ne sensus qdem tactus est:uel si etiā est sensus,nō unus est,sed plures:siqdem alii quidē unā oppōnem apphendūt:ipse aūt plures.Sed & plures habet differētias tactus,quarū apphēsiua causa est.Nō ꝓpca aūt huius,magis q̄ aliorū,alienū est iudiciū. Sed unusquisq̧ sensus simili iudicat de ꝓpriis,nec in eis fallitur.Illud.n.Sed unusq̄sq̧ de his iudicat,de omnibus dixit sensibus:non de solo tactu:sed eius est deceptio circa illa,quibus propria sensilia accidunt.Non enim circa colorem est deceptio:sed circa id,in quo color est:neq̧ circa sonum:sed circa id,quod sonat:quæ sunt sensilia per accidens.

Cōmunia autē,motus:quies:numerus: figura:magnitudo. Talia enī nullius sunt ꝓpria: sed omnibus cōmunia.Etenī & tactui aliquis sensilis motus est,& visui.Per se itaq; hęc sunt sensilia.

Postq̄ de ꝓpriis sensilibus dixit,nūc dicit de cōibus.Cōia autē hęc dicit,ꝙ nullius ꝓprie,sed omnium sunt cōia.Oium autē dixit,nō ꝙ ea quinque sint qnque sensibus sensilia:nō.n.unūquodq̧ eorū oībus sensile eē uidetur:sed ꝙ hæc quidem oībus,illa uero pluribus,ut iam diximus. Potest enim magnitudo secundū conuenientiam,& proportionem in odoratu quoq̧ accipi,& gustu. Sūt enim & hi propriæ magnitudinis apprehensiui:ille quidem in odoribus:hic uero in succis: etsi non nouit in his consuetudo nomen magnitudinis.

Secundum accidens autem dicitur sensile,vt si album sit Diares.*Per accidens enim hoc sentit, ꝙ huic albo accidit,quod sentit.*

Postq̄ dixit de ꝓprie sensilibus,dixit aūt & de cōibus:nunc dicit,& de his,q̄ sunt per accidēs. In

hæc

hæc.n.tria sensiliũ diuisioné fecit. Dicit́ auté hic Diares fuisse amicus Aristoteli. Eius itaq; feruntur ad eum epistolæ. Album ergo, quod in hoc est, per se quidem uidet uisus: per accidés autem, q; est Diares nouit. Quædam autem exemplaria habent, Diaris filius.

Quare etiam nihil patitur, quatenus tale, à sensili.

Propria qdé sensilia à cõibus sensilibus, &, iis q̃ sunt fm accidés, distinxit: q; circa illa qdem error nõ accidat: circa hæc aũt nõnũq̃ accidat. In collo.n. colũbæ, & in eiusmodi, q̃cũq; habent uariorũ colorum mixtionem, uarietas, & mixtio, &, quæ est ad radium, quædam eorum habitudo, q; ea alias aliter apprehendantur, & decipiamur, causa, est. Nunc autem ab iis, quæ sunt per se, sensilibus, ca q̃ sunt per accidens, discernit. Ab iis enim, quæ sunt per se (inquit) sensilibus patiuntur sensus. Non ita autem & ab iis, quæ sunt secũdum accidens. Et quòd propria quidem sensilia agant circa sensus, clarũ est. Quòd aũt & cõia, hinc manifestũ est. Qđ acutos.n. habet angulos aliter agit circa uisum (eũ.n. molestia afficit,) q̃, qđ obtusos habet angulos, & é magis planũ, & carés angulis. Iá uero & circa tactum pspicuũ est, q; non simiľr agunt diuersę figuræ, sed aliter, q̃ acutos habet angulos, & q̃ obtusos, uel nullos. Simiľr & in motu & statu. Neq; enim similé affectũ sustinet auditus, sonũ, qui mouetur, uel qui stat, audiens. Simiľr & odoratui fit qdam diuersus ab his affectus: etsi eorum ,pprietates oratione exprimere nõ possumus. Sed & tactus aliqué alium affectũ patitur, cum moueť tangibile: & alium quádo stat. Si enim nõ ita esset, in fluente státes fluuio, cum una sit aquæ continentia, & eodé modo, q̃tenus aqua est, agit in tactum, nõ simul sensu perciperemus q; moueť, etsi stat, q; stet. Et ex hoc ergo clarum est. q; fit ob hæc sensui diuersus affectus. Neq; uero dicendũ est, q̃uo se habet & in numero. Diuersum enim affectũ patimur, cum plures, q̃ cum unũ audimus. Vnde & à uocum multitudine cõmouemur, & cõcutimur. Quod qdem non eueniret, nisi à multitudine aliquid patereť auditus. Sed & duos colores uidentes, & si sint similes, uisu aliter afficimur. Et hoc fit manifestum, si duabus simul lucernis uisus se applicet: nam & hic uisus dimoueť, & excutiť in sensilium apphensiõe. Atqui hoc nõ patereť, si unitũ esset, quod duarũ lucernarũ ignitum est, sed & plurium. Vnde auté & multitudiné tactu apphendimus, uel gustu, nisi ab ea diuersum affectũ patiamur? Nisi quispiá ad hoc cõtradixerit q; tactus, quádo sentit multitudiné, nõ alium patiť affectum. Sed quia per uniuersum corpus tactiua est facultas, plures sunt partes, quę apprehendunt ea, quæ appropinquarũt: & sic imaginatio, uel ratio potius colligit, q; sunt plures, qui tetigerunt. Nunqd auté hoc ipm contingit & in uisu? Cum enim alii uisus uisibili aliter se applicát, accidit ut cum facultas, q̃ iudicat, sit circa corpus diuisibilis, & diuulse ac diuisim uisibilia apphendat, cõfundatur uis imaginatiua, q̃ plures simul typos non põt admittere. Quare nõ alium affectũ sensus sustinet. Oportet enim si nõ imaginatio cõfundéda est, unum & cõtinuũ sensus affectũ ad eam trásmitti. Præterea aũt & magnitudo aliqd agere uidebitur & in uisum, & in tactũ. A maiore enim colore, uel maiore calido magis cõgregant́, uel disgregant́ sensoria. Tactus itaq; & uisus uel tátam habet magnitudiné, uel in táta est magnitudine: si quidé sub eo, qđ est in minori simiľr magnitudine albo. Atqui q̃tenus album, uel quatenus calidũ fit, magis aget magnũ paruo: multum pauco. Sed ad hoc dixerit qspiam, qđ cum densæ sunt facultates, firmiores, & ualidiores fiunt, atq; adeo seipsis potentiores euadunt: ut in grauibus clarum est: coeuntes qdem certe grauitates grauiores fiunt, q̃ quádo erant disiunctæ. Quádo ergo in maiore fuerit subiecto color: etiam si idem q̃litate fuerit: magis aget confirmatus, & ualidior effectus à similiũ cohærentia, & cõtinuitate. Quod & in igne quoq; fit. Si plus enim fuerit, magis urit. Sciendum auté, q; cõia sensilia à ,ppriis separata sensilibus in sensus nihil penitus agunt. Neq; sunt oíno apphensibilia: sicut figuram uisus nõ apphéderit, si, quod figuratum est, coloris expers fuerit. Sed neq; tactus, si nullá, ex simplicibus q̃litatibus habeat. Et in reliquis simiľr. Quare uideri possint & ipsa esse ex iis, q̃ sunt per accidens, sensilibus. Per alia enim sui apphensioné prębent. Sed dico, si, q̃ sunt p accidens, sensilia, ,ppter hoc ipm in sensus nihil agunt: ab his autem sensus patiũtur, nõ fuerint.s. per accñs sensilia: sed scđario quidem fortasse sensilia, uerũtamen per se. Et sicut non, quoniá sine lumine uel perspicuo, uel eo, quod intercedit, non agunt propria sensilia circa sensus, ,ppterea ea esse dicimus per accidens sensilia: sic & si cõmunia sine propriis non agant, qm̃ cum illis oíno sunt, & agunt, scđm hoc & eis sensilia fuerint, circa quos agunt. Quare si qs sensus ab his nõ patitur, ei nõ fuerint sensui sensilia, nisi fm accidés. Quæsiuerit auté quispiá, si, quæ sunt per accidés sensilia, sunt substátiæ, eas aũt sola ratio cognoscit, instruméto sensu utens: quá ob causam etiá omnino per accidés sensilia dicunť: quî fit, q; canis dominũ cognoscit: & asinus psepe: & si qd aliud eiusmodi in irrationalibus uideť? Dico q; nõ, ut substátias, hæc

cognoscunt:sed ut tales figuras,q̃ sensui amicę,uel infestæ fuerint:eisq; adhærẽtia typos in imaginatione cognoscũt. Si autẽ in irrationalibus quoq; eorũ sensus est:figurarũ dico: & numerorũ: & reliquorũ:discernũt enim,quod sibi aptũ est,& cõueniens ab alieno:& quod mouet appetendũ psequuntur:sicut & multitudinẽ sentimus,et numerũ:& hinc quoq; qspiã,q ea sint p se sensilia cõfirmabit. Agunt enim & circa irrationalia aĩalia Neq; enĩ ab eis cognoscerẽtur.Illa enĩ nihil p accidens sentiunt:quoniam neq; ratiocinari possunt.Quę enĩ sunt secundũ accidens sensilia,in sensus nihil agunt,& rõne opus habẽt,quæ ex aliis rõcinãdo colligat.Sed & locus est,p accidẽs sensilis ab eo enim nihil patiunť sensus Neq; enĩ formã loci apphendit sensus,nisi ut figuras, idq; non ppter se,sed eo q. in loco est.Quare & hic quoq; est ex sensilibus q̃ sunt secũdum accidẽs.Quòd autẽ cõmunia sensilia nõ sunt per accidens sensilia,sed per se,est & logice hoc mõ ostendere. Si enĩ figura & magnitudo,& numerus,& motus,& status sunt sensilia:neq;.n.sunt intelligibilia: Quæcũq; enĩ sunt,uel intelligibilia sunt,uel sensilia:Si ergo nõ intelligibilia sunt, quæ dicta sunt, sunt secundũ se sensilia:Si aũt sensilia,oportet esse sensum,q ea apphendat. Quod enĩ est sensile,sensu est sensile. Si ergo neq; ullus alius sensus ea per se apphendit:neq; ullius ex quinq;,sunt ppria sensilia:qd restat nisi ut uel omniũ,uel plurium sint cõmunia? Si enĩ,neq; his per se,neq; aliis fm se fuerint apprehensibilia ne fuerint quidẽ penitus sensilia. At qui nec sunt intelligibilia.Neq; ergo sensilia fuerint,nec intelligibilia.quod fieri nõ potest.Prætterea autẽ & magitudo in uisum quoq;, & in tactũ aliquid agere uidebitur à maiori enĩ colore, uel maiore calido cogũtur sensoria, uel disiungũtur. Tactus,& uisus uel tantã habet magnitudinem: uel in tanta magnitudine albo similiter existẽte. Atqui,quatenus est album,uel calidum,magis aget.

Eorum autem, quæ sunt per se, sensilium sunt propria proprie sensilia, & ad quæ vniuscuiusq; sensus substantia natura est.

Quænam sunt secũdum accidens sensilia,aperte declarauit.Ea,nempe,q̃ sua natura nõ sunt sensilia,insunt autẽ iis,quæ sunt per se,sensilibus. Albo aũt accidere dixit Diaris filiũ.Non,q albo Diaris filius accidat:neq; enĩ substantia accidẽtibus accidit:sed q fortasse accidat hoc uisibile albũ Diaris esse filium.Quòd aũt nihil patiať uisus à Diaris filio,quatenus Diaris est filius, signũ est q per accidens eum uisus sentiat.Cum aũt sint duplicia p se sensilia:hæc qdem cõmunia:illa uero uniuscuiusq; sensus ppria:uniuscuiusq; ppria ea esse dicit pprie sensilia. cuius cãm declarauit dicẽs. Et ad quę uniuscuiusq; sensus substãtia natura est.Si enĩ uniuscuiusq; sensus esse est ad ppria sensilia: hęc sunt maxime sensilia. Ad aliquid enim est sensus. Ad aliquid autem sunt, quibus esse est unicuiq; sensui. Et ea sunt maxime pprie sensilia:uisui qdem ad uisibilia,auditui autem ad audibilia: & in reliquis similiter.

Cuius ergo visus est,hoc est,quod videtur.

Postquã cõmuniter dixit de sensu,& sensilibus:& de unoquoq; sensu seorsum est dicere aggressurus: prius differit de unicuiq; sensui sensilibus: & ante oĩa de uisui sensilibus: quãdoquidẽ ante alios quoq; de uisu differet.Deinde dicit q id,quod uisui est apphensibile,color est:&,qđ oratiõe quidẽ explicatur,usitatũ autẽ nomẽ nõ habet,cuiusmodi sunt Lampyres,& squamę,& quędã alia. Deide definit,quidnã est color:nẽpe id,quod est motiuũ eius, qđ est secũdum actũ, perspicui.Qm̃ ergo in coloris definitione meminit perspicui,docet nos quidnã sit perspicuũ. q natura q̃dam est, quæ in pluribus inest,in aqua,in aëre,in uitro,& in aliis,colorũ trãsportatrix. quæ,nõ p̃sente,quidem luce,potentia est hoc ipm̃ perspicuũ:actu aũt fit pspicuũ p̃sente lumine.Quoniam ergo lucis meminit,de ea prius uerba facit.Cuius ergo uisus est,subaudiendũ apphensiuus,hoc uideť.

Visibile autem est & color,& quod licet quidem oratione dicere,est autem sine nomine.Clarũ autem erit progreßis,id quod dicimus.Quod enim visibile dicimus,color est.

Postq̃ dixit,q,cuius est uisus apphẽsiuus, & circa quod ipsa facultas operatur, hoc est uisibile, deinceps subiũgit,quęnã sunt uisibilia:q & color,& q̃dam alia,quæ cõe qdem nomẽ nõ habẽt,oratione autem explicãtur.De quibus in pgressu dicet:ut sunt lampyres:capita pisciũ:squamæ:oculi echinorum:testæ marinorũ:quę in luce quidẽ nõ uidenť,sed in tenebris. Neq; enim eis color esse uidetur,quod in eis igneum qd apparet in tenebris. Est enim coloris pprũ in luce uideri.Quod autem est in eis igneum,in luce non uideť.Quod enim uisibile est,color est.

Hoc autem est, quod in eo est, quod est per se visibile, Per se autem non ratione, sed in seipso causam habet, q fit visibile.

Cum dixisset in ꝑgressu nobis apertũ fore, quænã sint ea inominata, q̃ uisibilia esse dixit: trãsit ad dicendũ de colore, sed ut de uisibili. id ergo est, inquit, color, dico autẽ uisibile, quod in eo inest, qd est per se uisibile. Per se aũt uisibile, dicit superficiem. Qũo aũt per se uisibile supficies, ipse explicauit. Non enim, inquit, sic per se dictũ est, ut rõne pse, id est definitione. In demõstratiuo enim dicit Per se esse, uel, quod in subiecti definitione adsumit: ut animal. & rationale in definitione hominis: ea.n. per se homini insunt: uel cuius in definitiõe subiectũ assumit: ut in simitatis definitiõe, naris. & in definitiõe paris, & imparis, numerus. Ea.n. per se numero insunt. Dicimus.n. parem eẽ numerũ, qui in duas ptes scindit. imparẽ aũt numerũ, qui in duas ptes diuidi nõ põt. Sic simitatẽ eẽ cõcauitatẽ in nare. Nõ sic aũt, inquit, per se uisibile, supficiem: sed ut, quæ in se habet cãm, ut sit uisibile. Id aũt est color. Qui.n. in superficie color est, id est uisibile: & eũ uisus apphendũt. Neq.n. apprehẽdunt eũ, qui est in ꝓfundo, colorẽ. Perspicuos.n. lapides uidemur qdẽ uidere per uniuersum ꝓfundũ coloratos: sed uisu fallimur. Eo.n. qd sunt perspicui lapides, per ꝓfundũ trãseunt uisus, uel colorũ operationes. Per solũ aũt colorẽ, qui est in supficie, lapides apphendimus: & propterea uidemur eũ quoq, qui est in ꝓfundo, colorẽ uidisse. Huius aũt signũ est, q, si uitri, uel pspicui lapidis una supficies colorata fuerit, totũ corpus nobis uideat per ꝓfundũ esse coloratũ. Et si ad nõ coloratã superficiẽ aspexerimus, ipsa quoq eiusdẽ nobis coloris eẽ uideat, cuius & colorata, & si illo colore colorata nõ fuerit. Vitreorũ itaq speculorũ externã superficiẽ plũbi colorẽ hẽre putamus. Et interius colorata pocula toto corpore colorata esse uidenẽ, utpote q uisus per pspicuũ extremã supficiem uideat, & illius colorẽ apphendat. Quid igit, dixerit quispiã, in pspicuis lapidibus non uidemus, si quẽpiã alienũ colorem interiectũ esse contigerit, ut, q̃ in electro intercipiunẽ, culices? Porrò & in aliis perspicuis lapidibus, si quẽ alienũ colorẽ in ꝓfundo in aliq̃ esse parte contigerit, sit nobis sensilis. uisu itaq. f. apphendente colorẽ, qui est in ꝓfundo, sic euenit, ut fiat distictio eius, q interiectus est, alieni coloris à reliquo. Dico ergo, qd si sit qdem, q est in ꝓfundo in aliq̃ parte pspicui lapidis, alienus color acrior, & uehemẽtior, quiq sensum magis feriat, q̃ is, qui est in toto lapide, colorẽ apphendunt eũ uisus ꝑpter eã, q̃ est in lapide, perspicuitatẽ. Sed si sit ĩbecillior, nõ fit eius apphensio. Sunt.n. qdam gẽmæ aperte pllucidæ, ut sardiæ, & qdam aliæ, coloratæ: nõ per ꝓfundũ, sed q̃ in ꝓfundo sunt albæ: q quidẽ ad ꝓfundũ usq eodẽ colore coloratæ esse uidenẽ, nempe, q uisus profundũ nõ apphendat. In qbus aũt interiectus apparet alienus color, eo q imbecillior color est, q est in superficie, nõ impediunẽ uisus, quominus apphendãt eũ, qui est in aliq̃ ꝓfundi parte, ꝓfundiorem colorẽ. Si itaq uitri exiliore, & nõ satis copioso colore tincti alterã superficiẽ nigro ꝓfundo illiueris, totũ tibi nigrũ uidebit. Atq nõ totũ est nigro coloratũ. Quare & si in gẽmis trãslucidis coloratã ꝓfunditatẽ cernere uidemur: nõ reuera qdẽ ꝓfunditatẽ, & si colorata fuerit, sed solã supficiẽ apphendimus. Quẽadmodũ.n. & si uisus per aerẽ uel aquã permeãtes, q interiecti sunt colores, uidentur: qui.n. in quouis sunt trãslucido, colores uides: eorũ qdẽ certe, q̃ uidenẽ, non ptingit ad ꝓfundũ usq, uisus: sed fm solã superficiẽ ea apphendit. Sic & trãslucidis lapidibus cõtingit, ꝑpter eã, q̃ in illis est, perspicuitatẽ, quãdo nõ totus lapis à uehemẽti aliquo, & efficaci colore occupatus fuerit, q interiectus incidit color, uidet, ꝑpter lapidis perspicuitatẽ. Ipse qdem, qui uidet color, fm solã partis superficiem, in qua est, uidet, non autem uniuersum ꝓfundũ. Qm̃ ergo, q in supficie color est, id est uisibile: ꝑpterea fm se uisibile superficiem dicit, ut q̃ sit subiectũ eius, qd est per se uisibile.

Omnis aũt color est motiuus eius, quod est secundũ actum perspicuũ. Et hoc est eius natura. Quapropter non est visibilis sine luce. Sed omnino vnusquisque color in luce est visibilis. Quare de luce primum dicendum est, quid est.

Hæc fuerit coloris definitio, ab accidẽte, & ꝑprio ipm declarãs, nõ à substãtia. In libro.n. q est de sensibus, & sensilibus, eius definitionẽ, q̃ est à substãtia, tradidit. Dicit ergo colorẽ esse motiuũ eius, qd est fm actũ perspicuũ: id est, illuminatũ. Qd.n. nõ est illuminatũ, est potẽtia pspicuũ. Motiuum autẽ, pro eo qd est, perfectiuũ. Est.n. eius lux quoq perfectiua, q̃tenus ipm perficit, & actu pspicuũ reddit. Perfectiuus uero est eius & color, q̃tenus per traiectiã eius facultatẽ ad operationẽ deducit. Apparat.n. ipm & quodãmõ disponit à colore, qui ipm quodãmõ subigit & cõprimit, ut natura subigi citra ullũ affectũ põt, idq; uisui tradit. Sed lux quidẽ eius est pfectiua, qd est potẽtia pspicuum. Ipm.n. perficit, & actu perspicuũ reddit. Colores aũt sunt perfectiui eius, qd est fm actũ per

ſpicuũ.Ipm aũt perficit,nõ q̃tenus eſt perſpicuũ,ſed q̃tenus,qđ ſm actum eſt,perſpicuũ, eſt potẽtia traiectitium,& colorũ annũtiatiuũ.Poſtq̃ ergo colores adfuerint,actu fit tale.Si ergo color eſt motiuus eius,qđ eſt ſm actum perſpicuũ : quod aũt ſm actum eſt perſpicuũ,eſt illuminatũ:& p eius motũ uidere euenit:ꝓpterea ergo ſine lumine nõ uident colores.Neceſſe eſt itaq; ei,qui de uiſibilibus dicturus eſt,ut de luce diſſerat,eo ꝙ ſunt colores uiſibiles.Poſtq̃ autẽ dixit colorẽ eẽ motiuũ eius qđ eſt ſm actũ perſpicuũ:ꝙ actus perſpicui lux eſt,declarauit,ſubiũgẽs, Quapp nõ eſt uiſibilis ſine luce.Nõ uiſibilis aũt.ſ.color:perſpicui.u.actus lux eſt.Color aũt motiuus eſt eius,qđ eſt ſecundum actum pſpicuum.Quoniam ergo ei,q de uiſibilibus eſt diſputaturus,de lumine neceſſario dicendum eſt:Primum,inquit,dicamus de lumine:ſed quoniam lux perſpicui actus eſt : anteq̃ de luce uerba faciat,de perſpicuo diſſerit.

Eſt aliquid perſpicuum.Perſpicuum autem dico,quod eſt quidem viſibile,non per ſe autem viſibile,vt ſemel dicam,ſed per alienum colorem.

Cum iam dixiſſet ꝙ ſibi q̃dem ꝓpoſitum eſt de uiſibilibus dicere:ad diſſerendũ aut de uiſibilibus,de luce neceſſario dicendũ eſt:ad dicendũ uero de luce, de pſpicuo prius agẽdũ eſt:de eo diſſerit.Perſpicui itaq; differentiã ab aliis quoq; uiſibilibus,dico autẽ coloribus,tradidit,dicens, uiſibile eſſe perſpicuũ,non ꝓpter ꝓprium,ſed ꝓpter alienum colorẽ.Colorem autẽ dicit lucem. Eſt enim ueluti color pſpicui.Et nũc q̃dem ipſam colorẽ dicit. ꝓgrediens aũt exactius dicit,Veluti colorem. Lux enim eſt color.Perſpicuũ itaq;,ĩquit,qđ per ſe nõ uiſibile, ſed accepta luce, q̃ alienus color eſt, ſic fit uiſibile:luce autẽ uel ignis,uel ea,q̃ eſt ex cœleſtibus,ſole:luna:& aſtris.Dubia autẽ eſſe mihi uidet oratio.Videri enim poſſit eſſe & uiſibile pſpicuũ, & non uiſibile. Si.n.in olla,uel aliquo alio eiuſmodi uaſe,lucernã depoſueris,lumine p foramẽ ſurſum aſcendẽte:ſi in aẽrem,q eſt ſuper foramen,per quẽ lucẽ emittit,ſuſpexeris:ipm illuminatum nõ uidebis: niſi forte uel tectũ,uel aliquod aliud corpus ſolidũ eſſe ſuperius contigerit.Nam quãtum in ſe quidẽ eſt,uideri nõ poſſet.Nunqd ergo,ꝙ,qui in ipſo ſunt colores,appareãt,eſt uiſibile per accidens? Quod autem in particulari hoc exemplo diximus,hoc etiam in lumine ſolari eſt dicere. Nũqd autẽ,ꝙ ſolari lumini ſolida undiq; corpora obuia fiant,ꝓpterea fit uiſibilis,qui eſt circa nos,aẽr? Clarum enim eſt,ꝙ quocũq; reſpexerimus,ſiue ſurſum,ſiue deorſum,ſiue oblique,& ad latus,uel cœlũ,uel terram,uel aquã uidemus. Quòd,ſi,ut in p̃dicto exemplo ĩ ſuperiorẽ locum reſpicere poſſemus,in quo ſolari lumini corpus ſolidum nõ occurrat:fortaſſis in ea parte non uideremus illuminatũ aẽrem. Sic ergo uidebit illuminatus aẽr,quãtum in ſe eſt,nõ eſſe uiſibilis.Sed qm̃ aperte ſcimus,quãdo dies eſt,& quãdo nox, nõ alio ſenſorio,quã uiſu iudicãtes:nec nos ſolũ,ſed &,q̃ ratione carẽt,aĩalia:ſpelũcas enim ſubeũt, & ex eis exeũt noctẽ diſcernẽtia, & diem:hac.ſ.ratione fuerit uiſibilis illuminatus aẽr:& quẽadmodum,quoniã ſine lumine nõ eſt uiſibilis,ꝓpterea nec uiſibilẽ ipſum dicemus:quãdo quidem neq; quicquã aliud ſine lumine uideri põt.Et nõ ſolum ſine lumine,ſed & eo,quod interiectũ eſt,& pſpicuo opus eſt,ad hoc,ut ſint uiſibilia:& ideo ſenſuũ ſumptuoſiſſimũ eẽ uiſum dicebat Timæus, eo quod pluribus,quã alii,ad ꝓprias opationes exercendas opus habeat:Sic etiam illuminatus aẽr in luce non uidet,niſi in ſolidũ corpus lumẽ incidat,ꝓpterea ne uiſibilis q̃dem fuerit. Si enim lux nihil eſt aliud,quã actus, & pfectio eius quod eſt potẽtia perſpicuũ:lux autẽ nullo alio iudicatur, quàm uiſu:eſt uidelicet illuminatus quoq; aẽr uiſibilis,quatenus eſt illuminatus,etſi aliis indiget. Lux aũt nõ eſt aẽris ſubſtãtialis q̃litas.Quare nec ꝓpter ꝓpriã q̃litatẽ eſt uiſibilis,ſed ꝓpter alienã, dico aũt lucem quã colorẽ abuſiue appellauit,eo qđ maxime uiſibilis color eſt.

Eiuſmodi autẽ eſt aer & aqua:& multa ex ſolidis.Non enim,quatenus aqua,neq; quatenus aer, eſt perſpicuũ: ſed ꝙ eadẽ eſt in his utriſq; natura,& in æterno,quod ſupra eſt,corpore.

Non enim per ſolum aẽrem,& aquã uidemus ut quæ pſpicuum habeant:ſed & p multa ſolida corpora.ſunt autẽ multa eiuſmodi:Vt gemmæ : cornua : uitrũ: gypſum perſpicuũ:& multa alia. Quare ſi in pluribus corporibus eſt perſpicuũ,clarũ,ꝙ nõ, quatenus aqua,uel aẽr, uel aliqd aliud ex perſpicuis, perſpicuũ habet.Si enim ſecundũ aliquid eorũ eſſet perſpicuũ, ut,ſi aẽr eẽt,nõ eſſet, quod non eſt aẽr pſpicuum.Nunc aũt ſunt pſpicua,&,quę nõ ſunt aẽrea.Similr & in aliis. Quare eſt aliqua pſpicui natura,quæ in pluribus ſubſtãtiis,& ſubiectis eſſe habet. Quẽadmodũ enim eſt humiditatis natura,uel caliditatis,uel oĩs,ut paucis abſoluã,qualitatis: ipſæ autẽ qualitates,cũ aliæ ſint p̃ter ſubiecta, pluribus inſunt corporibus: ſic eſt & pſpicui natura,q̃ eſt in pluribus ſubiectis,

ut quæ sit alia ab ipsis. In his autē utrisq; dixit, id est in aëre, & aqua: quoniā eorū alioqui meminerat, ut quę sint maxime pſpicua. Perſpicuitatis aūt aīt eſſe pticeps, &, quod ſuperiorū corporū ęternum eſt. Dicit autē ipſam ſphætarū effuſam latitudinē. Sunt autē omnes pſpicuę. Videmus enim, quæ in primo mobili ſunt, aſtra per alias ſphæras. Ipſæ ergo ſphæræ ſunt pſpicuæ. At nō itidem & aſtra. Vnde & per interpoſitionē, ſui inuicē aſpectum auferunt. Hinc eni ſolis eſt defectus, cū ab interpoſita luna eius lumē adimitur. Si aūt eſſet pſpicua: non ſubter eū curiēs eius lumē obſcuraret & aliæ ſtellæ ſubter currentes interpoſitione, & cōgreſſu aliarum ſtellarum nobis aſpectum adimunt. Vnde clarum eſt, φ non eſt in aſtris natura perſpicui.

Lux aūt eſt huius pſpicui actus, quatenus eſt pſpicuū. Potētia aūt in qbus hoc eſt, & tenebrę.

Poſtquàm dixit quid eſt perſpicuū, φ uiſibile quidē, non per ꝓprium autē colorem uiſibile, ſed per alienū: confert ſe ad dicēdū de luce: & dicit lucē eſſe actum perſpicui, q̄tenus eſt perſpicuū, pro eo, quod eſt, eius forma, & perfectio. Cum eni potentia pſpicuum, ſi lux acceſſerit, eiq; formā dederit, & ipſum pfecerit, ipſum actu perſpicuū effecerit. Eſt eni in aëre, & aqua, & eiuſmodi pſpicui natura: quæ ſi lumen quidē non adſit, nō eſt actu pſpicua: neq; eni eius colorū aliquid uidemus: Si adſit autē lumē, habet ꝓpriam formā, & perfectionē. Si lux itaq; adſit per aërem qdem uel aquā uidemus: Per terrā autē non utiq;, ut quæ in ſe, ſcilicet, potentia nō habeat pſpicui naturā. Eorum autē, qui de luce dixerunt, hi qdem eam dixerunt eſſe corpus: illi autē incorporeū. Quòd lux non eſt corpus, neq; uero ex uiſu per aliquorū corporū emiſſionē uidere fit, oportet hoc ipſo ꝓbato, φ fieri non poſſit ut uel lux, uel uiſus corpus ſint, ſic eam, q̄ eſt Ariſtotelis, de his exponere ſententiā, & deinceps, quæ ad eā ſpectant, dubitatiōes cōſiderare. Si itaq; ſecundū aliquorū corporū emiſſionem ſit uidere: quomodo fieri pōt ut ſimul ac ſuſpexerimus, ſimul & ſemel cœlū repente apphendamus? Quomodo fieri poteſt, ut abſq; tēpore tātū ſpaciū moueatur? Oſtenſum enim eſt duorū Zodiaci ſignorū eſſe diſtantiā à terra uſq; ad cœlum. Quę eni à centro eſt, ſpatio ęqualis eſt duorū ſignorum ſexāguli lateri. Et triplus eſt ambitus ad diametrū. Eſt autē, φ à cētro eſt, dimidiū diametri. Clarū eſt ergo, φ cum uniuerſus diameter q̄tuor ſigna habeat, & ꝑterea ambitus duodecim habeat, dimidiū diametri duo habet ſigna. Quomodo ergo fieri pōt, ut corpus tantū ſpatiū moueaſ? ipſe quidē motus omniū uelociſſimus, dico aūt primi mobilis, duabus horis ſextā uniuerſi partē, dico autē duo ſigna, mouetur. Quomodo ergo nō eſt ab omni rōne alienū, ut, q̄ ex uiſu corpora emittūtur, ipſo quoq; primo mobili uelocius moueri pſumātur? Rurſus ſi per radios, q ſunt corpora, uidemus: quādo, cum ſuſpexerimus, quartā cœli partē uidemus, omnino neceſſe eſt, φ uiſus, qui per aërem ꝓcedunt, uel trāſeant: & ſic corpus p corpus trāſiuerit: qd nequit fieri: uel ipm ſecēt. & ſi ſecant, non oporteret nos neq; cœlū, neq; ea, quæ ſunt uiſibilia, ſm cōtinuitatē uidere: ſi qdem non per totū aërem ꝓcedunt, ſed ipſum ſecant. Clarū eſt, ergo φ partes uiſibiliū, q̄ ſunt ſub ptibus ſecti aëris, uideri nequeāt. Et ſic nihil eorū, quæ uidenſ, cōtinuū uidemus, ſed diuiſum per partes. Præterea, quoniā ſuſpicientes quartā cœli partē uidemus: ſi p corporeorū quorundā radiorū emiſſionem ſit uidere: neceſſe eſt, ut uiſus eiuſmodi corpora ſtatuamus, ut à nobis ad cœlū uſq; ptingant, & eius quartā partē cōprehendant: quod qdem abſurdū eſt, ex parua oculi parte, uel potius non toto, ſed ex pupilla, tanta corpora emitti dicere, ut quartā uniuerſi partē cōprehendāt. Sed ad hæc dicunt, φ uiſibiliū ſit occurſus ad uiſus. Quædā enim lumina ex cœleſtibus emittunſ, quę qdem occurrentia uiſui, ſui apphenſionem ꝑbent. Ad hoc dicimus, φ ſi nō ipſis cœleſtibus ſe applicat uiſus, ſed luminibus, q̄ ex ipſis exeunt: unde ſciūt aſtronomi magnitudines aſtrorū: unde motus: unde diſtātias: unde coitus, & receſſus, & quęcūq; alia de cœleſtibus demōſtrant? Tanquā eni ipſas ſphęras apphendant, ſic de eis demōſtratiōes faciūt. Deinde ipſa quoq; lumina, q̄ ex eis exeūt, neceſſe eſt uel corporea eſſe: uel incorporea: Si corpora itaq; fuerint: iiſdem refellenſ rationibus, quibus eos, q; lucē corpus eē dicūt, refellimus. Si aūt incorporea, q̄nā uſus eſt uiſuū emiſſiōis, & occurſus? Si eni incorporei oīno actus fuerit: ēt, ſi nullus fuerit penitus occurſus, ad uiſus uſq; ueniēt. Et ſic de uiſu, & lumine idem dicēt, φ Ariſtoteles, ut paulo poſt ſciemus. Vt paucis aūt cōplectar, ſi uidere ſit ſcdm eam emiſſionē, q̄ ſit ex oculis: uel corpora eē neceſſe eſt, q̄ emittunſ: uel lineas, ut dicere uidentur Mathematici. Sed ſi lineæ qdem fuerint uiſus, qui exeunt. ſ. ſecūdum ſigna uiſibilia attingunt. Videre autē fieri dicunt, φ uiſus uiſibilia attingant: ſcdm ſigna ergo attingūt. Secūdum ſigna ergo & uiſibilia apphendent. Magnitudines ergo nō apphendent, qd eſt abſurdum. Si autem corporea: uel eſſe pforatam circa pupillā corneæ ptem neceſſe eſt: quod falſum: eſt enim ɔtinua: & poſtquā perforata fuerit, humores quoq; ſtatim effundūtur: uel corpus p corpus trāſiret: quod &

ipsum fieri non põt:uel per quosdã poros seu meatus uisus exire necesse est. Sed q corpora qdem
non sunt poris seu meatibus ꝓdita, in libro de generatiõe oñsum est. Et alioqui necesse est aliquas
omnino esse magnitudines, & corpora in tunicis, qbus intercipiũtur meatus. Per illa itaq neq̃quã
fieri põt, ut uisus ꝓcedant. Quare non oporteret uidere pauimentũ, seu qduis aliud, sc̃dm ↄtinui/
tatem: sed aliquas quidẽ partes uidere, aliquas uero nõ. Visibilis enim partes, è quarũ regione sitæ
sunt magnitudines, q̃ meatus intercipiũt, eæ ut uideant, nequaq̃ fieri põt. Nihil ergo ſm cõtinuita
tem uisum est, qđ qdem sit ꝑter rei ueritatẽ, & id qđ aperte fit. Sed neq ut incorporeus actus ex
oculis exeat, fieri põt. Vel.n.cũ ꝓpria figura exit, uel nõ. Si cũ ꝓpria quidẽ figura in alio esse subto
oĩno necesse est. Qm̃ ergo sensitiua facultas uita q̃dã est: neq.n.fieri põt, ut qđ nõ uitam habet, sit
sensus particeps: cui aũt uita infuerit, illud facit uiuere: & sensitiua ergo facultas ex oculis egressa:
cũ in aere fuerit, uel in aq̃, uel, ut semel dicã, in aliquo eorũ, q̃ sunt perspicua, illud facit uiuere. Est
itaq & aĩatum: qđ est ridiculũ. Vel si ita nõ est: erit uita in nõ uiuenti: qđ fieri nõ põt. Maxime au
tem, si uisiua facultas actu exiens ex oculo, fuerit in aere, uel aq̃, uel eiusmodi, ille erit, qui uidet, &
qui sensitiuus factus est. Quòd itaq nihil ex oculis ꝓcedit, neq corpus, neq incorporeũ, & ex aliis
quoq multis ꝓbari põt: hæc tñ sufficiunt, q̃ dicta sunt. Quòd aũt lux corpus nõ est, hinc clarum
est. Si.n.corpus esset, qũo fieri posset, ut corporis tã citus, & tã repentinus eẽt motus? Simul.n.ac su
per horizõtem seu finitorẽ sol euasit, repẽte sine tẽpore, qđ super terrã est, hemisperium illumina/
tur. Et si absc̃õsam lucernã in domũ intulero: deinde extra operculũ eduxero: ꝓtinus simul & se/
mel tota domus illustrat. Qũo ergo fieri posset, ut sit corpus sine tẽpore moueret? Deinde si lux
corpus est, cũ sit simplex. s. simplici motu mouebit. Simplices autẽ motus duo sunt: qui ſm rectũ,
& qui ſm circulũ. Si itaq recta moueat lux: uel, cũ sursum moueat, deorsum neu mouebit. Vel, si
deorsum moueat, sursum nõ mouebit: nunc autẽ & sursum, & deorsum, & à dextris & sinistris ui
det moueri. Quodcũq autẽ corpus recta fert, uel, qui sursum est, uel, qui deorsum, motu mouet.
Quòd aũt nõ mouet circulo, ex ipsa rei euidẽtia clarum est. Si.n.in angustã domũculã altera parte
lõgiorem lucernã intulero: in domũculæ principio statim recta totũ illuminauerit: & si inferne po
sita fuerit, q̃ superne quoq sunt, illuminauerit: & si superne, siſr q̃ inferne. Ostẽdunt autẽ &, q per/
spectiua demõstrãt, q ſm rectũ lux ꝓcedit, & nõ ſm circulũ. Si.n.asserem ꝑforaueris, uel in eo inci/
sionẽ aliquã feceris: & in altera quidẽ asseris parte ſm incisionẽ lucernã accẽderis: in altera aũt par/
te asserẽ statueris: ueniet, qđ per incisionẽ ingredit lucernæ lumẽ, in alterã tabulã. Si ergo à luce, q̃
est in assere, rectã extẽderis, per id qđ est incisum, trãsibit ad lucernã. Fit itaq ſm rectũ, uidelicet, lu/
cis motus. Quare si nõ ſm rectũ mouet, ut corpora, neq eo, qui sursum est, solo, neq eo, qui deor
sum est, solo motu mouet, neq ſm circulũ: omne autẽ corpus uno ꝓdictorũ motuũ mouet: uidet
lux nõ esse corpus. Rursus, si lux est corpus, necesse est oĩno, si per totũ quidẽ aërem ꝓcedit, eẽ cor
pus in corpore: si autẽ non p totũ, sed uel ipm scindit, uel per eius poros & meatus ꝓcedit: necesse
est nõ in omni parte aëris lucẽ eẽ: Sed eẽ aliquas qdem eius ptes illustratas: alias uero obscuratas.
Quare neq oĩs aer erit illuminatus: neq ubiq erit aër: sed ubi lux qdẽ fuerit, non esse aerẽ: & ubi
aër, nõ esse lucẽ: & sic cõtinget ut lucẽ, & aërẽ respiremus: aliquãdo uero & lucẽ tãtũ, non etiã aërẽ,
ut quãdo p ipm illuminatũ nos respirare cõtigerit. Hæc aũt sunt manifeste absurda, & ꝑter ipsam
rei euidentiã. Oporteret aũt & uentũ, dũ simul coactus, & ↄtinuus mouet, oẽm quoq locum un/
diq obscurare, in quem inciderit, extrudentem lucis corpus: uel locum certe obscuriorem redde/
re, utpote qui lucis corpus, uel eius partes extruserit, & in eorum locis fuerit. Nunc autem hæc
non eueniunt. Videmus autem, quòd & illuminato aëre iidem sunt aëris actus. Spiramus enim
similiter, & refrigeramur. Atqui lucis certe naturę insitum est, ut aërem calefaciat, non refrigeret.
Accedit his, quòd, quandoquidem, qui lucẽ corpus eẽ dicũt, luminis sphęrã quãdã ex sole ꝓcedere
inquiunt: quoniã & sol ipse est sphęricus: est autẽ & aër quoq sphęricus: omnino necesse est lucis
sphærã ad nos ꝓcedentem, uel aëris sphærã trudere, & sic eius locũ occupantẽ, qui circa nos est, lo/
cum illuminare: uel nõ trudere: uel per ipsam ꝓcedere. Si itaq aërem trudit, & eius locũ occupat:
erit aëre uacuũ illuminatũ hemisphęriũ: quod fieri nõ potest. Sicut enĩ dixi, omnia aëris opa fiũt,
etiã uniuerso, q circa nos est, illuminato. Si autẽ non truserit: nec illuminauerit, ut, qđ ad nos non
peruenlat. Si autẽ per ipsam ꝓcedat: erit corpus, qđ per corpus ꝓcedet: quod fieri non põt. Si autẽ
dixerint, corpus ĩmateriale posse per corpus ꝓcedere, id certe dicitur qđ maxime fieri nequit. Sic
enim fieri posset, ut cœlũ esset in milio. Præterea, si ideo, q sit ĩmateriale, põt per corpus ꝓcedere, p
cederet non solũ per aërem, sed & p aliud quodlibet. Quid enĩ uetat, si, q̃tenus est ĩmateriale, põt
corpus per corpus ꝓcedere, quo minus per oẽ quoq ꝓcedat? Oporteret itaq lucẽ p solida corpo

ra transire:per terrá.inquá,& aliquid ex similibus.Cũr ergo,cũ sol est sub terra,nõ lucẽ quoq; uidemus uel per terrá ꝓcedentẽ? Deinde,si lux,cũ sit corpus,per corpus,aëre,ꝓcedit, oporteret totum,densius,& crassius fieri.Nunc aũt cõtrarium est,qđ uidetur.Subtilior eni fit,& magis tenuis, luce suscepta:quod qdem nõ usu ueniret,si corpus esset.Quéadmodum enim,si terra aquá continuerit,nec maior ex utrisq; locus factus sit,qđ ex utrisq; corpus é,oino crassius fieri necesse est.Sic & aërem crassiorem esse necesse esset,si lumé inesset. Nunc autẽ contra,fit illuminatus subtilior.Si quis autẽ dixerit aduersus eam,q̃ de lucis motu est, rationé insistens:ꝗ radii qdam sunt,qui à sole dependent,& motus transitu illumināt,eo nõ egentes motu,qui superne est, à sole enim semp dependent in terram,hoc qdem est maxie præter ea,q̃ cernũtur.Similiter enim & sol illuminat,& luna,& ignis,& alia oia.Non poterit aũt hoc dicere & in igne,& in aliquo alio. Et,quádo in tenebris ex silicum collisione igné accédero in maxima domo, lux totá domũ sine tẽpore cōphendit.Iam uero & cõdẽsato aëre sol nõ qdem apparet:totus uero,qui circa nos est, locus cōphenditur.Deinde & de solaribus radiis sciscitabor,utrũ corpus sunt, an incorporei:& utrũ per totũ aërem radii feruntur,uel nõ totum:& eædé rursus dubitatiões incidẽt. His ergo,& talibus adducti necessario cogimur neq; lucé,neq; uisus corpus esse dicere. Quid ergo,quomodo fit uidere,& quænã est lucis natura? De uidendo ergo primũ dicimus Aristotelé sequẽtes,ꝗ habet,quod est perspicuũ,népe aër,traiectricẽ colorum facultaté, cum sit ipse coloris expers. Si enim ꝓprium aliqué colorem haberet,ad alios traiiciendos colores ei impediméto esset. Certe,si uitrũ, quod coloré non habet,oẽs traiicit colores:neq; enim,q̃ sunt obscura, & uix apparentia, adeo exacte traiiciet: habet itaq; & aër per oẽm sui partem traiectricem colorũ facultatem.Est.n.totus p totum seipm perspicuus.Quod enim hic situm est,& qui ante,& qui retro,& q,ut semel dicá,in oi parte sunt,uident. Operationes ergo q̃dam ex uisibilibus,citra affectioné ullam,in aëre insunt,ipm non colorantes. Neq; enim sua natura,ut coloretur,aptus est.Vnde per eandem aëris partem diuersi uidentes diuersos colores uidemus.Quod quidem non fieret,si ipse coloratus esset.Neque enim simul posset colorari contrariis.Vt si O aêr esset: M autem nigrum:album uero L:uideret autem A album : B autem nigrum: procedent nigri , & albi operationes per aërem . Si autem per O procedunt ; cum sint contraria: clarum est,ꝗ ipsum non colorant.Neq; enim fieri põt,ut eadé pars contrarios simul colores suscipiat.Quod auté in duobus,idem & in pluribus coloribus licet dicere. Cum enim plures sunt,qui uident,& plura,quæ uidenť,uenient plures colorũ operationes per eundé aërem inuicẽ cõcurrentes.Si autẽ coloratus esset aër,hoc nũquá fieret. Transeunt ergo per inuisibile colorũ opationes,& uisui ꝓpria subiecta renuntiãt,ipsos,inquá,colores,in ipm quidẽ sensum agẽtes, taliter,uel taliter: in ipsum uero perspicuũ aliqué affectum non imittentes. Neq; quęrere oportet,qũo coloris operatio à ꝓprio subiecto ꝓgressa ad uisum uenit.Fit eni in subiecto aëre:& sic per eũ agit in uisum.Sicut fabri operatio ꝓcedit p securim in lignũ:& in lignũ quidẽ agit,ei talem uel talẽ figurá ꝑbens: in securim autẽ nihil tale agit,q̃le in lignũ.Sicut ergo in his,sic & in luce,dicimus opationem quádam incorporcá ex illuminatiuo corpore in pspicua imitti,quæ eá suscipere sua natura apta sunt. Et sicut ignis etiá à nobis longe situs nos calefacit:nõ,ꝗ ipse ad nos ueniat:sed ꝗ ipse qdem sibi ꝓximum aerem calefaciat, qui ab igne pati sua natura aptus est: calefactus autẽ ille talis fit,ut possit & ipse,q̃ iuxta se sita sunt,calefacere:& id ad totũ usq; fit:& sic ea quoq;,q̃ ab igne sunt longissime remota,calefacit.Et primo qdem ab igne:ꝓxime aũt,& per secundá rationé,ex iis,q̃ iuxta sita sunt: Sic & perspicuis corporibus per ordiné sitis(sphæræ eni se inuicé attingunt. & deinceps extremá sphæram attingit,qui circa nos est,aër:& deinde eá aqua)Sol ergo ꝓxime in id,qđ iuxta se sitũ est, corpus,& quod eũ attingit,agens,ipm facit actu perspicuũ.Illud autẽ sic factũ habet facultatẽ,ut & ipsum,in ea,quæ prope sunt,ut & ea talia faciat: & sic ad ultima usq; ꝓcedit illuminatiua facultas, non solis opatione ad ultima citra intermediũ ueniẽte, sed ꝓpinquis,& primo patientibus,ualẽtibus & ipsis in susceptiua similẽ operationẽ exercere.Si autẽ repentina fit in oibus operatio:& sicut si quis funis longi & extensi summũ mouerit,totus funis sine tpe moueť,ꝓpter partiũ cõtinentiã, priore,quod cohæret,mouente:sic oportet intelligere in lucis quoq; opatione fieri,eo ꝗ oĩa mundi corpora per seriem se inuicẽ attingant.Est ergo lux nõ corpus,sed pspicui operatio,quæ est perspicua.quæ qdem fit ab effectiuo.Effectiuũ autẽ primo,& maxime ꝓprie sol est.Secũdo aũt, quæcũq;,ꝗ alicuius ex eo fluxus partẽ nacta sint,fiunt & ipsa illuminatiua,sicut luna:& astra:& ignis. Primum enim lucis fontẽ Deus in Sole collocauit. Sic ergo dictas oẽs dubitatiões effugiemus. Et neq; corpus p corpus ꝓcedet: neq; fieri nõ poterit,ut repẽtina,& tẽporis expers simul & semel fiat opatio,cũ sit icorporea.Sed ad hæc,q̃ de luce,& uisibus statuimus,nobis dubiũ mouẽt; Si corpus

nõ eſt lux & uiſus:unde ergo,q̃ in ſpeculis fiũt, reuerberatiões,ſeu reflexiões?Vñ & q̃ in balneariis ſoliis?Vñ &,q̃ ex radiorũ fit refractiõe, colliſio,& ex eo calefactio?Qui fit,ꝙ ꝓmõtoria planicie minus caleſcãt?Cur aũt,ſi uiſibiliũ opatiões ſunt in aëre,non &,q̃ ſunt poſteriora,uidemus?Si.n. per oẽm ſui ptẽ aër habet colorũ opationes,ut ſatis declarat,ꝙ,qui undiq; uidẽt,eũdem colorẽ uideãt: ut ſi ponatur/a/color:circa eum autẽ ſint plures uidentes: b c d e f g:oẽs ipm uident:clarũ eſt autẽ hoc ideo fieri,ꝙ aër per oẽm ſui partem colorũ opationes habeat.Quod ſi ita eſt,cur nõ &,q̃ à tergo ſunt,uidemus?Vnam ergo his oĩbus ſolonem afferemus,iiſdem ſuppoſitionibus uſi in dicẽdo de operatiõibus,qbus uſi ſunt,& qui corpora dicunt uiſus,& lucem. Sicut ergo illi ſtatuũt uiſus, & radios ſcd̃m rectas lineas emitti,& à planis,& leuibus corporibus per æq̃les angulos reflecti: & ideo ea quoq;,q̃ ſunt in ſpeculo,ſimulacra apparẽt, non noſtris qdem uiſibus ad uiſibilia refractis, ſed illis operationibus ad nos:propterea ergo neq;,q̃ retro ſunt,uidemus:qm̃ operationes ad uiſus ſecundũ rectã ferũtur. Non aliter autẽ per rectam è uiſibilibus ad uiſus opationes deferentur,q̃ ſi uultu aduerſo fuerimus.Opatiões.n.ſemper ſunt in aëre citra ullã affectionẽ:in nos aũt nõ agũt, niſi quãdo ſenſilia fuerint directo uiſui oppoſita.Sicut neq; uiſus per ſe uiſibili ſe applicant, niſi ei directo obiecti ſint.Propterea ergo,qui à tergo ſunt,colores, ne ſi oblique qdẽ aſpexerimus,nõ uidemus:quãuis in aëre ſit colorum operatio:eo ꝙ non recta ad uiſus ferat operatio.Sic ergo lucis repercuſſiones,& operationũ uiſibiliũ,fieri dicimus à planis,& leuigatis corporibus,per æq̃les angulos refractis operationibus,& ꝓpterea eadem uiſuũ ratione, quãdo cõtigerit ſpeculũ talem ſitũ habere ad nos,& uiſibile,ut,quæ in ipm operationes inciderint: inæq̃les etiam angulos reflexæ ad oculum ueniãt,ea etiam,q̃ non ſunt oculo directe oppoſita,uidemus:ut,q̃ ſunt retro,uel ſuperne, uel infernè,uel oblique.&,q̃ illi dicunt ſimplr̃ in uiſu, ea nos imutabiliter in operatiõibus dicẽtes, quæ cernũtur,ſeruamus. Quid enim refert,an uel ab oculo recte ꝓcedentes ueniãt ad ſpeculum; uel à ſpeculo ad uiſum reflectãtur,ſiqdem eadem & illi,& qd̃ Ariſtoteles dicit,ſupponit?Sed hic qdem in opationibus,illi uero in egredičte uiſu. Innumerabilia autẽ abſurda, & q̃ fieri nõ poſſunt, eã,quæ eſt de egrediente uiſu,ſuppõnẽ cõſequunt.Eſt ergo potius eligẽda Ariſtotelis ſuppoſitio, quæ &,q̃ cernunt,ſeruat,& abſurda declinat.Vnde ergo in aëre calor ſit,ſi quidem Sol nõ eſt calidus,radii aũt corpus nõ ſunt?Si.n.corpus nõ ſunt,attritus nõ eſt.Si aũt attritus nõ eſt,qũo aër caleſcet?Quòd.n.attritus ſic calefaciat,ut ignitum ẽt reddat,ſi frequentior fiat,ex rei euidentia clarũ eſt.Ex lignis certe,& lapidibus,& ferro colliſo accẽdit ignis.Quin & in igniariis,niſi ſic radium ad id,qd̃ accendere uolumus,adaptauerimus,ut nõ obtuſum angulum radiorũ refractio efficiat, ſed ſic acutum,ut duplicatus ferè in unã rectã deſinat,& ſua denſitate aërem,q̃ eſt interceptus,atterat, accenſio fieri nõ põt,& id ſenſiliter uidemus Quare ab iis qdem,qui radios corpus ſtatuunt,q̃ manifeſte cernunt,colligunt:at non itidẽ ab iis,qui opationes.Qũo.n.calefaceret eius,qd̃ non eſt calidum,opatio?Qũo autẽ attritus fiat ab incorporeo?Ad hæc ergo dico,ꝙ,queẽadmodum ab aĩa,q̃ non eſt calida,uiuificatiua q̃dã operatio fit in corpore,q̃ innatum calidũ excitãs,aĩal uiuificat;poſtq̃ aũt receſſerit aĩa,ſtatim quoq; calidũ innatum extinguit : ſic & uiuificatiuã quãdã operationem ex ſole dico ineſſe in aëre,eãq;,qd̃ inſitũ eſt aëri calidũ,mouẽtem ipm calefacere. Et ſicut aĩoſa ſeu iraſcibilis aĩæ facultas,& ſi nõ ſit calida,poſtq̃ tñ fuerit cõmota,qui circa cor eſt,ſanguinẽ calefacit : ſimilr̃ & cura calefacit,q̃uis ſit incorporea aĩæ operatio:ſic & ſolem ſatis eſt ꝓbabile,q̃uis non ſit calidus,uiuificatiua ſua opatione,q̃ lux eſt,eã,q̃ eſt in aëre,caliditatem excitãtem,ipam calefacere. Si autem calefactiua operatio:ubi plus eſt opatiõis,illic quoq; caliditatis plus eſſe neceſſe eſt. Quare,cũ in repercuſſionibus duplex opatio,& exiguũ,qui intus eſt,aërem cõphẽdat,utpote à maiori operatione exiguo aëre calefacto,nõ per attritũ,ſed ꝙ dicto iã mõ moueat innatũ calorẽ,iure cõtingit accenſionem fieri.Quòd aũt meridies magis caleſcat,q̃ aurora,& ueſper,rurſus eaſdẽ cauſas reddemus:Quòd oriente qdem,& occidente ſole reflexæ opationes obtuſos angulos faciunt,& multũ aërem intercipiũt,ꝓpea minus calefaciũt.Et alioqui Sol & oriens,& occidens ꝑ multã caliginem ad nos accedit:caligo aũt aquoſa eſt:uapor.n.&,ꝓpterea minus calefaciunt opatiões,q̃ per multã caliginem ad nos accedũt.Quòd aũt plus eſt caliginis uerſus oriẽtem,& occidẽtem,q̃ uerſus id,qd̃ eſt ſupra uerticẽ,hinc planũ eſt.Statuat.n.unus qdem ſtans circulus,terra:alius aũt exterius ex caligine terrã ambiens.Quæ itaq; ex centro terræ.ſ.emittuntur:æq̃les erunt.Quæ.n.ex quouis circulo ad circũferentiam rectæ lineæ emittunt,erũt inter ſe æq̃les.Si aũt à noſtra habitatiõe rectas emiſeris,ſiqdem in cœlũ,clarũ eſt,ꝙ qm̃ tota terra centri ad uniuerſum rõnem obtinet,& ſi ſint inæquales,tñ,eo ꝙ,ut ad uniuerſi magnitudinẽ,ſit earũ differentia ſenſu nõ ꝑceptibilis,æq̃les erunt. Si aũt à noſtra habitatione ad caliginẽ lineas miſeris,qm̃,ut in Meteoris oſtenſum eſt,non in magnã altitudi-

nē ferť à terra uapor:sunt qdem certe & mōtes,qui nubes trāscendūt,neq; uero nos in cētro habitamus:ex necessitate nō erūt inter seinuicē æq̄les.Sed minimę qdem,q̄ in uertice:reliquę uero, eæ qdem,q̄ ab eo,qd̄ est supra uerticē,plurimū distant,sunt maximę.Quæ aūt ei,qd̄ est supra uerticē, sunt ꝓpinquiores,minores sunt.Est aūt earū,q̄ ex sup̄ficie ducuntur,in qua & habitamus,rectarū minima,q̄ est in uertice:maxima aūt,q̄ per centrū:reliquarū aūt,q̄ ad uerticē quidē magis accedūt, minores:reliq̄ uero maiores.In calido aūt,& lōgiori tēpore supra terrā manens,magis calefacit. Lumini.n.hoc natura insitū est,ut quādo in leue aliqd̄,& splēdidū corpus īciderit,sic in illud agat,ut & ip̄m similē op̄ationē remittat:ut in argēto,& speculis,& in aq̄,& uitris,& aliis plurimis. Quodcūq; ergo corpus luminis op̄ationem admittit,ad eā quoq; remittendā sua natura aptū est:p̄cipue aūt plana,& leuia corpora,ut,q̄ dicta sunt.Propterea ergo & luna,solis luce accepta,q̄ hic sunt,illuminat.Et hoc esse dicimus refractionē seu rep̄cussionē luminis,q̄ fit ab iis,q̄ susceperūt,& exercere similr̄ operationem possunt. Aestate itaq;,& meridie,cū plures siĺes op̄ationes in eodē fiāt,aërē magis calefcere ɔtingit.Sic ergo,q̄ aduersus ea,q̄ de operatiōibus dicunť,afferunť,dubitatiōes soluūt.

Sed ad hoc dico,qd̄ prius dicebā,q; quēadmodum luna,q̄ solis operationes suscepit,& per sui corporis splēdorem illuminať,ipsa quoq; sua natura apta est ad operationē cōtra reddendā,& ea,quæ hic sunt,illustrāda:sic & alia sunt plurima,q̄ lucis operationibus acceptis,ad eas quoq; ɔtra reddēdas sua natura apta sunt:ut aq̄,uitrū,argētum,ęs:&,ut semel dicā,leuia & splēdida oīa. Quādo ergo à leuibus corporibus reflecti diciť op̄atio,nihil aliud diciť,q̄,q; eiusmodi corpora,q̄ lucis & uisibiliū operationes susceperūt,nō easdem numero,q̄s susceperunt,reflecti,& reuerberari faciunt,sed q; eiusmodi quoq; op̄ationes ɔtra reddere sua quoq; natura apta sint. Et ꝑpea diligentiā & studiū adhibemus,ut sic illumineť igniaria,ut,q̄ à sole operatio in ignē īcidit,&,q̄ ex eo rursus fit,à seinuicem nō distent,sed ꝓpe sint,& ea densitate calefaciāt.Eadem & in uisu.Sit ergo hoc sic tractatū.

De illo nō citra rōem quispiā dubitauerit.Si nō per uisuum emissionē uidere fit : sed uisibilium operationes ad oculū ueniunt:undenā interualla,q̄ inter nos sunt,& ea,q̄ uideť,cognoscimus? Si enim ad oculum usq; operatiōes uenirēt:&,q̄ lōge sunt,&,q̄ ꝓpe,eodē mō cerni oporteret.Si autē uisibiliū distātias cognoscimus:nō ad nos.s.imagines seu uisiliū op̄atiōes ueniunt. Qūo aūt imaginari possit q̄spiā figurarum,& colorū operatiōes ueniētes p aërē? sed ad hoc dicebat Phs,nō operationes uenire ad oculū,sed totum,ut semel dicā,aërem oībus esse uisibilibus repletū.Hoc aūt est & magis dubium,& multo magis absurdū.Primū.n.& hoc ip̄m adhuc manet dubiū. Si.n.aër cōiter uisibilium simulacris & imaginibus plenus est:unde interualla cognoscimus? Oporteret enim &,q; ualde longe est,& quod ꝓpe,eodem mō apparere.Sed neq; oporteret,q̄ sunt longissime,sensum effugere:si quidē totus aër oībus simulacris plenus est.Sed ad hoc fortasse dixerint,q; sicut,qui uisus statuūt,eos longe ꝓcedentes imbecillosesse dicūt,& ꝓpterea,q̄ procul sunt,non uidere:id ip̄m & nos in operationibus ponimus,eas longe ꝓcedentes imbecillas fieri. Sed ad illud qd dixerint? Si enim totus aër est plenus imaginibus,quis estusus,ut dicentes statuamus f̄m rectam operationes procedere? Oporteret enim ea,q̄ non longe sunt à nobis,& quę,ut paucis dicam uidere possumus, quoq; aspexerimus,uidere,cum totus aër penitus sit simulacris plenus.Cur ergo coelum nō uidemus,& unūquodq; uisibilium,nisi ad ea aciem intendamus? Qui autem Aristotelis s̄niam defendere uoluerit,hanc ipsam op̄ationem in testimoniū adducere poterit. Videmus enim,q;,quādo p speculū flauo,aut alio colore tinctum,solis radius trāsierit nihil affectus,nec q̄cq̄ passus aër manēs, & speculi colorē quēdam,& figurā traiicit,donec corpus aliquod solidū attigerit:& deinde in illo imprimit,& colorē,& figuram.Et si operatio lux est,& nō corpus: p̄terea autem & nō sc̄dm uisuū aliquorum,q̄ sunt corpora,emissionē uidere fit:sed uisibiliū operationes ad nos ueniūt:cur in Meteoris usus est Aristoteles iisdem suppositionibus? Dicit ergo,q;,ut apertioribus, usus est suppositionibus radiorum,& uisuū.Neq; enim cogitatione cōplecti facile est operationes refractas,uel per aërem oīno procedētes colorū operationes. Quæcūq; autem p illas suppōnes confirmata sunt,eadem & per has quoq; cōfirmabuntur.Sicut enim conos illic dicebamus ex oculis ab aliquo centro exire,deinde ꝓcedentes latiores fieri : sic & in operationibus,uidelicet,dicetur.Quoniā enim ad aliquod angustū crystallini humoris centrū operationes uisibiliū iudicātur:necesse est ab ipso qdem lato uisibili initiū sumere:desinere autē in angustū,nempe oculum. Id aūt est conus,habēs uerticē quidem pupillā,uel crystallini centrū:basim aūt ip̄m uisibile.Quare ex iis,q̄ ostensa sunt,nō lędiť suppositionū diuersitas.Et,q̄ de refractionibus qdem dicta sunt,similr̄ habebūt in utrisq; suppositionibus.Hæc itaq; sint,quātum ad defendendas Aristotelis suppositiones attinet.Imaginatu autē difficile uideť,quod de operationū refractione dicitur: quomō fieri potest, ut operationes,q̄ sunt

res incorporeæ, repcutiantur, & angulos faciant. Est enim obtusus, & acutus distátiæ angulus. Est autem distantia magnitudinis. Est uero magnitudo corporũ, & in corporibus. operatio uero est in corporea, esse non hñs in aere, sed ĩ eo quod operat᷑. Quomõ ergo sine ꝓprio subiecto repcutitur? Et alioqui, si repercutit᷑, uel cum aëre repcutitur, uel per se. Si itaq; per se, quõo rursus res aliqua incorporea repercutiet᷑, & angulos faciet? Si autem cum aëre: quoniá aër, cum sit humidus, seipm̃ ex aduerso circũsistit & cõprimit: necessario refractus aër alium trudet aërem, ĩ cuius loco est: & eius locum alia aëris pars occupabit. Clarum est autẽ, ꝙ, qui refractũ ex aduerso circũsistit, cum ea, quę in eo est, operatione luminis, cedet refracto. Non cõduplicabitur ergo luminis operatio in uno & eodem aëre. Pro ea enim, q̃ inter aërem repcussa est, alia cum aëre circũsistente secessit. Si autem cõduplicata nõ est opatio, nõ magis calefecit. Est ergo superuacaneũ, quod de opationum refractionibus dicitur, ad hoc ut maiorem caliditatẽ faciát, quãdo ex aduerso circũsistit reuerberatã cum aëre, quæ in loco, cuius est reuerberatio, fuit prius opatio. Et est re uera uisu mirabile. In aëre enim, per quẽ transit solis radius, intẽdens quis oculos, ipm̃ nec à uitri colore, nec figura affectũ uidet: in solido uero corpore, in quo finitur radius, in illo & color, & figura cernit᷑. Neq; uero uisuũ reuerberatioñe illic quoq; causari licet. Neq; enĩ in leuibus fit simplr̃ tale corpus: sed & in lana, si illic radius inciderit: & in ueste: & in arena: & in quolibet, & quomodocũq; fuerit uisus. Quare ne illinc quidem potest ad speculũ fieri repercussio. Hinc ergo manifestũ est, ꝙ uisibiliũ opationes citra ingeneratam affectioñe per aërem ꝓcedentes, cũ sic in sensorio fuerint, utpote in alio corpore, illic & colores, & figuras uisibiliũ imprimunt: & sic ab eis affecto sensorio ad sensum iudiciũ puenit. Sed dici ad hoc potest, ꝙ non id ipm̃ uidemus fieri in uisibilibus, qđ fit in imaginis rep̃sentatione. Neq; enĩ fit aliter, quod dictũ est, nisi radius per speculũ acciderit. Visibilia aũt uident᷑, etiá si nõ à sole radius eis se per rectá applicauerit: Et alioqui, qđ ad speculũ qdá attinet, qbus radius acciderit, in eis fit imaginatio coloris: sed nihil eiusmodi in uisibilibus apparet. Nihil enĩ agere cernunt᷑ in reliq̃ corpora, etiá si per ea radius ferat᷑: sed est, quod fit in imaginis rep̃sentatione, p̃ter uisibiliũ operationẽ, uel simplr̃ assumptioñe. Et hoc quoq; in hoc, quod de opationibus dicitur, dubitant. Quid uero, inquiunt, quãdo humor aliqs in oculum inciderit, eum nõ uidemus, cũ intus sit? Si enĩ nõ omnino sensilium opationes, q̃ in ipso sunt oculo, agunt, & nõ uisus nostri ad eas ueniũt, oporteret humorem, q intra nostrũ oculũ coactus est, uidere: nũc autẽ hoc nõ fit, sed ipm̃ extra apphendimus, & si figuratus fuerit, figurá quoq; rursus extra sentimus. Neq; dixerit quispiá huius opationem foras egressam, in aëre rursus ab eo in oculum esse refractam. Neq; enĩ uisus simplr̃ ab aëre, idq;, cum sit subtilior, natura reuerberari aptus est, etiá si opatio. Alioqui si ita esset, cur nõ uueæ quoq; color hoc ipsum faceret? Oporteret enĩ ab hac quoq; opatioñe egressam, & ad nos repercussam, nobis esse apphensiuá: nũc aũt nõ ita est. Nõ est ergo manifestũ, inquiũt, ꝙ uisiuus spiritus ab eo, q intus est, humore passus, deinde extra ꝓgressus, & tanquá uehiculo illuminato aëre usus, sic inditá in se affectionem ab eo humore, qui intus est, apphendit? Qui in seipso cõtinuus est spiritus, parte illa, quę humori applicat᷑, affecta, eius semel mutatæ per cõtinuitatẽ deinceps alternatioñe retinet. Et quoniá uisibiliũ non fit aliter apphensio, q̃ per illuminatũ aërem, uerisimile est, ꝙ, cũ extra fuerit, affectum apphendit. Ad hęc ergo illud dicimus, ꝙ uisus ex oculis exire nõ prius admittemus, q̃ ea, q̃ ad hanc suppositioñe sequunt᷑, absurdá dissoluerint. Si enĩ uisus ex oculis exire omnino sublatum est: non utiq;, tanquá sit uera suppositio, feremus eos, q illa utunt᷑, ꝓpositorũ ratiões reddere. Dicimus ergo nos easdem suppositiones sequentes, hũc humorẽ in oculo cõcretũ, nõ alibi habere cõcretioñe, q̃ circa ipsum uueæ foramẽ extra humores. Si enim magis interius cõcretus fuerit, q̃ in humoribus, uel in neruo uisiuo, uisum omnino ĩpediet. Visiuũ ergo spiritũ à cerebro re uera descẽdere dicimus per uisiuos neruos: eũq; ad Crystallinũ usq; peruenire: & cũ in ipso desinere. Quare & illic fiunt uisibilium iudicia. Est itaq; & ipse pspicuus, ut uisibiliũ opationes per ipm̃ ad uisiuũ spiritum tráspsortentur: & ideo pforata est pars uueæ, q̃ interiecta est. Quia enĩ colorata est uuea, & ꝓpterea impeditura erat, quominus colorum opationes tráfirent: pforata est ea pars, quę est ad crystallinũ, ut citra impedimentũ perueniant opationes uisibiliũ per corneam, & humores perspicuos. Per eos ergo deuenit ad uisiuũ spiritum, uel cõcreti coloris, uel figuræ opatio. Et quádoquidẽ, etsi sunt humores pspicui, eorũ tamẽ perspicuitas luminis p̃sentia pficitur, & fit actu pspicuũ, qđ erat prius potentia: ꝓpterea clausis oculis nõ uidemus. Nec nobis obiiciet᷑, cur nõ uueæ quoq; colorem uidemus, ostensa per humores eius opatione. Diximus, ꝙ pars eius, q̃ est ad crystallinum, perforata est, cũ nõ sit illius in ea parte substátia, in qua uisibiliũ iudicationes fiunt: & ꝓpterea illic uisiuus spiritus terminatur, merito ergo nec fit eius apphesio. Quid ergo, inqunt, uisiuus spiritus

tantum locũ ſolum occupat, quantũ eſt pupillæ ſpatiũ? Deinde ſi tantũ occupauerit,& in illa par-
te imobilis permanſerit, nõ eſt rõni cõſentaneũ ipſum etiã ad utraq; diffundi: non aũt eius auctio
& diminutio totũ oculum uel cõcauiorẽ uel eminentiorẽ reddit? Ad hęc ergo paucis dico,ꝙ etiã
ſi ad utraq; euenit ſpiritus diffu ſionẽ fieri: ſed uiſibiliũ tamẽ apphẽſio in ea ſolũ parte fit, in qua
pupilla cõſiſtit.idq; & ex ipſa rei euidẽtia,& ex rõne clarũ eſt. Videmus eni, ꝙ ſi in ipſa qdem pupil
la affectus aliqs ſeu uitium infuerit:uel humoris,inquã, cõcretio,uel ſordes aliqua,& corneæ cõdẽ
ſatio:ſtatim quominus uideamus ipedimur.Si ipſa qdẽ talis ſit,&,q̃ circa illã ſunt partes, ſecundũ
naturã ſe habeãt,quæ autẽ utrinq; ſunt partes,oẽs affectę fuerint,& uel ſcirro, uel humoris ſuffu-
ſione,uel aliquo alio uitio laborauerint: citra ullũ impedimentũ eſt uiſus: ꝑinde ac apertũ ſit,ꝙ p
illam ſolam fit apphẽſio.Et cauſa manifeſta eſt. Si eni ad eã ꝓpterea pforata eſt uuea,ne uiſibiliũ
apphẽſionẽ ſuo colore impediat,ubi hoc nõ euenerit,ei,ſcilicet,impedimentũ afferet. Quare etſi
in toto oculo ſpiritus diffuſus fuerit:fieri nõ poteſt,ut per totũ apphẽdat. Et quẽadmodũ ſi aliq̃
domus fuerit quæ unũ ſolum foramẽ habeat,in eo autẽ foramine ſit pmultũ uitri nigri,ita ut per
id lux nõ poſſit domũ illuminare,cũ neq; eius,neq; alicuius alius rei,quę intus ſit,fiat apphẽſio:
ſic & in cornea accidit.Si.n.oĩa,q̃ intra illã ſunt,eſſent perſpicua:cum lux non poſſit ꝓpter corneæ
colorẽ,qđ in eis eſt,perſpicuum in actũ deducere,nõ apphẽdet ea,q̃ eſt intra illa,facultas ne ipſam
quidẽ uueã.Quare ſi oĩno per totã corneã nõ uidemus,ſed per ſolã pupillã:ſuperuacaneum eſt q̃-
rere,cur nõ & ipſam uiſus uueã apphẽdit.Maxime,inqt,& ſi eum,qui eſt intus,humorem uide-
mus,cum extra uiſus tñ non ꝓcedãt,cur non intus eſſe affectionẽ ſentimus,ſed extra eſſe exiſtima-
mus affectionem,q̃ intus eſt? Ad hoc ergo dico,ꝙ oĩbus ferè,q̃ ꝑter naturam ſunt,diſpõnibus tale
quid naturalr̃ accidit.Qui.n.capitis uertigine laborãt,iis quoq;,q̃ extra ſunt,affectionẽ ſuã addunt,
nõ utiq;,ꝙ ſpiritus aliqs foras ex cerebro exierit.Sed &,qui in ore ꝑter naturã ſaporẽ aliquẽ hñt,cũ
& cibis,& potibus quoq; ineſſe exiſtimãt.Vnde & dictũ eſt,& rurſus dicet̃,id,qđ aliquid ſit apphẽ
ſurum,nulla eorum,q̃litate eſſe ꝑditũ,quoniã eſt apphẽſionẽ retenturũ.& ſilr̃,qđ eſt eorũ trãſpor
tatiuum,eorum nulla q̃litate ꝑoccupari. Et ꝓpterea,qm̃ aer eſt & colorum,& ſonorũ,& odorum
trãſportatiuus:& coloris,& odoris,& ſoni per ſe expers eſt.Si.n.colore aliquo eẽt ꝑoccupatus,hoc
reliquorũ trãſportationi impedimento eſſet.& ꝓpterea,ut iam dixi,colorata ſpecula reliquos colo
res trãſportare nõ poſſunt.Quẽadmodũ ergo rubro,uel ceruleo colore tincta ſpecula,q̃cũq; per ea
uidenť,eiuſdem quoq; eſſe coloris oſtẽdunt:ſic & unũqdq; ſenſorium,quando ab una aliq̃ q̃litate
eorum,quorũ iudex eſſe debet,ꝑoccupatũ fuerit ex morbo aliquo,eãdẽ quoq; q̃litatem oĩbus ſen
ſilibus adiiciet.Sic ergo & lingua,quãdo fuerit aliq̃ q̃litate affecta,oĩbus quoq; guſtabilibus eandẽ
ineſſe q̃litatem exiſtimat,quã ipſa iã prius habebat.Guſtabile.n.guſtãs,qm̃ acriorem,& efficaciorẽ
habet,qui in ſe eſt,ſaporẽ,ei quoq;,qui accedit,idẽ adeſſe exiſtimat.& ideo,qui ita hñt, uehemẽtio-
res,& acriores ſuccos adhibent,ut,uerbi grã,acetum,uel quideiuſmodi:ut cũ eo,qui eſt in lingua,
ꝑter naturã ſucco potentius fuerit,à ſenſitiua poſſit facultate apphẽdi.Qđ ipm̃ in uiſu quoq; ac-
cidit.eo.n.colore,qui nobis ꝑter naturã inſuerit,colorata quoq; ea eẽ,q̃ extra ſunt,putamus: Vt in
iis,qui regio morbo laborãt.Oĩa.n.eſſe flaua exiſtimãt.Qm̃.n.perſpicuæ oculi partes,p q̃s uiſibi-
lia apphẽdimus,ut humores,& cornea,pallidæ euaſerũt,quæ per ea quoq; uidenť,talia exiſtima
mus:ſicut &,q̃ per ſpecula cernunť,eũdem quoq; colorem hr̃e uidenť,quẽ ſpecula.Sic & in eo hu
more,qui in oculo cõcreſcit,eũdem colorẽ,& figurã in aẽre apponimus.Et quẽadmodũ iã dixi,ſi ſi
cut in reliquis ſenſoriis,quando ꝑter naturã ſe hñt,ſenſilibus quoq; eorũ affectio ineſſe uidet̃, & ſi
id nõ fiat per ſenſus emiſſionem,eſt rõni ↄſentaneũ id quoq; in uiſu euenire.Non ergo ꝓpterea ꝙ
ſenſorium ꝓpriũ foris affectionẽ apphẽdat,ex oculo exire ſpiritus admiſimus.Contingit aũt & ad
figurã eius,qui incubuit,humoris,talia etiã exterius uideri ꝓpter hãc cãm.Si.n.humor, qui intu-
buit,oẽm pupillã inuaſerit,tota operatio lædit̃.Si aũt in aliq̃ pupillæ parte in uiſiuã facultatẽ inci-
derit,undiq; ingredientibus uiſibilibus,& luce:cũ in ea qdem parte ſit uiſus priuatio,ꝓpter incu-
ſionẽ & interpoſitionẽ humoris,fit quidã error:& uidet̃ pars illa,per quã non uidet,aliqđ corpus
extra eſſe clarũ,& ſimilr̃ figuratũ:& ideo ſi ↄtigerit ut nõ ſtet,ſed moueat̃ humor,extra quoq; ui-
det̃ eſſe aliqđ corpus,& ſemp moueri:cũ in alia parte uiſus fuerit priuatio.Quid mirũ aũt ſi ſunt
ſpecula,q̃ imaginũ repſentationẽ extra exhibent? Atqui ſuſpicari poſſet quiſpiã imaginem,q̃ appa-
ret,extra circũferri,& hoc ipm̃ in iis,q̃ ſunt ꝑter naturam,oculi affectionibus,ſeu diſpõnibus fieri.
Cur ergo,inqt,cum nimia pupillæ latitudo,fuerit,nõ uidemus? Qui.n.uiſus cauſant̃,rõni conſen
taneã cãm hñt,ꝙ uiſus exeuntes diſpergant̃,& diffundant̃,& in emiſſione nõ ſeruẽt figuram, quã
ſeruarent,ſi pupilla ſm naturã habeat.Quid aũt dixeris in operationibus? Latiore.n.exiſtente pu-

pilla ingredientibus operationibus magis uidere oportebat. Rursus ergu est & ad hęc ex eisdē suppositionibus occurrere:ꝗ,ut sæpe dictū est,oportet sensilia sensorio ex directo opponi. Dicet ergo aliqs diffundi operationes,& nō in ipm centrū ferri,ubi est iudiciū:sed hoc est ridiculū. Si.n.essent corpora,esset ꝓbabile,qđ dicit. Nunc aūt qūo fieri pōt,ut diffundant opationes incorporeę? Nam oino qūocūq; sita cētra fuerint,uisibilia sensorio directe opponunt,in quo est iudiciū. Quid ergo uetat quominus exacta sit illorū apphēsio? Quæ aūt causa est,ꝗ cū puersæ sunt pupillæ,& nō sub una & eadē recta sunt,siue ex naturali uitio,siue de industria,ut quādo in inferiore cilio infixo digito alterius oculi situm superius amouemus,in hoc ergo statu cū sumus,res duplices uidemus? Ego itaq; huius causam aliquando interrogatus,& uisuum suppositione usus,sic eius quod fit rationem reddidi:quòd si duos ex oculis conos exire dicimus ab una & eadem recta,& indeclinabili linea,quæ per crystallinorum humorum centra defertur,& se uisus uisibilibus applicant,& triangulos faciunt basim quidem habentes,sensile:latera aūt axis coni,utrinq; æqliter distantes uisus,per quos & uisibiliū iudicationes fiunt: Sunt aūt duo axes uniuscuiusq; coni,circa quē reliqui sunt uisus: Clarum est utiq; ꝗ si nō declinauerit qdem recta linea, quæ per centra crystallinorum è conis deducit,qui æqualr ab axibus uisus distāt,se in iisdem signis uisibiliū ita applicāt,ut uisuū inter se fines ɔueniant,& angulos æqles faciant,qm̄ discernūtur qdem sensilia per angulos,qui fiūt ex uisibus utrinq; æqliter distātibus: Qm̄ autem coni nō declinant:q̄ ab axibus utriusq; coni ęqualiter distant merito,ut unū,unū apphendunt. Quēadmodum ergo & si duo sensilia fuerint,eo ꝗ alii,& alii eis uisus incidant,qui neq; per se inuicē cōueniunt,& diuersos angulos faciunt,ꝓpterea duo quoq; apparent,quæ uident,uel plura:ita si inuersus fuerit uisuū situs,euenit,ut in idē sensile ex utroq; cono se uisus applicet ab axibus nō æqualr distantes. Et qm̄ ab iisdem signis diuersi sensilis anguli fiunt,merito & duo sunt iudicia,& ꝓpterea duo esse unū quoq; sensile uidetur. Sic ergo ex ea,q̄ est scđm uisus,suppōne, est eius quod fit cām probabilr assignare. Quam autē huius cām dixerit esse quispiā,operationū suppōne utens? Ad dubitationem aūt de interuallis,dico autē eam,quæ dicit,ꝗ si ad nos operationes ueniūt,& nō ex uisibilibus ad sensilia aliqd emittitur,unde nam interuallorū sensum & magnitudinē accipimus? Neq; enim aliud alio ꝓpius uel longius uideri possit,cum oia similiter sensilia ad sensoriū ueniāt. Quomō autem maiora uel minora appareant,q̄ in unum signū terminātur oia? Hoc ergo soluentes dicūt,ꝗ si in auditione aperte sentimus an ꝓpe uel longe sit,quod sonat: & si manifeste sensilia ad sensoriū non accedāt:nec ex sensitiua facultate egredit aliqd:quid mirū si in uisu idem quoq; accidit,uisibiliū opatione in uisus incidēte? Quòd ipse enim aër percussus,& sonū edens auditui nō appropinquat:sed per quādam suam sonorum transuectricē facultatē aër sonos traiicit,sicut & operationes colorū:ex eo clarū est,ꝗ cum sumus in aqua,eos,qui aëre sonitus fiunt,sentimus,nō ipso utiq; sonāte aëre per aquā transeunte,sed ea,q̄ in aqua est,soni uectrice facultate. Et in aqua enim est, quod transuehit renūtiatiuā sonorum facultatem. Quāquā si & ipse sonans aër ad sensoriū accederet,ꝓ eo quod ꝓpositū est adhuc magis faceret. Vnde.n.sonāte aere ad sensoriū ueniente,sentimus,an longe sit,quod sonat? Quare etsi huius cām tradere quis non pōt,sed tamē ꝗ non ex eo refellatur Aristotelis de uisibilibus opinio,ostdit,quod fit in sonis,& in iis sonorū transuectrix aeris facultas,q̄ sonos sensorio renūtiat,& si nihil ex sensorio exeat. Et tamen an longe sit,an ꝓcul ante uel retro,sentimus. Potentia autē ꝓpemodum idem est lumē,quod & tenebrę. Quoniā enim perspicuū non est semp actu perspicuū:ꝑspicuum autē dico,quod apud nos:cœlestia.n.sunt semp perspicua:in qbus est potētia pspicuū,in his sunt necessario quoq; tenebrę. Priusquā enim sit actu perspicuū,tenebræ sunt. Quod enim adhuc est potentia,scđm hmōi potentiam,dico autē primā,est in priuatione eius,quod pōt. Priuatio autem luminis sunt tenebræ. Quorū ergo p̄sentia lucem facit in eo, quod est potētia perspicuum,ei absentia facit lucis priuationem in eo ipso. Lucis autem priuatio sunt tenebræ. Sicut uisus quidem est aliqua species: eius autem absentia non aliquā aliam speciem affert,sed uisus solum priuationem. Et hæc est cęcitas. et sicut gubernatoris absentia nauem submergit, & si nulla alia forma in naue insit,sed solum gubernatoris priuatio: sic & luminis absentia necessario sunt tenebræ. Si autē lux tenebris opponit:sunt autē tenebræ priuatio:lux est forma necessario. Forma enim priuationi opponitur secūdū ea,quæ in Physica dicta sunt. Si autē lux forma est:sunt aūt formę incorporeę: corpus enim est,qđ constat ex materia,& forma:clarū ergo est,ꝗ lumē corpus nō est. Si autē nolit quispiā lucem tenebris opponi,ut habitū & priuationē,sed ut cōtraria:eo ꝗ habitus qdem mutat in priuationē:nō itidē aūt & priuatio i habitū mutat:lux aūt & tenebræ in se iuicē mutant:& ipsa ꝓpterea uolunt esse cōtraria, quoniā cōtraria in se inuicem mutant: & sic nihilo secius lux esse in-

corporea

corporea ostendetur. Si enim lux cõtraria tenebris: in cõpositis autẽ substãtiis nulla est substãtia alicui substantiæ cõtraria, ut in pdicamentis ostensum est: sunt aũt corpora cõposita substantiæ: non ergo corpus lux est. Nihil enĩ est corpori cõtrariũ: quoniã neq; quicquã est cõpositæ substantiæ cõtrarium. Si enim ignis est aquæ oppositus: non quatenus corpus est, sed qtenus fm cõtrarias qlitates est qualitatibus pditus. Quare tenebræ qdem secundũ quid sunt cõtrariũ: secũdum quid autẽ non cõtrarium. Similiter secũdum quid qdem sunt priuatio: fm quid autẽ non. Si quis enim priuationem esse dicit, quæ ad formã non reuertit: non sunt tenebræ priuatio, sed otrariũ. Si priuationem autẽ dicit, ut in Physicis dictũ est, solã formę absentiã, quę ad formam etiã reuertit, fuerint tenebræ priuatio. Rursus si cõtraria quidẽ dicat quispiã, quæ forma pdita sunt, & q ppriam habent operationẽ, non sunt luci tenebræ cõtrarię. Nullã enim formã habet, nec ppriam facultatẽ, uel operationem. Si quis autẽ omnia dicit simplr cõtraria, quæ in se inuicẽ mutant, sunt luci tenebræ cõtrariæ. Quòd autẽ tenebræ forma non sunt, hic est apertũ. Lucis enim causa est sol, uel ignis, uel luna, uel tale quid aliud. Tenebrarũ autẽ nullã uidemus cãm, sed ad hoc, ut sint tenebræ, satis est illuminatiui absentia. Sed neq; aëris est qlitas, ut quispiã existimauerit, tenebræ. Si enĩ est aëris qlitas, cur non in luce uidetur? Quomodo autẽ repente absq; tẽpore luminis statim psentia euanescũt? Nulla enim qlitas absq; tẽpore à suo subiecto recedit. Si autẽ illuminatiui opationis priuatio sunt tenebræ: est ergo lux opatio. Nulla autem opatio corpus est. Lux ergo corpus non est.

Lux autem est veluti color perspicui, quando actu fuerit perspicuum, ab igne, vel eiusmodi. quale est corpus quod est superius. Ei enim inest idem.

Cum superius lucem colorẽ esse dixisset: Perspicuũ enim, inqt, dico quod est uisibile, non per se autẽ, sed per alienũ colorẽ, lucẽ: cum ergo superius indistinctè lucẽ colorẽ esse dixisset, hic orãtione corrigit, cum dicit, q, ueluti pspicui color lux est. Non enĩ color, sed ueluti color. Quòd enim non simpliciter pspicui color lux est, declarauit, cum addidit, quãdo actu est. Est enim semp perspicuũ: non semp autem lucẽ habet. Quare nõ in sua natura est, ut color pspicui, sed per pportionẽ & cõuenientiam ueluti color. Sicut enim uisibilia, q, colorẽ habeant, fiunt uisibilia: sic & uisibile, quãdo habet lucem, fit uisibile. Quoniã ergo nõ habet, pprium colorẽ perspicuũ, sed alienũ: non citra rationem adiicit, à quo eum habet. Ignis enim psentia, uel, quod est superius corporis, solis & lunæ, & astrorum. Iis enim iest unũ & idem. Igni enim, & quod est superius solis corpori, & lunæ, unũ & idem illuminatiuũ inest, per quod utrũq; eorum ad operationẽ deducit, & pficit perspicuũ. Sicut ergo perspicuũ, cum sit unũ & idem, inest pluribus substantia differẽtibus: sic & lux, & differẽtes mensuræ & pspicuitatis, & luminis. Quæ enim sunt apud nos, pspicua, aliquãdo qdem potentia, aliquãdo uero sunt actu perspicua. Cœlestia uero actu semp hñt perspicuũ, à sole enim semp illuminantur. Ostensum est enim, q, terræ umbra, & si ad lunarẽ usq; sphæram, uel etiam Mercurii, perueniat, sed tamẽ ualde exiguus est locus, qui adumbrat. In sui enim ipsius uertice conus lunari sphæræ, uel Mercurii se admouens, minimam partem adumbrat.

Quid est perspicuũ, & quid lux dictũ est, q, neq; ignis, neq; omnino corpus, neq; vllius corporis effluxus, esset enĩ sic quoq; in corpore: sed ignis, vel alicuius eiusmodi psentia in perspicuo.

Neq; enim perspicuũ corpus est, eo q, est in corpore. In aqua enim uel in aere, uel in aliquo eiusmodi, q sunt corpora. Vt corpus aũt sit in corpore, fieri non põt. Sed neq; lux corpus est, siquidem actu perspicui quoq; forma est: Sic enim eẽt corpus quoq; in corpore: & si quidẽ perspicuum est in corpore: huius aũt perfectio & forma lux est. Si aũt nõ est corpus: neq; ignis, neq; ignis effluxio, ut in Timæo uidet Plato dicere, quẽ in his quoq; tacite innuit: sic. n. corpus quoq; eẽt: corporis. n. effluxio corpus est: & alioqui si nõ solus ignis illuminat, sed alia, non fuerit ignis effluxio: Effluxionẽ aũt in cœlestibus luminaribus cogitare stultũ est. In qbus. n. est effluxio, in iis affluxu quoq; opus est: In iis autem auctio, & diminutio cõsiderat: Si aũt nihil est horũ in cœlestibus: necesse est nec fm effluxionem corporũ ipsa illuminationẽ facere. Si aũt nõ est corporis effluxio lux, nõ corporum effluxionem dicit, sed qd ipse dicit Arist. emissionẽ, & opationẽ, hoc ipse effluxionẽ dixit. Sed ignis, uel alicuius eiusmodi psentia in perspicuo. Nõ q, ignis insit in pspicuo, Neq;. n. perspicuum, igne in se suscepto, sic fit actu perspicuũ, sed fm cõicationem potẽtiæ icorporeæ. Cum. n. sit aliquo interuallo ignis dissitus, qd ei directò oppositũ est perspicuum, illuminatur. Præsentiam, habitudinem, q est ex coitu ignis ad pspicuũ, appellauit: pinde ac si diceret dextrũ fieri dextrũ sinistri pñtia.

Neq; enim fieri poteſt, vt duo corpora in eodem ſimul ſint.

Poſtq̃ dixit lucẽ nõ eſſe corpus:addit & demõſtrationẽ. Neq; .n. fieri põt, ut duo corpora ſint in eodem. Quòd aũt fieri non põt, per plura oſtendit. Si .n. fieri poſſet, ut corpus p corpus ꝓcederet, ut ipſe alibi dicit, eẽ poſſet mare in cyatho, & in milio cœlum. Si n. cyathus aq̃ in eodẽ loco alterum cyathũ exceperit:& tertiũ admittet, & quartũ, & innumerabiles. Si .n. duo corpora idẽ unius locus oĩno caperet, cur nõ & plura, uel infinita, & ſic mare in cyatho eſſe poſſet? Si aũt fieri non poſſit, ut corpus per corpus ꝓcedat:lux aũt ꝓcedit per aerem:corpus ergo nõ fuerit. Si qs aũt dixerit, ꝙ in aëris poris ſeu meatibus ꝓcedit:eſt maxime quidẽ abſurdũ. ĩtroducet enim uacuum. Vacuũ enim ab aëre ſeparatum relinquet locum, in quo erat:Deinde oporteret aërem craſſiorem & denſiorem fieri impletis meatibus:nunc autem lucis fit præſentia ſubtilior.

Et videtur lux eſſe tenebris contraria. Sunt autem tenebræ talis habitus priuatio ex perſpicuo. Quare manifeſtum eſt, ꝙ huius præſentia lux eſt.

Argumẽtum à cõtrario, ꝙ lux nõ eſt corpus. Si .n. tenebræ luci opponunt:tenebræ autem nihil ſunt aliud q̃ lucis priuatio:neq; n. cũ aliquid fuerit in aëre, fiunt tenebræ, ſed lucis tãtũmõ abſentia: qđ autem priuationi opponit eſt habitus:lux ergo talis facultatis eſt habitus in pſpicuo, & nõ corpus. Vt iã aũt diximus, etiã ſi luci cõtrarium quis dicat eẽ tenebras, oĩno neceſſe eſt ipm nõ eẽ corpus:qm̃ nihil eſt ſubſtãtiæ cõtrarium. Sed & ſi qs lucis priuationẽ tenebras eſſe dixerit:eis aũt oppoſitã eẽ lucem, ut formã, ſm ea q̃ in Phyſica dicta ſunt:& ſic quoq; nõ eſt corpus. Eſt .n. oĩs forma incorporea. Ipſa .n. corporis forma, q̃ triplicẽ habet dimẽſionẽ, ſiqdem particularibus oĩbus conuenit corporibus, corpus nõ fuerit. Si .n. corpus eſſet, definitã aliquã magnitudinẽ hẽret. Sic aũt nõ cõueniret ſilr & cubitali, & unius digiti corpori, & reliquis. Quare neceſſe eſt ipſa per ſe corporis formam incorpoream habere, & ipſum enim corpus eſt cõpoſitum ex materia, & forma. Quare & ſi lux forma eſt in perſpicuo:ſunt .n. tenebræ priuatio:neceſſe eſt ipſam nõ eſſe corpus.

Et non recte Empedocles, nec ſi quis alius ſic dixit, ꝙ lux fertur, & eſt aliquãdo inter terrã, & id quod ambit, nos autẽ latet. Hoc enim eſt præter eam, quæ eſt in ratione, veritatem, & ea, quæ cernuntur: in exiguo enim ſpatio latuerit: vt ab oriente autem ad occidentẽ lateat, admodum magnum eſt poſtulatum.

Poſtq̃ oſtendit lucẽ nõ eſſe corpus, eos, qui in hac fuerũt opinione, reꝑhẽdit, quorũ eſt & Empedocles, q dicebat effluẽtem lucẽ, cũ ſit corpus, ex illuminãte corpore, eẽ primũ in eo loco, q eſt inter aerem & cœlũ:deinde ad nos ꝑuenire:talẽ autẽ eius motũ latere ꝓpter celeritatẽ. Hoc aũt, inqt, eſt & ꝑter rõnem, & ꝑter ea, q̃ apparent. Neq; .n. uidet, cũ ſic mouet, & ad nos deuenit:& inſenſilẽ quidẽ motũ dicere in paruo interuallo poſſet aliqs. ab oriẽte aũt ad occidẽtem inſenſiliter moueri magnũ re uera eſt poſtulatũ. Per ea aũt, q̃ dicit aduerſus Empedoclẽ, rurſus oſtẽdit, lucẽ corpus nõ eẽ. Si .n. corpus eẽt, ei motu opus eẽt, ut ad nos deueniret. Si aũt motu:& tẽpore. Omnis .n. motus eſt in tẽpore. Nunc autem ſimul illuminãtur, & q̃ ꝓpe ſunt, & quæ lõge ab illuminãte. Eſt .n. ꝑter rõnem, ut iã dicebã, dicere, ꝙ tãtus motus ſit iſenſilis. Illud aũt, Et ſi qs alius dixit, ſic aduerſus Platonẽ intendit. Videt .n. & ipſe in Timæo ipſam quoq; corpus dicere, & ad nos p effluxionẽ uenire.

Eſt autem coloris quidem ſuſceptiuum, quod eſt coloris expers: & ſoni, quod ſine ſono eſt.

Poſtq̃ oſtẽdit, lucẽ corpus nõ eſſe, ſed tãq̃ colorẽ aëris:& tãq̃ alienũ colorẽ eum aërẽ ſuſcipe. Nũc infert aliqd, qđ eſt ꝑdictis accõmodatũ, ꝙ id qđ debet colorẽ ſuſcipere, nõ oportet ipm ꝓpriũ colorem hẽre. is .n. imixtus nõ ſinit purũ eſſe, qui adiicit. Oportet ergo aerẽ, ſi uel colores, uel lucem, uel ſonos, uel odores eſt traiecturus, ipm & coloris, & ſoni, & odoris eẽ expertẽ. Et hæc cã eſt, ꝙ per pſpicuũ uideant colores, ꝙ ipſe ſit coloris expers, & ſm ꝓpriã naturam. Vnde & in pſpicuis lapidibus, in quibus acrior fuerit color, ut nigrũ, uel rubrũ, in his impeditã uidemus pſpicuitatẽ: in quibus aũt tale quid nõ eſt, minus ĩpeditã, & magis uidemus, q̃ p eã uident. Et ideo p albũ qdẽ uitrũ exacte uidemus:eo ꝙ ꝓpemodũ coloris expers eſt eiuſmodi. Per id aũt, qđ habet aliũ colorẽ, ſm ꝓportionẽ coloris. Eſt .n. pſpicuitas per quã alii quoq; colores trãſportant, uel magis, uel minus.

Eſt vero expers coloris &, quod eſt perſpicuũ, &, quod eſt inuiſibile, vel quod vix videtur, cu-

iuſmodi videtur, quod eſt tenebricoſum. Tale autem eſt perſpicuum quidem: ſed non quando actu fuerit perſpicuum: ſed quando potentia.

Cum dixiſſet id, quod eſt colores ſuſcepturū, eosq́; traiecturū, coloris expers eſſe oportere: quidnam ſit illud coloris expers intulit. Potentia enim, inquit, pſpicuū, q̨ uel eſt inuiſibile, uel uix uidetur, cum non adſit eius color. Id autē eſt lux: ut cum ſit aer p ſe pſpicuus potētia, & ſit eius ueluti color lux, quādo nō adeſt lux, uel oino non uidet̃, ut media nocte, uel uix & euanide, ut circa diluculum: Tunc enim euanide & illuminat̃ aer: & uidet̃, cum nondū ſit, pfecte pſpicuus. Vel ſic ergo, quod uix uidet̃, accipiendū eſt: uel, ut Alexādro uidet̃, de eodē inuiſibile, & quod uix uidet̃. Dico autem de oino obſcurato aere: qm̄ uidētur quodāmō & tenebræ à uiſu iudicari. Quod ſi ita eſt, & uideri. Cognoſcitur autē à uiſu tenebræ, ut ſæpe dictū eſt, ſcd̄m negationē, priuatione lucis, & uiſibilium. Vnuſquiſq; enim ſenſus, per accidēs etiam propriū ſenſilium priuationem apphendit. Propterea, &, quod uix uidetur, dixit, quoniam non per ſe, ſed per accidens eſt uiſibile. Tenebricoſum enim dicit, quod obſcuratum eſt.

Eius enim natura aliquando quidem tenebræ, aliquando vero lux eſt.

Eius enim pſpicui natura, hoc eſt ipm̄ ſubiectū, & lucis eſt ſuſceptiuū, & tenebrarū. Lucem aūt dixit, quod actu eſt perſpicuū, & tenebras, qđ potētia. Ea enim ſunt eius ueluti colores. Sicut ergo nix alba dicitur, ut quæ habeat albedinem, ſic & dicitur. Nam & ſtatua hoc ipſum ſtatua dicitur, & non æs. Sic & locum, qui eſt ſolis particeps, ſolem dicere iuxta cōſuetudinem ſolemus. Ponè enim, dicimus, ad ſolem. Et ipſe quoq; ſic dixit.

Non omnia autē viſibilia ſunt in luce, ſed ſolus pprius color. Nonnulla *enī in luce quidē nō videtur, in tenebris autē ſenſum faciunt, vt, quæ ignita apparent & ſplendentia. Hęc autē vno quidē ſunt nomine innominata, vt fungus, cornu, capita piſcium, & ſquammæ, & oculi: ſed nullius horum videtur proprius color.*

Cum paulo ante dixiſſet uiſibile eſſe & colorē, &, quod definitione qdem dici pōt, uno autē nomine appellare nō licet: deinde autem dixiſſet quomō color eſt uiſibilis, qm̄ eſt motiuus eius qđ eſt ſcd̄m actū perſpicuū: & ideo de luce dixiſſet, q̨ in ea & per eam color eſt uiſibilis: nūc tranſit ad ea, quæ uidētur pter colores, q̄ nō ſunt in luce uiſibilia: hoc eſt enim colorū pprium, & enumerat quænā ea ſint: ut fungus: cornu: capita piſciū: & reliq̄: &, q̄ lampyres appellātur: &, ut ſemel dicam, quæcūq; ignita ſunt, & ſplendida. Et eorum alia qdem noctu tm̄ uidētur, alia uero & noctu, & interdiu. Et ut ſumatim dicā, q̄tuor ſunt uiſibiliū differētiæ. Eorum enim alia qdem interdiu ſolum uidentur: alia uero noctu ſolum: alia autē & noctu, & interdiu: alia uero ne cum tenebris quidem ſimul eſſe ſua natura poſſunt. Quid aūt eſt horū unūquodq; hinc manifeſtū eſt. uiſibilium.n.alia quidem ſunt colores: alia uero īnominata, q̨ ad ea qdem uno nomine appellanda attinet: q̄, ueluti quēdam colorē ſplendorem hn̄t. Colores itaq; interdiu tantum uident̃: noctu autem nequaquā. Splendidorū autē alia quidē noctu ſolū uident̃: alia interdiu ſolum: alia & noctu, & īterdiu. Eorū enim q̄dam ſunt ualde ſplendida: alia uero obſcure & exigue ſplendida: alia aūt mediocriter. Quæ ergo habēt ſplēdorem exiguū, noctu ſolū uidētur: ut lampyres: & ſquāmæ: & ſimilia. Eorū enim ſplendor interdiu nō apparet, ut qui à maiore uincat̃. Præterea aūt & plures ſtellę. Quæ autē ſunt media & noctu, & interdiu uidētur: ut luna, & q̄dam aſtra: ut heſperus, ſi terræ ſit ppinquior. Prēterea autē & ignis, is enim, quātum pōt, aerem pficit, & eius perſpicuū in actū, & operationem deducit, ut & eos, qui in eo ſunt, colores oſtendat: in reliquo autē ſeipm̄ qdem oſtēdit, quod eſt autē illius perſpicuū, in actum nō deducit. Vnde ipm̄ quidē uidemus, etſi pcul in tenebris ſumus, ſed nullū eorum, qui circa nos ſunt, colorū. interdiu aūt rurſus ignis apparet, ut nihil qdē ſplendidū in aërem agens, q̨ à maiore tā ſplendore affectus ſit: ſic aūt quodāmō apparet, ut & reliq colores: uel potius, quēadmodū lunæ ſplendor, eo qđ ſit ualde obſcurus & exiguus, interdiu appet: ſic & ignis quādo non pcul oſtendit̃, dum lux eſt. Quæ autē ſunt ualde ſplēdida, ſolum interdiu, ut ſol, quādoqdem ipſe & lucis, & diei cauſa eſt. Ei autē, qđ dicit, Nō oia autē ſunt in luce uiſibilia, adiiciendū eſt, ſolum. Nō.n.omne uiſibile in luce ſolū eſt uiſibile: ſed uniuſcuiuſq; inquit, pprius color. Sunt enim colores in ſola luce uiſibiles. addidit autē illud, ſoli: qm̄ ignis quoq; ſplēdor, & ſi nō ſit color, in luce uidet̃: ſed nō in ſola luce: ſed etiā in tenebris: ſed nullius horū uidet̃ pprius color. Sex ergo

esse in uniuersum dicit uisibilia. quorũ quinque quidẽ dicit, alterũ autem, ut apertũ, fortasse ꝑtermittit. Nã & colores in sola sunt luce uisibiles. Quædã autẽ alia in tenebris solũ, ut lampyres, & similia. Alia uero & in luce, & in tenebris, ut luna, ignis, & q̃dam astra. Plurima. n. solum in tenebris uident̃: eo ꝙ à sola solis maiori luce uincant̃. Præterea aũt uisibile dicit, &, qđ est actu perspicuũ, id est, illuminatũ aërem. Vt prius. n. ostẽdimus, nullo alio diem esse iudicamus, ꝑterq̃ uisu. Ad hęc autem, &, qđ est potẽtia pſpicuũ, id est tenebras, uisibiles eẽ dicimus negatiõe. Est autem, qđ his accedit, sextum uisibiliũ genus, sol. Quod, cũ sit oĩum lõge lucidissimum, neq; in tenebris apparere dixeris: is. n. est, qui tenebras amouet & expellit: neq; interdiu: ipse. n. diei effectiua cã est. Atq; oĩa quidem ꝑter colorem, & tenebras, sunt ipsa sibiipsis causæ ut uideãtur, ut q̃ sunt luminosa. Noctu. n. lampyrum uel squámarum, uel aliorum color noctu nõ uidet̃, sed interdiu: neq;. n. eorum splendor adeo perspicuum potest aërem efficere, ut colorẽ, qui est in alio ab eis corpore, traiiciat, sed tantas habet uires, quantæ ad seipsum manifestandum satis sint: non ita autem & colores.

Propter quam ergo causam hæc videntur, alia est oratio.

Propter quã, inquit, causam, quæ noctu cernunt̃, uidentur, non est ꝑsentis orationis dicere. In libro enim de sensibus & sensatis dicit, ꝙ aër suapte natura à splendido illuminari aptus est: cuiusmodi sunt cœlestia. Quæ ergo huius partẽ habẽt, exiliter & obscure noctu illustrant eũ, qui est circa illa, aërẽ, quãdiu non à magis splendido illustratus, eorũ penitus lumẽ euanescere fecerit. Tantũ autẽ illuminant, ut seipsa ostendant. Nã & ignis, si multus sit, adeo pſpicuũ illuminat, ut & colores quoq; possint uideri. Si aũt pauca sit, eousq; pſpicuũ illustrat, ut & ipse uideat̃, & si multũ mãserit. Talia autẽ astra quoq; noctu sunt. interdiu enĩ lumẽ solis ea apparere nõ sinit. Atqui semꝑ quidem lux solis cœlestia illuminat. sicut enĩ paulo ante dixi, exigua est aëris pars, q̃ obũbrat̃: sed si noctu, & interdiu solarẽ lucẽ omnia cœlestia suscipiunt, cur nõ noctu cœlestia illuminata uidemus? cur aũt noctu stellas uidemus? cur enĩ interdiu potius q̃ noctu earũ lucẽ sol abscõdit, siquidẽ semꝑ illuminantur à sole? Dico ergo, ꝙ cono umbræ circa nos diffuso; nõ possumus eũ, qui est supra umbrã, utrinq; illuminatũ aërem uidere. Astra aũt, & quę ex eis sunt splẽdidiora, se ipsa nobis, ut dictũ est, annunciant. Quòd autẽ satis fieri põt, ut hoc accidat, hinc clarũ est. multo enĩ igne aërẽ aliquẽ clare illuminante ut iam dixi, qui procul sunt, illuminatũ quidem non uident aërẽ: ipm autẽ ignẽ quãdoque uident. Quòd autẽ stellæ quamuis à sole illuminatæ noctu uideant̃, causa est, ꝙ nõ ualde disiungatur à solaribus radiis uisiuũ sensoriũ. Et ꝙ hæc causa est, hinc didiceris: Quãdo enĩ sol est in meridie, nõ possumus intentis oculis in eius discũ aspicere, uisiuo, ut dixi, spiritu ualde disgregato, quando autẽ in finitore fuerit, & maxime quãdo fuerit caliginosior, tũc intentis oculis discũ aspicere possumus, & exacte cũ uidemus, ꝙ ꝑ caliginẽ eum uideamus, & nõ disgregent̃ uisus. Hoc ipm & in nocte fit, non uenĩetibus radiis ad eum, qui est circa nos, aërem, ꝓpter illã, quę fit à terra, interpositionem & obstaculũ. certe si quis sereno quoq; cœlo in ꝓfundũ puteũ descenderit, stellas uidebit, etsi supra puteũ non uideat. Quæ enĩ in putei ꝓfundo umbra est, instar noctis uisus cõgregãs, & à lumine disgregari nõ sinens, uisibilia facit apꝑhẽdere. Atq; ex hoc quidem collegerit quispiã nõ exire quicquã ex oculis, quod sensilia apꝑhendat: sed, ut in aliis sensibus, ad ipm uenire sensoriũ uisibile. Si enim uisus exirent, quatenus clarũ est, ꝙ in lõgitudinẽ ꝓcedentes imbecilliores fierent: sic quoq; luci se applicantes magis disgregarent̃. Nunc autẽ neq; noctu, cũ ad fixarũ stellarũ cœlum peruenerint, ab ea, q̃ illic est, luce disgregant̃. Et quãdo ex puteo quispiã aspexerit, oportebat uisus, qui fuerint supra puteũ, ubi se ad lucẽ, quę est, adiũxerint, simil'r disgregari. & sic nõ amplius astra uidere oporteret. nunc aũt uident. nõ ergo discernunt̃. clarũ est ergo ꝙ disgregant̃ tunc uisus, quãdo lux ipsi se oculo applicarit. Quare & qui est in puteo, ut pote cũ sit circa eum umbra, & lux se oculo nõ applicet, neq; ipm disgreget, uisibiliũ põt opatiões suscipere: qđ noctu quoq; euenit.

Nunc autem eousq; manifestũ est, ꝙ id, quod in luce quidẽ videtur, color. Quare neq; sine luce videtur. Hoc enim erat ei color esse, esse motiuum eius, quod est secundum actum perspicuum. Perspicui autem actus, & perfectio lux est.

Quòd id, quod in luce quidẽ uidetur, color est, clarum est: quoniã noctu nõ uidetur color, sed lucis pñtia. Lux. n. est habitus pſpicui. Color aũt est actus, q est ſm habitũ perfectiuus. Pręsente enĩ colore fit &, quod est actu perspicuũ, colorũ trãsportatiuũ. Quare & ipsa est coloris definitio. esse motiuum eius, quod est secundũ actum perspicuũ, actum, uidelicet, secundũ habitũ. Motiuũ aũt

pro eo, quod est perfectiuum, & exhibitiuum actus.

Huius autem signum est. Si quis enim id, quod habet colorẽ super ipsum visum posuerit, nõ videbit. sed color quidẽ mouet perspicuũ, videlicet aerem. ab eo autẽ, vt quod est cõtinuum, mouetur sensorium. Non hoc enĩ recte dicit Democritus, si esset vacuũ, quod intercederet, videri posse, etiã si formica in cœlo esset. Hoc enim fieri nõ potest: Patiẽte enĩ sensitiuo fit videre. Ab ipso itaq; eius quod videtur, colore fieri non potest. Reliquũ est igitur, vt ab eo, quod intercedit. Quare necesse est aliquid intercedere. Si autẽ fuerit vacuũ, non solũ nõ exacte, sed nihil penitus videbitur.

motus sonus est, sed talis q̄lis est, qui à leuibus. Si enim nō fuerint leuia, q̄ percutiūtur: non aceruatim resilit aer, sed in cōcauitatibus retinet̄, ut in murū proiectus globus. Si leuis qdem fuerit murus, resistentia, & repercussione ab eo resilit globus. Sin minus sæpe manet in cōcauitatibus. Sicut ergo talia à leuibus resiliūt, sic & aer. Secūdum hoc autē solum, q̄ aer à leuibus retorqueat̄, accepit similitudinem eorū, quæ à leuibus retorquētur, ut globi: non autē etiam s̄m causam retortionis à similibus quoq;: nisi quis hoc dixerit, q̄ sicut globū quis uiolenter emittēs: unà eum eo trudit aërem: qui uiolēter extrusus, & à globo expressus, & à muro excutitur, & retortus, unà secum globū quoq; cōtrudit: sic & in iis q̄ se illinc inuicem feriūt, resilit aër, & motu sonat. Est.n. sonus motus. potest motū non localem dicere, sed opationem. Illud autē, Eius qd potest moueri, localē motū exponere oportet, ut sit totum, q̄ sonus est oprratio eius, quod potest secundum locum moueri, eo modo, quo, quæ resiliunt à leuibus, ut globus à muro. Quòd si etiam in eo, qui s̄cdm locum, motu audiuerimus, ut iam exposuimus, nihil absurdi. Non enim simpliciter omnem aeris motū sonum dicemus, sed eum, qui fit à leuibus.

Neq; vero quodlibet, vt dictum est, sonat, quod verberat, & quod verberatur, vt si quis acum acu pulsauerit.

Quoniā dixit duobus solidis se inuicem ferientibus opus esse ad hoc, ut fiat sonus: ne quis existimet, cuiusmodicūq; solida & leuia corpora sufficere ad faciendū sonū: hæc addidit, q̄ nō solum duo eē oportet leuia & solida, q̄ sonū faciant, sed & cōmoderatā magnitudinē ipsa habere oportet, & talem figurā. Si enim ualde paruę fuerint magnitudines, ut acus, minimū aerē intercipiūt, ut nec sensilis qdem fit sonus. Sed quēadmodū in Physica dixit, q̄ forma à definita magnitudine incipit, ubi aduersus Democritū cōtendebat, insēsilia corpuscula refellens. Magnitudines eni, inqt, natura potentia qdem sunt in infinitū, ut magnitudines, diuisibiles. Fieri eni pōt, ut, quātū ad ppriam naturam, datum cogitatiōe & intellectu secetur: & illud in aliud, idq; in infinitū: formā autē aliquam habentes uel carnis, uel nerui, eorū nec potentia ad infinitū diuisionē admittere possumus, sed necesse est ultimas aliquas partes indiuisibiles accipere, ut deinceps ab illo nō amplius diuidat̄ in aliud tale, quale ipm. Vt caro quidē diuidi pōt in partes, q̄ seruent formā carnis: & illę rursus in alias, quæ eandē formā seruent. hoc autē in infinitū fieri non pōt, sed in aliquā omnino magnitudinē definit. quā si secueris, nō amplius seruas carnis formā, pp multā paruitatē. Sicut.n. dixi, formæ quēadmodū tali tēperatura indigēt, ut subsistāt: sic & tāta magnitudine. & sicut nō ɔtingit hoiem uel equū unius digiti fieri: sed iis cōmoderatā magnitudinē esse oportet: sic & aīalis instrumētarias partes, & similares, & oēm, ut semel dicā, formā in definita aliq̄ magnitudie eē natura statutū est. Sicut ergo in iis habet, sic & in sonis. Nō ois magnitudo, q̄ uerberat, & q̄ uerberat̄, sonū facit, ut acus: sed cōmoderatā magnitudinē eā hr̄e oportet. Figura quoq; opus est. Si globus.n. globū attigerit, non faciet sonū. Ostēsum est.n. q̄ globus globū s̄m signū attingit. Qm̄ ergo sufficiētē aerē nō itercipit, sonū nō faciet. Eorū aūt, q̄ sunt apud nos, artificialiū globorū, qm̄ fieri nō pōt, ut exacte tornet̄ superficies, nihil mirū si globus globū feriens, breuē sonū ediderit. Nā, cū nō sit apud nos exacte globus, neq; se exacte secundum signum attingunt.

Sed oportet, quod verberatur esse ęquale, vt aer cōdensatus resiliat, & cōcutiatur.

Aequale dixit, p eo qd est, latū. Pulchre aūt dixit, q̄ uerberat̄, latū esse oportere: nō oīno aūt &, qd uerberat. Etsi.n. qd uerberat, nō fuerit latū, sed cylindricum, fit sonus. Cā aūt est, q̄ nō solus aer ab ea, q̄ uerberat, parte intercipit̄, qui est ferè indiuisibilis, sed & q̄ à reliquis cylindri partibus aer ptrudit̄: qui si in tenue aliqd & acutū corpus aduersum inciderit, diffundit̄, & nō sonat. Si aūt in latum inciderit: nō diffusus, sed interceptus à lenitate, & referiente duritie, torquet̄: & sic resiliens sonat. Cōcuti aūt eū dicit, non qui simpl' à quolibet resilit, sed qui in ɔcauis, & sonoris intercipitur. Quēadmodū in nola accidit à calculo pcussa, ea.n. ɔcussa, cōcutit̄, &, qui in eius ɔcauitatibus intercipit̄, aer, & nūc in has, nūc in illas ɔcauæ nolæ supficiei partes incidēs, sonū facit. certè si nolam retinuerimus, cessat & sonus: eo q̄ nola cessante moueri, simul etiā aer moueri desinit. Pōt itaq;, ut dixi, æq̄le & pro lato accipi. Cū.n. dixisset, q̄ non qdcūq; uerberat, & uerberat̄, sonat: neq; enim sonat acus acū uerberās: tāq ut acubus opponeret, & ab eis distingueret, subiūxit, Sed oportet, qd uerberat̄, esse æq̄le: nō utiq; tāquā sint acus inæq̄les per ptes: sed clarū est, q̄ earū magnitudini, & figurę æq̄le opposuit, ut ab eis distingueret. Pōt aūt æq̄le, & de æquato, & non aspero audire. & hoc clarū

est ex hoc,qd subiungit,Vt aer cōdēsatus resiliat.Ab asperis enim,& inæqualibus cōminuitur,& non densus resilit:sed ab æqualibus,quòd sit continuus & unus.

Sonantium autem differentiæ in eo,qui est secundum actum,sono declarantur.Sicut enim sine luce non videntur colores: sic neq; sine sono,quod est acutum,& graue.

Sonātium dixit,p eo qd est,sonorū.Nā fm sonorū differētias diuersi quoq; soni fiūt.Sonorū er go differētias esse dicit acutū,& grauē.eas autē cognosci dicit nō in iis,qui sunt fm potentiā,sonis, sed in iis,qui sunt fm actū.Quæ.n.sunt potētia,ppemodum neq; sunt.Sunt autē quodāmō eorū, quæ nō sunt.Vnumqdq;.n.fm pprium actum & pfectionē iudicat.Sicut.n.pprios,inqt,colores apphēdimus:nō quādo potentia fuerit aer pspicuus,sed quādo actu:hoc est,quando illuminatus fuerit:sic neq; quādo est potētia sonorus,sonorum differētiā sentimus:sed quādo actu fuerit, hoc est,iam sonum admiserit.Soni.n.à coloribus tātum differunt,q colores sunt quidem alii à perspi cuo,& cum alii sint,ipsum mouent:eorum enim solas operatiōes perspicuum transuehit.Soni au tem non sunt alii ab eo,qui actu personat,aere,sed in eo suam habent constitutionem.

Ea autem per translationem dicuntur à tangibilibus.Acutum enim sensum mouet exiguo tem pore multum: graue autem multo parum.

Acutum & graue,& qdā sunt sonorū differētiæ:& p trāslationē,inqt,q est à tāgibilibus,appella tæ sunt.In magnitudinibus.n.q sunt pprie tāgibiles,est acutū & graue:per quorum trāslationē di cunt,& q sunt in sonis.Acutū.n.dicit in tactu,qd celeriter operat:ut gladiolus acutus,q celeriter pungit.Obtusum aūt qd tarde operat,& ueluti nō pūgens,sed trudēs,ut pistillus.Quæcūq;.n.ad pūgendum apta facere uolumus,ea acutis angulis facimus.Quæcūq; aūt ad trudēdū,obtusis an gulis.Sic & in sonis acutū qdem dicimus eū,q ad sensum uelociter accedit,& pmanet.Grauē aūt,q cum obtuso habet pportionē,eū,q ad sensum tarde accedit,& celeriter cessat:sicut in una fidiū po strema,q nete dicit.cū.n.ipsa sit aliis magis tensa,dū pulsat,pter tēsionē aerē uelociter feriēs,acu tissimū facit sonū:& paruo qdem tēpore hoc facit,diu aūt seruat:sicut arcus duri,& magis tēsi.Eo rum.n.chorda à sagittario tensa,deinde remissa,exiguo tpe pter tensionē in ppriū locū reuertit. Quare sagittā exiguo tpe trusam pter hoc ipm in lōge remotū spatiū mittit.Est.n.maioris uir tutis exiguo tpe idē mouere,q lōgiori.qd & in magis intēsis chordis otingit:in minus aūt intensa uiceuersa:quēadmodū supma lōgo qdē tpe,qd est aeris personatoriū,mouet,exiguo aūt seruat.cū aūt est,q subtiles qdem sunt,& nō multū hñtes occurrētē aerē,celerius eū mouēt.Præterea cū sunt tensæ,& à multo aere nō ipeditæ,celerius pperāt suū ppriū locū,& rectitudinē recipere,ex q per cussæ motæ sunt,q à finibus & extremis otēderent.Propterea ergo paruo tpe mouēt id,qd in ae re uim habet psonatiuā.Diu aūt sonū seruāt,q ualde extēsæ aerem uehemēter feriūt.Vehemētius autē percussus,repcutit & ipse chordā,& rursus ab ipsa repcutit:idq; longiori fit tpe.Agitata autē chorda,sonus necessario diutius extēdit.Crassæ aūt chordæ,& minus intēsæ,ut supmæ,oīno con trariū euenit.Multum.n.habens occurrētē aerem,& neq; sic intēsa,& breuius aerem mouet,& tar dius reuertit.Quare & tardius sonant,neq; diu sonū extendūt,q neq; aerem uehemēter moueāt, neq; ualde repercutiāt,& ideo nō diu agitant.Id autē si nō fiat,celerius perit sonus.

Et sic velox est,quod est acutū:illud vero,graue.sed fit quidē illius,pter celeritatē motus talis: huius aūt pter tarditatē.Et videtur pportionē habere cum eo,quod est circa tactū,acuto,& obtuso. Acutum enim veluti pūgit.Obtusum aūt veluti trudit,eo q illud quidē moueat in paruo:hoc vero in multo.Quare contingat hoc quidem velox esse,illud vero tardum.

Postq dixit,q sonus acutus celeriter mouet sensum,& sensilis factus in lōgius tps manet:grauis aūt uiceuersa:ne qs existimaret eūdē acutū sonū celeriter,uel tarde moueri:est.n.aeris opatio incor porea:incorporeū aūt nō mouet fm locū:sed acutus dicit sonus,acute moueri aerē,cuius est opa tio:silr & tardus:uel hoc ergo significat p hoc qd dicit,sed fit qdē illius pp celeritatē motus talis: huius uero pp tarditatē,p eo qd est,pp celeritatem eius,qd mouet,corporis,in quo est,talis fit & motus sensus à sono:uel q,quēadmodū in tāgibilibus,per aciē in magnitudinibus fit uelox ab eis diuisio.& est aliud qdē eē acutū:aliud aūt ab eis uelociter corpus diuidi.Hoc.n.illud cōsequit:& accidit acuto celeriter diuidere.Acutū.n.erat,etiā nō operās.Silr & in obtuso.Sic & in uoce acuta

 aliud

aliud qdē est acutū:hoc aūt cōtingit,ut auditū moueat celeriter.Silr aūt & tardū in graui.Illud autem,Quare ɔtingit hoc qdē uelox esse:illud uero tardū,perinde est,ac ꝙ hæc ſm accidens hñt uelox & tardum,& non sunt eorum substantia. Accidit aūt acuto qdē celeriter mouere,ut gladiolo:ꝙ ei ab exiguo corpore occurrat:obtuso aūt tarde,ut pistillo,ꝙ ei à multo corpore occurrat.

De sono ergo hac sit ratione definitum.

Dixit qd est sonus.s.ꝙ motus eius,qđ pōt moueri eo mō,quo,q̄ à leuibus resiliūt,quādo repercusserint:& quomodo fit,nempe ꝙ uerberante aliquo,& uerberato:Per quod.s.ꝙ ictus est aliquorum inter se solidorum in aere,uehementiore in iis aeris diuisione,& confractione:sed & qualia eē oporteat,quę feriuntur:per quod auditur:& quomodo sonus.

Vox autem sonus quidam est animati.Ex inanimatis enim nihil vocem edit: sed per similitudinē vocem emittere dicuntur, vt tibia, & lyra.

Postq̄ dixit de sono,ɔsequenter & de uoce disserit.Vox.n.spēs est soni.Dicit ergo uocē quādā eē sonum.Nō.n.oīs sonus uox est,sicut inanimatorū.neq͂.n.qui ex fluctibus,uel uentis fit, strepitus,neq͂,qui ex allisis fit lapidibus,fragor uox est:sed aiati aliqs sonus uox est.Sed neq͂ quiuis animati sonus uox est.neq͂.n.qui per cōplosionē manuū,neq͂,qui fit per screatū,uel tussim,uox est.Sūt.n.hæc soni,& nō uoces,sed uox est aiati sonus,qui per uocales fit partes.Sūt autem uocales ptes,pulmo,& oēs respiratiuæ partes:& aspera arteria:& fauces.Sed neq͂ ab iis quōcunq͂ factus sonus uox est.Tussis.n.ab iis fit:nec uocē dicit̃ emittere,qui tussit.Sed quādo cum imaginatiua significatione hæc mouent̃,tūc demū factus ab iis sonus uox dicit̃.Qūo aūt per hæc istrumēta uox fit,& in quo differt uox à tussi,eo dicēre,ꝓgrediētes sciemus.Aiati ergo quidā sonus uox est.Etsi.n.q̄dā ex inanimatis uocē edere dicunt̃,per trāslationē,& silitudinē quādā dicunt̃,ut quæ uoci hoīs silē qd habeant.Hæc.n.tria circa hoīs uocē cōsiderant̃:numerus:harmonia,& dictio,Versatur aūt numerus circa tp̄s ꝓlationis lōgū,& breue.& ideo antiqui,q̄ ex uocalibus maiori tp̄e ꝓferunt̃,lōgas noīauerunt.Quæ aūt in minore,breues.Si.n.ſm ipsam naturā ꝓtulerimus,uidebimus eas,q̄ dicunt̃ longæ,ut . & - maiori tp̄e ꝓferri:breues aūt minore.Ex eorū aūt ad seinuicē compositione numerosum existit.est hoc.n.carminū.Harmonia autē circa acuti,& grauis cōmoderationē uersat̃. Dictio uero uersat̃ circa syllabarū formationē & exp̄ssionē,ex qua eorū,q̄ dicunt̃,intelligētia significatur.Qm̄ ergo ꝓprie hæc habet uox humana:eā aūt quodāmō imitant̃ & instrumēta musica: ꝑpca dicunt̃ & ipsa ſm ꝓportionē & ɔuenientiā uocē edere.Nō solū.n.numerū,& harmoniā imitant̃,sed & dictiones.Sciunt certe & q̄lis sit cantilena,q̄ dicit̃:& cū instrumētis cōcinunt.Imitant̃ aūt nō simpliciter uocē hoīs,sed loq̄lam.Vt dixi.n.in dictiōis cōpōne uersat̃,q̄ fit per linguā.Quæsiuerit autē quispiā,in quo differt numerus à metro.Dicimus ergo numerū eē qd generalius:numeri aūt speciem eē metrū.Si quid enim est metrum,id est & numerus:nō ita autem & contra. Considerat̃.n.numerus in iis,qui pulsant pedibus,& manibus.Quādo enim uelox,& tarda pedū eleuatio, & positio,inter se tōnem,& ꝓportionē hñt,fit numerus.Et hinc ab horū trāslatiōe talis syllabarū conexio,q̄ ad metrorū generationē accipit̃,pedes appellati sunt.Scd̄m eādem conuenientiam & in manuum,& tibiarū,& aliorū eiusmodi pulsatiōe numerus appellatus est, qui est cōmoderatio tēporis,in quo fit motus.Nam & in tibiis numerus quoq͂ cōsiderat̃. Tibię eni foraminū alia qdem longiori tēpore obturant:alia uero breuiori.Et sic resonantiarū hanc qdem leniorē,illam uero asperiorem emittunt.Et foraminū alia quidē sunt maiora:alia uero minora.& hæc qdem sunt lingulę ꝓpinquiora:illa uero remotiora.&,q̄ sunt angustiora,sunt latioribus acutiora.in pueris itaq͂,& mulieribus sunt uoces acutiores:Quæ aūt latiora,tardiora.Simil'r &,q̄ sunt ꝓpius,sunt remotioribus acutiora.quorū cōmoderatione fit harmonia,& melos:numerus aūt uelocis,& tardi.Quòd in reliquis quoq͂ instrumētis numerus cōsiderat̃,omnibus apertū est. cōmoderata enī digitorū eleuatione,& positiōe pficitur.Qui ergo in aliis est numerus,ſm tarditatē,& celeritatē figurat̃.Qui aūt in oratione,q̄ est ꝓnuncianda,ſm longum & breue:qui etiā metrū solus dicit̃.Cum tardo autē ꝓportionem & cōuenientiā habet lōgum: cum celeri uero breue. nō solum autē in poëticis scriptis ɔsideratur metrum,sed & in oratoriis. Dicimus ergo lōgum esse mēbrum uel curtum & mutilū:& ex eo,ꝙ nō sunt cōmoderata membra,nō est numerosa oratio. Qui itaq͂ de forma oratiōis scripserunt,tradiderunt,quot,& q̄les pedes assumpti ad oratoriū mēbrum,hoc recte efficiāt.Hęc quidem in digressione:sed redeamus ad dictionis contextum.

Et quęcūq; alia ex inanimatis extensionem habent, & concentum, & sermonem.

Extensionem dixit, pro eo quod est, numerū. Sicut eni dixi, circa tēporis extēsionē, quæ fit plus uel minus, & eorū cōmoderationē, cōsideratꝰ numerus. Melos autē dixit, pro eo quod est, harmoniam, quę circa acuti, & grauis cōmoderationē uersatꝰ: Sermonē aūt dictionū cōpositionem.

Videtur enim vox quoq; hæc habere.

Similis est, inquit, musicorū instrumentorū sonus uoci, quatenus eius habent imitationē, quæ dicta sunt. clarum est aūt, ꝙ uocem maxime nūc dicit sermonē. circa eam eni solā cōsideratꝰ dictio. In uocibus enim inarticulatis est melos qdem, & numerus: dictio autem non ita. nam etsi de Pica, uel Psittaco dixeris, uel aliis eiusmodi, non proprie est dictio: nisi secundum imitationem, & conuenientiam, sicut & in inanimatis.

Multa aūt aīalia vocē nō habēt: vt &, quę sanguine carēt: & ex iis, q̄ sanguinē habēt, pisces.

Quoniā dixit uocem esse animati sonum: non omne autē animatū uocē habet: sed sunt quædā, quæ uoce carent: hoc ipm definit. Non enim simplr animata sunt uoce pdita, sed aīalia. & nec oia animalia, sed ea sola, quæ habēt pulmonē, hoc est, quæcūq; respirāt. Vocis eni materia est respiratus aer, ut ipse in processu ostendet. Neq; insecta, ut muscæ, apes, & similia: nec q̄ sanguine carent, uocē edunt, ut uermes. Sed neq; omnia sanguinē habentia, ut quęcūq; ex aquatilibus nō ancipitem uitā agunt, ut pisces. neq; eni habēt pulmonē. & ꝓpterea uocē nō emittūt. & ideo ἔλλοπες appellati sunt, quasi ἐπὶ ἐλλείποντες, hoc est uoce destituti. Sed neq; quæcūq; ancipitē uitā agunt, ea uocē emittunt: nam neq;, quæ testaceā cutē habent, ut cochleę. neq;, q̄ mollioris sunt testæ, ut cancri, & mures aranei. Ex iis aūt, quę ancipitē uitā agunt, uocem edunt & fluuiatilis equus, & crocodilus. Dicitur eni & hic breuē, & exiguā uocem edere. Dubitauerit, aūt quispiā, qūo dicantur insecta uocē nō edere. Quid est enim cicadis uocalius? Quin & muscæ inter uolādum nō minimū bombū edunt. Dico ergo non eē uocem, eorū uocalē soni emissionē. neq; eni per uocalia hæc instrumēta fiunt. Est eni quædā pellicula circa supficiem sub pectore cicadarū, quā alis uerberātes, & interceptū aerē exprimentes, sonum emittunt. Similiter & muscæ asperis alis percutientes sonant: stantes certe bombum emittere desinunt.

Idq; non citra rationem, siquidem aeris motus est sonus. sed, qui dicuntur vocem edere, vt in Acheloo pisces, branchiis sonant, vel aliquo alio eiusmodi.

Postquā dixit pisces nō habere uocem, huius ipsius cām subiunxit. Si eni, inquit, ut ostēsum est aeris motus sonus est: uox aūt est sonus quidā: in aere aūt nō degunt pisces, sed in aq̄: merito uocē, non habent, ut qui nō aerem moueāt, sed aquā. Et ex iis, q̄ utrobiq; indiscriminati uiuunt, quęcūq; uocem habent, non possunt uocem in aq̄ emittere. Neq; eni nos, cū aquā subierimus, edere uocem possumus. Sed &, qui dicunꝰ uocem edere in Acheloo, magni sunt, quos qdam uocem emittere existimant, quādo circa aquę fuerint superficiē. Dicit ergo nō oportere existimare eos uocē emittere. neq; eni per uocalia mēbra sonū faciunt, sed ƒm aliquē branchiarū motū. Quādo eni ii circa aq̄ superficiem natant, cū magni sint, & multū aq̄ intercipiāt, deinde branchias cōtrahāt, aquā emittūt, & emissione turbant: eaq; turbata aliqd aeris intercipit, qui ictu aq̄ expressus sonat & hoc modo uidentur illi uocem emittere, ut de muscis, & cicadis diximus. Quare extra aīal fit sonus, & nō per instrumenta uocalia. & in talibus similr euenit. ut in colūbis, q̄ uolantes alis sonāt. Similis ergo est is sonus plausui, qui fit per manus. Quare si & scari uocem edere dicunꝰ, idem de iis existimādū est. Illud aūt, Vel aliquo alio eiusmodi, adiecit, ꝙ cōtingit non solū brāchiarum cōtractione eos dicto modo sonate, sed & ore aquā excipientes, & cū strepitu extrudentes. Certe cū sunt in ꝓfundo, non sonant. Fieri enim nō potest, ut in aq̄ fit sonus. Propterea ergo, ut iā dixi, si in aq̄ manus simul percusserimus, nō sonant. Est eni aq̄ quidē sonorū transportatrix, sed quæ sonum non emittit.

Vox aūt est animalis sonus, & nō q̄libet parte. Sed quoniā quodcūq; sonat, verberāte aliquo, & aliqđ, & in aliquo sonat: id aūt est aer: ea sola vocem merito ediderint, quę aerē suscipiunt.

Postquā discreuit ea, quę uocem edunt, ab iis, q̄ non edunt: & ex iis ad uocis rationē tradendā ingressus est; uult deinceps eius, q̄ est ꝓprie, uocis rōnem tradere. Eam aūt ab aliis sonis dupliciter di

ſcernit,& ex modo generationis,& ex fine. Ex modo itaq; generationis, ꝙ uox qdem fit expirato aere expreſſo cõtractione thoracis, ſm eam,quæ illi ineſt,ſonatiuã facultatẽ,& in aſperã arteriã incidente,& in eum,qui in illa eſt interceptus,aeremq; denſo ictu infractus, retortus,& uibratus,cohærẽtem aerem ad auditũ uſq; percutit.Eſt enĩ oris hiatus,q eſt ad radicẽ uſq; linguæ, gula. Illinc autem duo uaſa ſecunĩ:hoc qdem ad thoracem, qđ aſpera arteria dicĩ: alterũ aũt ſecus tendinem uſq; ad uentriculũ,quod dicitur oëſophagus.Per oëſophagũ itaq; fit ciborũ aditus:per aſperã aũt, ſpiritus, qui fit ſm inſpirationẽ,& expirationẽ. Qui qdem dicto modo expiratus facit ſonũ, q uox dicitur, quãdo fit cum aliq̃ imaginatiõe ſignificatiua. Ex modo igitur generatiõis hac rõne differt uox ab aliis ſonis. Quicũq; enim ſoni nõ ſunt animaliũ,uel, qđ magis eſt,animaliũ qdem ſunt, ſed non per p̃dicta uocalia inſtrumenta fiũt, nõ ſunt uoces. Ex fine aũt,ꝙ uox fit p aliquẽ animalis impulſum ad aliquid ſignificandũ.itaq; & cũ imaginatiõe. Quare & irrationaliũ ſoni,uoces. Cõpaſcẽtem,inquit,ſuem plequẽs ululat. Nam & canis,quãdo habet imaginationẽ alieni,latrat: quãdo aũt familiaris & domeſtici,blãdiens mouet caudã. Et,ut ſemel dicã,cũ talem,uel talem typũ ſm imaginatiõem ſuſceperit,diuerſas uoces edũt. Sunt itaq; uoces ſignificatiuę aĩę affectuũ. Nam cũ cibum appetunt,quadã uoce utuntur:& aliã edunt uocem,cũ triſtitia afficiunĩ:aliã,cũ lętãtur. Tuſſis aũt, quæ fit per exitum ſpiritus per aſperã arteriã,non eſt uox. Differt enĩ & modo generatiõis,& fine. Modo quidẽ generatiõis,ꝙ in uoce,qui extrudiĩ ſpiritus,ſenſim & ſm naturã egrediens, percutit ordinate eum,qui eſt in aſpera arteria,& ipſam arteriã.& ille paulatim truſus,& à percutiente,& ab aſpera arteria,ſonat numeroſe:fit enim uolente aĩali. In tuſſiẽtibus aũt,ſpiritus,ut q p̃ter naturã mouetur,aceruatim,& inordinate è thorace egrediĩ,& ſeipſm quoq; ferit,& id qđ eſt in aſpera arteria. Cum enim humidũ prẽter naturã in thorace cõtractũ fuerit,id natura uult per ſpiritũ extrudere. Deinde cum nõ ualet ſpiritus id extrudere,ipſe ab eo repercutiĩ,& ſępe enixus interrũpitur. Vnde fit etiã corporis cõcuſſio. Ipſum aũt interrũpi & cõcuti ſignum eſt, ꝙ non ualet ſpiritus extrudere adiacentia. Et quando laborat aliquis inflammatiõe:ſpiritus,qui eſt circa thoracẽ in anguſtias redactus,difficultatis anhelitus,& inordinati per tuſſim motus cã eſt. Hac itaq; ratione differt tuſſis à uoce.& fine,ꝙ non fit cũ imaginatiõe.non enĩ alicuius ſignificandi gra,ſed fit coacte.niſi ſecũdũ aliquam cõuentionẽ fiat, ut ſi excreauero,uel tuſſiuero, hoc ſignificabo.tũc enim &, ea uoces quędã ſunt. Sic ergo, ut paucis cõplectar,licet dicere uocẽ eſſe animalis ſonũ,per uocales partes cũ imaginatione factum,imaginatione,ſcilicet,alicuius rei ſignificãdæ gratia. Quare & in thorace inſpiratũ aerem paulatĩ mouemus,prout elegerimus cũ celeritate, uel tarditate loq. Hæc itaq; ſunt uocis inſtrumenta. Sermonis aũt,lingua:palatũ:dentes. Taliter enĩ,& taliter uocẽ edentẽ ſpiritũ per quãdã eiuſmodi circũactionẽ lingua figurãs,ſic dictiões facit. Quare qbuſcũq; lingua ſupra modũ uel relaxata,uel alligata eſt,ii nõ loqui,uel nõ articulate loqui poſſunt:cũ lingua nõ amplius poſſit ſm rationem motus facere,p quos uox figuraĩ. Sicut enĩ in tibiis, & in inſtrumẽtis muſicis, q per utres, uel corpus in tibias efflaĩ,ſpiritũ,& taliter, uel taliter ſonat, figurãtes digiti,in dictiões adaptãt: ſic & lingua eũ,qui ex thorace efflatur,& ad arteriã ſonat,in dictiões figurat. Vnde & irrõnalia animalia,quoniã animã rationalẽ non habent,remiſſam linguã,& labra diducta habent. neq; enĩ ea opus habebãt ad linguę miniſteriũ. Vnde & ex uolucribus,quæcũq; linguę & genarũ cõpoſitionẽ & ſpeciem habẽt hominibus pſimilem,nec ualde hiantẽ,poſſunt imitari ſmonem,cuiuſmodi ſunt picę, & pſittaci,& ſimilia. Sed quoniã qđcũq; ſonat, uerberãte aliquo,& aliqd,& in aliquo ſonat: aliquo qdem,quod pcutit:aliquid uero,qđ percutiĩ:in quo aũt ipſe declarauit dicens. Id eſt aũt aer. Si aũt ſic fit ſonus,merito quęcũq; pulmonẽ non habent,&,quę in aquis degunt,uocẽ nõ habent.

Materia enim,eo quod reſpiratur,vtitur natura ad duo opera:quẽadmodũ lingua ad guſtũ,& ad ſermonem:Quorũ guſtus quidẽ eſt neceſſariũ:vnde & pluribus ineſt. Sermo aũt,& interp̃tatio, vt bene ſit. ſic & ſpiritu,& ad calorẽ,q eſt intus,vt neceſſariũ:cauſa autẽ in aliis dicet:& ad uocẽ,ut ſit,qđ bene eſt. Reſpiratiõi aũt inſtrumentũ guttur,cuius aũt gratia hęc quoq; pars eſt,pulmo.

Qm̃ dixit ea aĩalia uoce uti,q̃ reſpirãt:eſt aũt reſpirationẽ p̃cedens alius qdam uſus in iis,q̃ reſpirãt:qũo ad uocẽ quoq; reſpiratio cõfert,per hæc addidit. Sicut.n.inqt,linguam fecit natura ad duo opa:quorũ alterũ qdem ad hoc,ut ſint,ↄfert iis,q̃ hñt,guſtus:alterũ aũt ad hoc,ut bene ſint,ſermo: Sic & reſpirationis duo fecit opera,quorũ unũ qdem ad hoc,ut ſit:alterũ uero,ut bene ſit. Cõpendiũ.n.ſibi uẽdicat natura.& ideo iiſdẽ in pluribus utiĩ. Natura ergo lingua utitur,& ad ſuccorum uſum,& ad ſermonẽ. Quorũ alterũ qdẽ,ad hoc,ut ſint,cõducit:nã ſine alimẽto uiui nõ põt. Sermo

aũt ad hoc,ut bene sit.Hinc.n.fit aĩal,qđ societate delectať,& cũ aliis cõicat,hõ:& per eũ docti,& scientia pditi à pceptoribus reddimur.Propterea gustus qdem est in oĩbus aĩalibus:sermo aũt nõ in oĩbus:sed neq̃ oĩno uox:sed in pfectioribus.Sicut ergo in lingua habet,ita & in respiratiõe. Nã & ad interni caloris refrigerationẽ cõfert,qđ est naturæ opus necessariũ.Nã ad hoc,ut sint,respirantibus cõfert,ut in libris dictũ est de partibus aĩaliũ,& in tractatu de respiratiõe,& expiratiõe.ad quę etiã differt,ut q sit in illis dicturus.Opus.n.inqt/habet & pulmo respiratione.ut qui sit fm naturã calidior in pedestribus aĩalibus,eo q̃ sit cordi superpositus:& multo prius cor.ab eo.n.in pulmone quoq̃ calidũ nimis abũdat.Propterea ergo dixit primũ refrigeratione opus hẽe eum,q est circa cor,locũ.refrigerať.n ipm per pulmonẽ respiratum aërem recipiẽtem,& ppria refrigeratione illud quoq̃ refrigerãtem.Hic est ergo necessarius respiratiõis usus,q ad hoc,ut sint,aĩalibus cõfert. Confert autẽ & ad sermonẽ,qui nobis inest ad hoc,ut bene simus.siqdẽ & uox ad sermonem.Vox.n.est materia sermonis.Vocis aũt materia est expiratus aër.Est aũt causa effectiua natura.Instrumẽtaria uero aspera arteria.Est.n.ueluti tibia.certè iuuenes qdẽ sunt uocaliores,ut qui eam lenem habeãt:sunt aũt senes minus uocales,ut qui eã habeãt asperã.Finalis aũt,significatio.Aĩali.n.uocis finis est,ut per eã aĩæ motus,& habitus significet.Sermonis autẽ materia qdem,ut dictũ est,uox est.effectiua aũt causa,rõnalis aĩa.instrumẽtaria uero,lingua:& palatũ:& dentes.Finalis uero,mentis conceptuũ significatio.Vocis aũt instrumẽtũ est guttur,qđ Gręce φάρυγξ. φάρυγξ. autẽ fœminino genere quãdoq̃ diciť,& significat fauces.eę aũt sunt uastus ille hiatus,qui est post linguę radicẽ: quando uero masculino,significat laryngem,seu guttur,sicut & hic.Est aũt larynx seu guttur asperę arterię extremũ:qđ à tribus cartilaginibus cõtineť:ab ea q̃ diciť arytanoeides:à clypeiformi:& ab ea,quæ est ĩnoĩata.Quæ qdẽ extẽsæ,& ɔtractæ ab iis,qui illic sunt,musculis uocẽ cõponunt.A tali.n.horũ cõtractione,& extensione/uel magis/uel minus formať uox fm acutũ,& graue:& siqua alia forma circa eã ɔsiderať:sicut à lingua,& palato,& dentibus formať sermo. Vocis ergo instrumentũ,ut paucis totũ absoluã,esse dicit asperã arteriã.Huius.n.principium est pharynx,seu larynx,seu guttur,ut ipse dixit.Cuius aũt gr̃a hæc quoq̃ pars est,pulmo.Propter pulmonẽ.n.ait factã eẽ asperam arteriã,quã pharyngẽ appellauit:ut p eã ingrediẽs spiritus eũ refrigeret.Quæcũq̃.n.hñt pulmonẽ,ea habẽt quoq̃ asperã arteriã.Quæcũq̃ ergo hñt pulmonẽ,aspera arteria refrigerať eorum,quod est intus,calidum ingrediente aere.Pisces autem per branchias refrigerant calidum, quod est intus,eas contrahẽtes,& aquam admittentes. Quare pulmone non indigent,& alioqui aquatilia non ualde opus habent,ut exterius ingrediatur frigidum,ut refrigerentur.Nam cum ea aqua circunstet,ipso tactu refrigerationem facit.Si autem & eo,qui est in profundo,frigidi aditu opus habeant,per brãchias hoc faciunt contractas,& extensas.

Hac enim parte plurimum habent calidi pedestria animalia. respiratione autem opus habet,&, qui est circa cor,locus primus.

Pedestria/inquit/aĩalia/q̃ pulmones habẽt,superãt aquatilia in ea,q̃ est in pulmone,caliditate.Nã cum pulmonẽ non habeãt,neq̃ eam,q̃ in eo est, caliditatẽ habebũt. Pulmonẽ enim nõ hñt:quoniã,neq̃ cor.Quæ.n.cor hñt,pulmonem quoq̃ habent.Non oportet autẽ existimare eum hoc dicere q̃ sunt calidiora pedestria aquatilibus:sed hac parte calidiora:quoniam,ut dixi, non habẽt illa pulmonem.Sunt enim q̃dam aquatilia pedestribus natura calidiora. cõcoquunt certe pisces quidam arenam,& limosa omnia:quę pedestria non concoquunt.

Quare necesse est,eo intro respirante,ingredi aerem.

Inspirationis & expirationis cõe genus respiratio.Hic itaq̃,respirante,dixit, pro eo,qđ est,inspirante aĩali,necesse est ingredi aerem in eum,q est circa cor,primũ locum.Is enim est primus,qui infrigidatione indiget.Fons enim innati calidi est cor.Quoniam aũt ei est suppositus pulmo,& ex eo multum calidi recipit:ipse quoq̃ infrigidatione indiget.Primo ergo cor refrigeratione indiget:propter ipsum autem & pulmo. Per inspirationem ergo refrigeratur:per expirationem autem fuliginosa excrementa excernuntur.

Quare ictus respirati aeris ab ea, quę est in illis partibus,aĩa ad eam,q̃ dicitur,arteriã,vox est. Nõ.n.oĩs animalis sonus vox est, sicut dixit. est enim lingua sonare,vt,qui tussiunt.Sed oporte: & animatum esse,quod verberat,cum imaginatione aliqua.

Hic uocem definit à mõ generationis.Primum.n.uox est,inquit,ictus expirati aeris ad asperam

arteriam,ab ea,q̃ eſt in ſpiritu,& in thorace, animali facultate. Addet autẽ etiã deinceps definitioni id,cuius cauſa,dicens:q̃ uerberans eſt animatũ, ut hoc cum aliqua imaginatiõe faciat. Quare talis quoq; eſt ſonus ſignificatiuus,dico autem uox.

Significatiuus enim quidam ſonus eſt vox, & non reſpirati aeris, vt tuſsis: ſed illo verberat eum, qui eſt in arteria,ad ipſam.

Duobus modis,ut iam dixi,ſeparat tuſſim à uoce, & à fine,q̃ non ſignificatiua, ſed coacta ſcdm aliquẽ fit affectũ,& q̃ nõ in oibus ſimilem habet uoci generationem. In uoce.n.qui ex thorace exprimitur ſpiritus,paulatim incidẽs in ſpiritũ in aſpera arteria interceptũ, percutit ad ipſam arteriã ipſum cõprimens:& ſic ea percuſſa ab illo,qui eſt in ipſa,ſpiritu,fit ſonus,qui eſt in uoce. Fit autem articulatus,quãdo ex arteriæ cõcauitate truſum aerem circa fauces lingua taliter,uel taliter figurauerit. In tuſſi aũt extrudit̃ quidẽ ex thorace,ſed aceruatim: & nõ ſolum pcutit eum, q eſt in aſpera arteria,aerem,ſed & ab eo percutitur:& alia fiunt,ut iam prædixi.

Signum aũt,q̃ nõ poſsit edere vocẽ reſpirãs,neq; expirãs,ſed detinẽs,eũ enĩ mouet retinẽs.

Reſpirantem inquit,pro eo,qđ eſt,inſpirantẽ.Generali enim noĩe pro ſpeciali uſus eſt.Quid ergo,inquit,q̃ expiratus aer facit uocẽ?Signum aũt, q̃ non poſſit uocem edẽs inſpirare, q̃ egreditur ſpiritus,& ſi alii ingredienti obuius fuerit,interrũpitur.Non ſolum aũt,inquit,fieri nõ poteſt,ut inſpiret,qui uocem edit,ſed neq; ut expiret. Atqui hoc ipm expiratium fit uox. Et hanc dicit generationem uocis expiratũ aerem. Fortaſſe ergo illud dicit, q̃ aceruatim expirãtes non poſſumus uocẽ edere. Denſa enim expiratione cõſumitur ſpiritus.& nõ prius uocẽ edere poſſumus,quã aliud inſpirauerimus:quod expiratũ ſubſeruiet ad uocis generationẽ.Tragœdos itaq; admiramur, qui carmina ſine interruptione cum uehementia extendũt,q̃ diu eis ſufficit ſpiritus.Quod aũt ſic habet, hi ipſi declarãt,quãdo ſunt cãtaturi,multo prius ſpiritũ inſpirãtes,& ſic uocem emittere incipiẽtes, ut eis ſufficiat circa expirationẽ.Quare neq; ſine reſpiratione diu loqui poſſumus,eo q̃ conſumat̃ ſpiritus,q eſt in thorace. Opus ergo habemus prius aliũ inſpirare ad ſubminiſtrationẽ uocis. Fieri autem non põt, ut ſimul inſpiremus, & loquamur. Nam neq; fieri poteſt, ut ſimul inſpiremus,& expiremus. Ei enim cõtraria mouet,qui retinet. Qui enim eſt uocem editurus, retinens eum,qui eſt in thorace,ſpiritũ,mouet eum,q eſt in arteria. Cõuenientiam autem & ꝓportionẽ habet,qui in aſpera arteria intercipit̃ ſpiritus,cũ eo aere,q eſt inędificatus in auribus:niſi,q̃ is qdem,q eſt in auribus,eſt imobilis,& ſemp idem:Qui eſt autem in aſpera arteria,eſt aliquãdo alius.

Clarum eſt enim,cur & piſces ſint muti: non enĩ habent laryngẽ,ſeu guttur: quia aerẽ non ſuſcipiunt,neque reſpirant. Sed &, qui dicunt, piſces vocem emittere, errant. Sed propter quam cauſam, eſt alius tractatus.

Ex pdictis clara eſt cauſa,ꝑpter quã piſces ſunt muti: qa uox ex expirato fit ſpiritu, in aſperam arteriam incũbente:qm̃ nec pulmonem habẽt,cuius grã hęc pars eſt,merito ſunt muti. Et quicũq; inquit,eos uocẽ edere exiſtimãt,q̃ in Acheloo ſonent piſces,ii fallũtur,ſonũ uocem eẽ putãtes.ſunt autem quidã,qui dicunt piſces quoq; reſpirare: & ppea nõnulli conãtur oſidere, q̃ eſt aer in mari. eſt autẽ hoc falſum.Si enim aerẽ reſpirarent piſces, cum ſunt in aqua: cur non piſces quoq; in aere uiuunt? ſicut nec nos in aqua.neq; enim branchię ſufficiũt ad attrahendũ intro aerem.Vnde cum breui tẽpore ſuffecerint,pereũt.Propterea ergo qa nec inſpirare,nec reſpirare poſſunt,merito uocẽ non edunt.Et alioqui,quomõ fieri põt,ut aer ſit in aqua? neq; enim aeri natura inſitũ eſt, ut in aq̃ ſubſidat.Declarant aũt inflati utres,& amphoræ inanes,q̃ ſupernatant, & bullæ,q̃ fiunt,ubi parua aeris particula intercepta eſt.Propter quã autem cãm, eſt alius tractatus. Vel dicit cauſam ꝑpter q̃ fallũtur,& adducũtur,ut uocem edere exiſtiment:uel potius ꝑpter quam cãm nõ reſpirãt. Huius autem cãm quoq; dixit ĩ libris de partibus aĩalium.neq; enim ſufficit eis, q̃ ſit ex aere, refrigeratio: & ideo nõ habent reſpiratiuas aeris partes.neq; enim hñt circũſtantem aerẽ: ſed aq̃ eis hunc uſum præbet, quæ iuxta rõnem reſpirati aeris ab eis p branchias attrahit̃,& rurſus expellit̃. Neq; q ſanguine carent refrigeratione indigent,eo q̃ in eis nõ ſit tm̃ calidi. Inſecta aũt,ut iam diximus,pſciſſuras,ſi qd opus ſit,refrigerant̃.& ea qdem,uel oĩa,uel magna ex parte,ſanguine carent.

De odore autẽ,& odorabili,prędictis minus definitu facile eſt. Neq; enĩ clarũ eſt,cuiuſmodi qd

ſit odor, ita vt ſonus, vel lux, vel color. Cauſa aũt eſt, ꝙ hunc ſenſum nõ habemus exactũ, ſed multis animalibus deteriorẽ. Homo enĩ male odoratur: & ex odorabilibus nihil ſentit ꝑter id, qđ eſt iucundum, &, quod moleſtũ: cum nõ ſit exactũ ſenſoriũ. Rationi aũt cõſentaneũ eſt, &, quę duris ſunt oculis, ſic colores ſentire, nec eis eſſe apertas colorũ differẽtias, præter quã eo, quod eſt terribile, & eo, quod eſt tutum, & metum non afferens. Sic autem odores quoq; genus hominum.

De odoratu, & odorabilibus doctrinã mediam collocauit: tertiã quidẽ à uiſu & auditu: priorẽ autem guſtu, & tactu: idq́, qm̃ mediam ſortitus eſt aliorum naturã, & ſm operationes, & ſecundũ ſubiecta. ſcđm opationes quidem, ꝙ uiſus, q̃ ſunt longiſſime, apꝑhendit: auditus aũt & ipſe qdem, quæ lõge ſunt: ſed minus uiſu. Neq; enim ex eodẽ ſpatio, ex quo uidemus, ab eodem quoq; ſonos audimus. Sic itaq; in Meteoris dicebat̃, ꝙ ꝓpterea tonitru poſterius audimus: ſulgur aũt prius uidemus: ꝙ citius uidere, q̃ audire poſſumus. Spiritu enim nubes irrũpente fit tonitru: ex irruptiõe autem ſpiritus accendit̃: ſicut in lapidibus, qui alliſione, & cõfractione ignem accendũt. Cum ergo primã tonitru generationẽ habeat, primũ fulgur uidemus: ꝙ uiſus ſit acutior, &, q̃ ſunt remotiora magis apꝑhẽdat, q̃ auditus, & ꝓpterea facto tonitru ſtatim fulgur quoq; audimus. magis. n. opus habet auditus, ut ꝓpinquius aer à ſono afficiat̃, ut ſic eum apꝑhendat. Et in remigatiõe, ſi quis lõge fuerit, ſublatũ prius remũ uidebit: deinde ſonum ſentiet. Guſtus aũt, & tactus poſt eos, ipſa ſenſilia attingentes apꝑhendunt. Odoratus itaq;, neq; q̃ ſunt eminus, apprehẽdit, ut uiſus, & auditus: neq; opus habet tam ꝓpinquũ habere ſenſile, ut guſtus, & tactus. Ad utrũq; ergo eorum eſt medius. Sic ergo ſm operationes medius eſt odoratus. Secundum ſubiecta uero, ꝙ uiſus qdem circa colores uerſat̃, & lucẽ, q̃ ſunt ignea. eſt autẽ ignis ſubtiliſſimus, ut in corporibus incorporeus. Auditus autẽ circa ſonos, qui ſunt aeris, qui eſt igne qdem craſſior, reliquis uero ſubtilior. inane itaq; quidam exiſtimat eſſe aerẽ. Guſtus aũt circa ſuccos, qui ſunt aq̃: ſuccis enim uehiculũ eſt humidũ. Tactus uero circa ſolida, & terreſtria. Inter hæc aũt quatuor olfactus eſt medius, qui circa uapores uerſatur & medii cuiuſdã generis corpus. Qui qdem ſunt medii uel inter terrã & ignẽ, ut ſicca exhalatio: uel inter aerem & aquã, ut humida. Sic aũt & Plato, ſcđm dictum elntorum ordinẽ, ſenſus uniuſcuiuſq; ſecernit & definit. Iure ergo cum mediũ locum odoratus habeat, mediã quoq; de eo fecit doctrinã. Dicit ergo, ꝙ odoratus ratio eſt reliquis ſenſibus minus definitu facilis. & ideo odorabilium quoq; ratio nõ eſt aperta. Huius autem obſcuritatis, & incertitudinis cauſam eſſe dicit: quòd hunc ſenſum non habeamus exactum, ſed multis animalibus deteriorem. Sicut enim tactu reliqua omnia ſuperamus: ſic in hoc inferiores ſumus. Declarant autem & ueſtigãtes canes, & quędam uolucres, quæ à longo interuallo olfaciunt.

Velut, inquit, Lacenæ gradum ſagacis canis. & rurſum.

Non pernix pedibus ſurſum lepus aufugit illum.

Propterea ergo dico, ꝙ obſcurum, & pro aliorũ ſenſuũ rõne exiguum habeamus odoratũ. In aliis qdem ſenſibus, ſolum, qđ ſenſilium genus unicuiq; ſit ſenſui ſubiectũ, cognoſcimus. ſed & q̃ ſunt ſpecies ſub genere. Scimus enĩ colorẽ eẽ genus uiſibiliũ, & huius generis ſpẽs exacte diſcernimus: ut album: nigrũ: rubrum: fuſcũ: & alia. Simil̃r & in auditu, genus quidẽ, ſoni: ſpẽs uero, acutus: grauis. Simil̃r in guſtabilibus genus qdem, ſucci: ſpecies aũt dulce, & amarũ: & reliq̃. Et in tãgibilibus qdem genus non eſt apertũ: neq; enĩ habemus uno nomine appellatũ. Quãobrẽ & de eo dubitat an ſit unus ſenſus, an multi, qa fieri non põt ut tangibilia uno genere cõprehendamus: cũ ſint multæ ſecundũ ſpecies oppoſitiones: eorũ qdem certe ſpẽs ſunt ualde manifeſtæ: calidũ: frigidũ: ſiccũ: humidũ: graue: leue: durũ: molle: & reliq̃. In odoratu uero nõ ſolum qđ ſit odorabiliũ genus ignoramus: ſed neq;, q̃ ſit ſcđm ſpẽm ipſorum differentia, cognoſcimus. Vnde neq; ea nominare poſſumus. Quãdo enim odorabilia dicimus, ea denominatiue à ſenſu nominamus: ſicut & colores, uiſibilia: & ſuccos, guſtabilia: & ſonos, audibilia. Ea enim noĩa non ſunt naturæ ſenſiliũ, ſed eorum ad ſenſus habitudinis. Coloribus enim ꝑ ſe ineſt, ut ſint colores. Etſi. n. non ſit uiſus, qui eos apꝑhendat, ſunt nihilominus colores. Vt ſint aũt uiſibilia, eis ineſt in habitudine, q̃ eſt ad uiſus. Sic & quãdo dicimus odorabilia, & tangibilia, nomina dicimus habitudinis eorum, quã hñt ad ſenſus: eorũ quidem naturæ ſignificatiuũ nomen nullũ habemus, ſicut in uiſibilibus, colorẽ & in guſtabilibus ſuccos, & audibilibus, ſonos. Sed in tangibilibus qdem, etſi cõe non nominatũ eſt, unaquæq; certę ſpẽs diſcernitur, ut frigidũ: calidum: molle: durũ: & reliqua. in odorabilibus uero, neq; cõis eorum natura, q̃nam ſit, nobis cognita eſt: neq; unaquęq; ſpẽs. Diſcernerę enim odorabilia ſcđm ſpẽm non

poſſumus:ſolo autẽ iucũdo,& moleſto diſcernimus,neſcientes q̃nam odorabilis ꝓprietas nos uoluptate affecit,uel quæ moleſtia,ſicut in coloribus ſcimus:Quòd hic qdem color, uerbi gratia,ualde albus moleſtus fuit, niger autẽ non eſt ſenſui moleſtus: & ꝙ dulcis quidẽ ſuccus delectat:amarus autẽ moleſtia afficit.Similr̃ & in ſonis,& aliis. Bene olens eni& male olens nõ ſunt noĩa naturę,q̃ ex eis ſenſui ineſt. Sicut & ĩ uiſibilibus dicimus formoſum, & deforme:& in audibilibus,bene ſonans,& male ſonans.Quòd aũt odorabiliũ ſpẽs diſcernere, nequeat, cã eſt,ꝙ exilem,& exiguum habeat hunc ſenſum homo.Qm̃ ergo imbecillũ hunc ſenſum habemus,ſi cum aliis aĩalibus cõferamur:ꝓpterea & eius ratio eſt difinitu difficilis. Sic ergo,inquit,habemus nos olfactum,ut &,quę duris ſunt oculis aĩalia,uiſũ:ut cãcri,piſces.Propterea ergo nec teguméta eis fecit natura,ut in aliis aĩalibus ſupcilia,ꝙ nõ facile lædi poſſint ꝓpter duritiẽ. Sicut ergo nos odorabilia exacte nõ apprehendimus,ꝙ eum ſenſum exactũ non habeamus:ſed ea ſolo iucundo, & moleſto diſcernimus:ſic rationi conſentaneum eſt ea quoq;,q̃ duris ſunt oculis, colores apprehẽdere:nõ ſic autẽ,ut album uel nigrum:cum reliqua aĩalia norint & albi colorem,& ꝙ delectat uel moleſtia afficit.Quòd reliqua enim aĩalia inſiſtant & colorũ,& aliorum ſenſiliũ dr̃iæ,ex operatione clarũ eſt. Sicut enim dominum norunt,tali figuræ inſiſtẽtia,ꝙ adunco fortè eſt naſo,uel ſimo,uel quid aliud eiuſmodi,ita norunt & ꝙ eſt albus,uerbi gratia,uel æthiops.& panẽ diſcernũt,uel fœnũ, non ſolũ odoratu,ſed & tali colore.Vnde & ad id,quod eſt eiuſdẽ coloris,errauerint. Sic itaq; reliqua aĩalia. Sed q̃ ſunt duris oculis,rõni conſentaneũ eſt,inquit,non eandẽ colorum differentiã apꝑhendere: iucũdo autẽ,& moleſto,ea ſolum diſcernere. Vt ergo,q̃ duris ſunt oculis,uiſum hñt: ſic & nos odoratũ,ꝙ odorabilium ſubæ non inſiſtentes,ea ne nominare qdem poſſumus:ſed per circũlocutionẽ odores appellamus,croci odorẽ dicentes,uel acrem,uel amarũ,uel q̃dam alia ex guſtabilibus.Quæ eſt autẽ conuenientia,& cur ſic appellamus, in dictionis cõtextu ↄſiderabimus.De odoratu autẽ,& odorabili: Græce eſt ὀσμὴ, quod & odorẽ,& odoratũ ſignificat.Vel ergo idem ὀσμὴν, id eſt odorẽ,& odorabile dicit,quod eſt ueluti odorabiliũ genus:ſicut audibiliũ ſonãs.Genus aũt non ꝓprie, ſed ſimplr̃ nomen cõe,denominatiue ab odoratu deductũ:ſicut à uiſu uiſibile, & auditu audibile. Vel ὀσμὴν, id eſt odoratũ,ſiue ipſam olfactus opationem,odorabile aũt id,quod eſt ſenſu apꝑhenſibile,ut uaporem:uel,ut ſemel dicam,talẽ affectũ, qui eſt odoratu apꝑhẽſibilr̃. Non enim clarũ eſt,qui eſt odor, ita ut ſonus,uel lux,uel color.Ecce odorẽ ſono,& luci,& colori aſſimilauit,ut generalioribus.Rõni autẽ cõſentaneũ ſic.Quoniã incertum eſt,an ſic uidẽt,q̃ ſunt duris oculis,pulchre dixit,Rationi conſentaneum.eſt enim uerisſimile,cum dura ſit pellis, colorum operationes nõ exacte ad ſenſum tranſportari.Illud autem,Præterquam eò,quod eſt terribile,& eo quod eſt tutum & metum non afferens,pro eo quod eſt,iucundo,& moleſto.

Videtur enim habere quandã ꝓportionem & cõuenientiã cum guſtu:& ſuccorũ ſpecies cũ odoribus. ſed exactiorem guſtum habemus,ꝙ is ſit tactus quidã: eum autẽ ſenſum habet homo exactiſſimum. In aliis enim,ab animalibus longo interuallo ſuperatur: ſcd̃m tactũ autẽ eſt reliquis inſigniter exactior. Quare & eſt prudentiſſimũ omniũ animaliũ. Signum autẽ eſt,ꝙ & in hominũ genere, iuxta hoc ſenſoriũ, ſunt ingenioſi, vel non: ſed ſcd̃m nullũ aliud. Qui enĩ ſunt dura carne, ſunt hebetioris ingenii: Qui molles autem carnes habent, ii ſunt ingenioſi.

Conuenientiã,inquit,& ꝓportionem quandã habet odoratus cum guſtu:ꝙ per trãſlationẽ ſm̃ quandã cõuenientiã ſuccorũ nominibus odorabilia uocamus, dulcẽ odorẽ dicẽtes,& acrẽ,& alios. Sed etſi quædã eſt cõuenientia in odoratu,& guſtu:odoratũ tamẽ exiguũ & exilem habemus: exactiſſimum autẽ guſtum. Deinde & cãm intulit,ꝙ guſtum exactum habeamus:eo ꝙ,inquit,tactus quidã eſt guſtus:tactũ autem exactiſſimũ habemus nos hoĩes. In aliis.n.ſenſibus à multis aĩalibus ſupamur:in hoc autẽ omnibus ſumus ſupiores. Quare,inquit,omniũ eſt aĩalium homo prudẽtiſſimus. Nã cum molles carnes habeat,ex quo ſentiendi quoq; uirtute eſt magis ꝑditus ſm̃ tactum: excrementa celerius exudanẽ & differunẽ:nec uis eius imaginatiua,& rõcinatiua ꝑturbatur. Sciendum autẽ, ꝙ ut materialem cãm cauſificaẽ carnem.nõ eſt enĩ prudentiæ effectiua, niſi ut cõcauſa. per colligamentũ enĩ diſponunẽ aĩales motus corporis tẽperaturis,nõ qui à tẽperatura qdem generentur,ſed,non ſine tali tẽperatura,taliter,uel taliter operenẽ. Si autẽ quædã alia fuerint,q̃ molliorem homine carnem habeãt,ut uermes,aliis uidelicet carent. Neq; enĩ perfectã habẽt imaginatiuã facultatem. Nunc autẽ de pfectis aĩalibus agitur. Fortaſſe autẽ ne uermium qdem caro eſt,ut neq; muſcarum. Quòd autẽ,eo ꝙ molliorẽ carnẽ habeat, homo eſt prudẽtior,ex hoc cõfirmat: ꝙ & in

ipsis hominibus,q mollibus sunt carnibus, sint prudentiores, & ingeniosiores.& ideo stultos,& q ingenio carent,crassipelles,& crassos nominamus. Clarum est, q aliis iisdẽ seruatis,ut,eadẽ educatione,& eodẽ sexu,ne uirũ cũ muliere cõparaueris,si utrinq sint eiusdẽ sexus,& naturæ,q mollibus sunt carnibus,sũt igeniosiores:eo q,ut dixi,excremẽtis & superfluitatib' celerius dispsis,& resolutis, purior fit sanguis,in quo est imaginatiua facultas.Diximus autẽ,si alia sint eadẽ,qa cõtingit nõnullos ex pluribus exercitiis, & circa illiberales artes operationibus duriorẽ carnẽ hrẽ iis, q umbratilẽ uitã agunt,& in otio uersanf.ratio autẽ quærit eã,q̃ est ex natura, cõstitutionẽ. Oportet ergo alia omnia eadem esse,& tunc eius,qd dicif,ueritatẽ quærere.Secundũ aliud aũt nullũm,p eo qd est, secũdum nullũ aliud sensoriũ prius se habẽs,uel melius, esse igeniosos,uel nõ,sed fm solum tactũ. Si quis autẽ,eum ipse dixerit esse tactũ aliis exactiorẽ,dubitet, qũo à uisu inceperit,cum ab apertioribus incipere oporteat.Dicimus ergo,q etsi tactũ habemus exactiorẽ,est tamen aliis fm doctrinã difficilior De eo enim dubitabit,nũquid nullus est sensus tactus,sed plures. Cum oĩs enim sensus circa unam oppõnem uersef:uisus qdem circa album,& nigrum,& q̃ intercedunt:auditus autem circa acutos,& graues sonos:gustus circa dulce,& amarũ,& qd intercedit:tactus circa plures uersatur oppõnes:calidũ & frigidum:siccũ,& humidum:graue,& leue:& alias plures.

Est autem sicut succus,hic quidẽ dulcis,ille vero amarus: sic & odores.Sed hæc quidẽ habẽt proportione cõuenientẽ odorẽ,& tactum:illa vero cõtrarium.Dico aũt,vt dulcem odorẽ,& dulcẽ succum.Similiter autẽ & acris,& acerbus,& acutus,& pinguis odor.Sed, sicut diximus,qa non sunt valde manifesti odores,ab eis nomina accepta sunt,secundũ rerum similitudinẽ.Dulcis enim à croco,& melle.acris autem à thymo & talibus.Eodem modo & in aliis.

Postquã dixit,q pportionem quãdam habent odorabilia ad gustabilia:&,q non simili odoratus odorabilia apphendit,ut gustus gustabilia:& ostẽdit cur gustus sit odoratu exactior:uult ostẽdere,q est pportio,& cõuenientia odorabiliũ ad gustabilia.Sicut.n.in succis,hi qdem dicũtur succi dulces:illi uero acres:illi pingues:sic & in odorabilibus p trãslationẽ hęc noĩa dicimus, exili quadam,& exigua participatione in utroq osiderata. Gustabilium aũt simul & odorabiliũ alia qdem habent succũ odori ouenientem,ut crocus,& mel.Dulcis enim in utrisq odor dicitur,sicut & succus.Simil'r thymum,alliũ,porrũ,gustu sunt,& odoratu acria.Alia uero nõ cõuenientẽ:ut aloë gustum qdem habet amarum:odorẽ uero dulcẽ: simil'r & styrax.Clarum est autẽ, q in gustabilibus quidem pprie dicunf hæc noĩa:quoniã & eorum suba cõphensa est. In odorabilibus autẽ fcdm conuenientiam, quoniã mordax est succus acris:est autem & odorabile eo modo:propterea & id acre appellauimus.Et in aliis eadem est conuenientia.

*Est autem,sicut auditus,& vnusquisq; sensus,hic quidẽ eius, quod est audibile,& eius, qđ est inaudibile:ille vero eius,quod est visibile,& eius, quod nõ est visibile: & odoratus quoq; eius, qđ est odorabile,& eius,qđ nõ odorabile.*Non odorabile aũt,hoc quidẽ,qđ fieri nõ poßit,vt odorẽ habeat: Illud aũt,quod paruũ,& malum habet.Similiter aũt & gustabile,& ingustabile dicitur.

Sicut & in aliis sensibus dixit,uisu,& auditu,q nõ solum ppria sensilia apphendunt,sed & priuationes,& excessus:tenebræ.n.q̃ non sunt uisibiles,nõ alio q̃ uisu:sic & in odoratu dicit, q apphẽdit nõ solũ odorabile,sed & nõ odorabile. Qđ.n.odorẽ non habet, quo alio iudicamus, q̃ olfactu? Nõ qcquid aũt simplr est sine odore,iudicat:sicut neq uisus,qđ est inuisibile.Neq enim,qm soni, & succi sunt inodorabiles,& inuisibiles,ppea dicemus uel uisum ea posse apphendere, uel odoratum.Ratio est,q iudicat sonũ esse inuisibilẽ,& inodorabilẽ,nõ sensus:sed eam apphẽdit priuationem,q̃ proprio sensiliũ habitui est opposita,ut quãdo,qđ est aptum uideri natura,nõ uidef,ut pspicuum:uel qđ natura olfieri cõsueuit,odorẽ non habet,ut malũ putrefactum.Hoc aũt clarũ est, q per accñs,& per negationẽ apphendit.Non odorabile aũt rursus duplex eẽ dicit,uel quod nullo modo est odorabile,& fm priuationẽ,ut qđ est absq odore:uel,quod est qdem odorabile,sed exiliter admodũ odorabile, ut crepusculum dicebatur inuisibile. ut sunt soporiferi odores, qui sunt suffocatorii, & alia eiusmodi. Sic autem,inquit,& ingustabile dicitur dupliciter, sicut & in odorabile.Dicet autem,ubi tractabit de gustu.

Est autem & odoratus per id, quod intercedit, vt aerem, vel aquam. Nam &, quæ sunt in aquis,videntur odorem sentire.

Sicut

Sicut in uisu,& auditu,eo,qđ intercedit,opus erat ad sensiliũ apprehẽsionem: sic & in odoratu. per id.n.quod intercedit,est apphensio. Est autẽ,quod odoratui intercedit,aer,& aq̃.ea enim odorum platrix facultas,est cõis aeris,& aquæ. Quòd enim aq̃ quoq; sit odorũ transuectrix,aperte ex piscibus cõfirmat. Multa enim ex iis,q̃ degunt in aquis, olfaciũt,& odore ,pcul ad escam accurrũt: sicut & multæ uolucres,ut uultures. Ii.n.ex ualde remotis interuallis cadauerũ odorẽ apphendũt. Præterea aũt & in pedestribus,ut uenãtes canes; sicut & Sophocles inquit,

Sicut lacænæ sagacis gradum canis.

tangunt:sic & q̃ in aere. Et in iis ergo, quæ in aere tangunť,est aliqd, qđ intercedit,aer. sed id nos latet ,ppter paruitatē.Nā & in iis,q̃ in aq̃ se inuicē tangunt, ignorať esse aliqd aquæ, qđ intercedit. Sed non ,ppterea dixerimus non esse inter ea aliqd.Dubitauerit aūt quispiā: si oē corpus habet ,p funditatem.Inordinatus uideť locus. Postq̃ eni dixit, Dubitauerit aūt quispiā,nō subiūxit qd dubitauerit.Est autē eius dubitatio inferius. Oportet eni subiūgere, Madefactū attingit madefactū. Hoc eni,inquit,dubitať,an madefacta se inuicē attingunt,& non intercedit aliqđ alienū corpus.Et ostendit,ꝙ est humidū:id autē corpus:humidū autē non est sine corpore:neq; qđ est madefactū. Humidū qdem est,qđ cōgenitā habet humiditatē,ut aq̃:madefactū aūt,qđ alienā,ut lutū. Humidum autē in corpore habet esse.Est ergo necesse humidū qdem esse aquā: madefactū autē esse aq̃ particeps.Qm̃ ergo,quæ se in aqua inuicē tangunt,non habent sicas supficies:oē autē humidum est cum corpore:inter ea ergo corpus aliqđ intercedit,& se nō inuicē tāgunt. Sic ergo &, q̃ in aere, etiā si aer,plusq̃ aqua,ignoreť intercedere.Quādo & in iis,q̃ se in aqua attingunt,nesciať,an sit aliquid,quod intercedit.Magis autē nos latent,q̃ sunt in aere & aqua aīalia,si madefactū attingit madefactū.Et ad id,ꝙ cohæret,ꝙ quæ in aqua sunt aīalia,& q̃ in aere, nos latent,an se inuicē tangant, cum madefacta sint,q̃ tangunt,hoc est supficies.Propter cōtinuitatē eni, q̃ est ad aerem uel aquā, non est apertū.Hoc autē ostendit ꝙ si madefactos in aqua digitos tetigerimus,postq̃ separati fuerint,adhuc seruant humiditatē.Sed etsi nos latet,ipa tamē ratio cōuincit ex eo, qđ cōtingit in madefactam carnē habentibus, & sic tactis. Videť em post separationē caro adhuc esse humida. Et si aqua,cum sit crassior, ,ppter humiditatē tamē nō exprimiť,sed carni insidet,multo magis fieri nō potest,ut aer,qui est subtilior,omnino exprimať ab iis,quæ se attingunt.Quid ergo? si hæc ita habent,& uera est hæc oratio,eueniet,ut nullum solidum corpus tangať:si qdem oīa,q̃ se inuicē tangunt, uel in aere, uel in aqua tanguntur: eueniet ergo ut solida qdem corpora sola humida tangant. Solidum autē à solido nunquā tangiť.Ad hęc autē dici pōt,ꝙ quādo,madefacto digito,uel aliqua alia parte corporis,aliquod aliud solidū tetigerimus:caro,q̃ est rara,& mollis,in cōpressione admittit in eos,qui in ipsa sunt meatus seu ɔcauitates, humidū,& in seipsam ,ppter raritatē: & sic postq̃ separata fuerit,humiditatē rursus apparere cōtingit.Cōtingit ergo totā exacte carnē tangi,sed in illis cōcauitatibus,in quas cōfluxerat humidū, non aliqd aliud tangere. Postq̃ ergo separata fuerit, diffundiť rursus,qđ in illis est humidū,& replet supficiem.Cōtingit autē & in obscuris meatibus ,ptrusum esse humidum,qđ rursus post uim factā diffundiť circa supficiem. Nā & si ualde dura, & leuia corpora acceperis,ut uitrea, uel ærea exacte splendentia, & sic figurata, ut si alia aliis inter se admoueanť,exacte quadrent supficies,ut ne ullā qdem uacuā regionem,q̃ intercedat,relinquāt: deinde ea madefacta inter se admoueris,& cōpresseris,ut se exacte tāgant:deinde separaueris:nullam,puto,in eis inueneris humiditatē.Neq; eni aqua sua natura apta est,ut solidis corporibus resistat.Est ergo rōni cōsentaneum,illis cōpressis,cum aqua suapte natura solidis corporibus resistere nequeat,neq; ullus itercedat locus,nec apertus, nec obscurus,in quo aquā separare oporteat,ipsam elidi,& cedere:& multo magis aerem,q est & motu facilis,& minie resistēs,& q cuilibet corpori cedere sua natura aptus sit.Et alioq non omnino necesse est,q̃ tāgunť,p aliqd tangi qđ intercedit.Si eni necesse est,q̃ tanguntur,per aliquid se inuicem tāgere:in ifinitum necesse est hoc cōtingere.Si eni aer,& aqua tāgibilia:ipsa utiq; sentimus,q̃ sunt frigida,uel calida,quādo aquā uel aerem tāgimus. Vtrum autem est aliquid iter nos,& aerem,uel aquā,uel nō? Si ergo nō est, de illo rursus eadem dicenda sunt:siue aliqd est inter ipm,& nos,siue nō,idq; usq; ad ifinitū.Non est ergo necesse,q̃ tanguntur,per aliqđ mediū se inuicem tāgere.Oino aūt quæ ,pprie se tāgunt,necesse est ut nō habeāt aliquid,qđ itercedit:quādoqdem ne se inuicem qdem tangere dicanť: qm̃ ea se tangere dicunť,ut ipse in quinto Physicæ definiit,quorū sunt simul extrema. Simul aūt non sunt, inter q̃ est aliquid intermediū,quod ,phibet. Quòd aūt non necesse est,q̃ in aere tangunť, aliqd habere aeris itermedium,hinc quoq; didiceris.Mollia eni corpora,ut caro, uel qd eiusmodi, si qs ea digito uiolentius ,ptruserit:cedunt:ita ut à ,pprio situ recedāt.& qd dico mollia? ɔtingit ut,q madefactas manus habeat,lapidem trudat,uel qd eiusmodi.Si ergo nō citra mediū manus tāgens sic trudit,sed per corpus itermediū,dico aūt humidū:cōtinget sic per ipm trudi,ut per baculū ianuā. Quomodo ergo non est absurdū,dicere solidum corpus à fluido,& cedente cuilibet ,ptrudi? Dicet autē fortasse quispiam.Sic per mediā humiditatem,q̃ est in manu,trudit,ut si qs manui pellicula,uel uestem obtendens sic truserit.Et quid dico? ipsa caro est mollis:sed tñ qa non ipsa p seipsam trudit, sed cum ossibus,quæ per ipsam intermediā trudunt,pōt etiā durissima ,ptrudere.Ad hæc ergo dico,ꝙ caro,cū sit sibi ipsi cohærēs,nec dispergi possit,nō diffluit: neq; in ,ptrusione,decidit: etiā si re uera uideať,

utrinq; in ꝑtrusione cedere. Quare & si qs multa ui usus fuerit, disrumpat quoq;. At nō similr q & ipsa dispergi nō possit, & sit circūcirca extensa, & ueluti cohærens, & cōgenita, eadē, quę caro, sustinet. Aqua aūt & aer dispergi possunt, & sunt friabilia, & cuilibet ui cedunt, & locū dāt trudentibus. Hinc aūt didiceris. Clarū est utiq;, q uacua amphora aere plena est. Quādo ergo eam aq̄ impleuero, oīs aer recedit, ut ne eius qdem aliqd uel minimū relinquat. Certe si qd relictū sit, q aquę nō cesserit, bullas facit, isq; ruptis, se ꝓprię uniuersitati, seu, ut ita dicā, totitati adiūgit. Si ergo aq̄, quę est adeo mollis, & fluida, & ei ꝓpemodū similis, subesse nō pōt, neq; eius cōpressionē sustinere: quāto magis solidis quibuscū, & duris inter se occurrētibus corporibus, itermedius relinq nō poterit, qui ne culicis qdem uim sustinet, sed qui oībus cedit? Quare fieri non pōt, ut inter ea, q̄ se tāgunt, aliquid aeris uel aquę relinquat: nisi itercedant loca aliq̄ aperta, uel ob curā, scdm quę nō quadrāt inter se, q̄ se attingunt. Neq; enim sic sunt corporū figuratæ supficies, ut totæ exacte totis quadrent. Humiditas itaq; in iis locis, qbus defectus est, residet. Quæ, postquā disiuncta sunt à se inuicē, q̄ se prius tangebāt, rursus diffusa implet supficiē: & maxime si sint mollia, q̄ se attingunt, & trudunt, uel ambo, uel alterū. Cōpressa enī carne, q̄ maxime cōprimi pōt, in cōcauitates cōfluit humiditas. Postquā ergo seiuncta fuerint, q̄ se tangebant: in ꝓprium sitū caro reuertitur: & sic, cū in una planicie fuerit humiditas, ad reliquas quoq; partes circunfunditur.

Vtrum ergo omniū similiter est sensus, vel aliorū aliter, quēadmodū nunc videtur? Gustus enī, & tactus, q tangāt: alii aūt procul. Hoc autē non ita est. Sed & durū, & molle per alia sentimus: sicut & sonatiuū, & visibile, & odorabile. Sed hæc quidē eminus: illa vero cominus. Quare latent. Quādoquidē omnia per mediū sentimus: Sed in his latet. Atqui *quēadmodū prius quoq; diximus, etiā si per pelliculā omnia tangibilia sentiamus, quę nesciatur q ꝓhibeat, similiter quidē haberet, ut & nunc, in aqua, & aere:* Putaremus *enim ea tangere, & nihil esse intermedium.*

Postquā ostendit, q neq; in aq̄, nec in aere se inuicē attingunt, q̄ in eis se tangere uident: eo q intercedat, uel aer, uel aq̄: hoc ueluti cōpendio utēs, trāsit ad ꝓpositū. Id aūt erat ostēdere, q in tactu quoq; seruat eadem ꝓportio, q̄ in aliis sensibus. Dico aūt, q per id quoq;, qd intercedit, in tactu fiat apphensio. Hac enī rōne uidebant ostendere carnē non esse sensoriū, q nō eandē seruaret ꝓportionem, quæ erat in aliis sensibus. Non est ergo, inqt, diuersa sensoriorū apphensio, ut nūc uidet. Videtur enī gustus, & tactus, ipsis sensoriis sensilia tāgentibus, sic ea apphendere: reliq aūt nō sic: sed cū procul sunt à se inuicē & sensilia & sensoria, sic p id, qd intercedit, ea apphendere. Hoc ergo, inquit, nō est uerū, sed & in tactu est aliqd, qd intercedit, sicut & aliis. Sed in auditu, & uisu, & olfactu multum est, quod intercedit. & ideo manifestū est, & non latet. In gustu autē, & tactu paruū, itaq; latet. Si enim ita habent, q̄ in aere se tangunt, sicut &, q̄ in aqua: illa autē sic se tāgunt, ut sint extrema humida: ergo &, quæ sunt in aere, nō citra mediū se inuicē attingūt. Sed qm est exiguus, qui in medio intercipit, aer: merito latet, & nec esse uidet. Nec est mirandū, si latet: quādo, si nobis tāgentibus esset circūcirca extensa pellicula, citra mediū tāgeret, illa ꝓpter paruitatē latente, nec apperiēte, q per se ipsam intermediā arcet ea, q̄ tangunt. Sic ergo & nunc nos latet ꝓpter paruitatē aer ꝓhibens, nec sinens, ut citra mediū tangat tangibilia. Sed & si latet sensum: ratio tamē cōuincit ex eo, qd in iis accidit, quæ in aqua se tangunt, & madefactam carnem habent.

Sed differt tangibile à visibilibus, & sonatiuis, q illa quidē sentimus, eo q id, quod intercedit, nobis aliqd faciat: tāgibilia aūt, non ab eo, qd intercedit, sed cū eo, qd intercedit, sicut qui est per clypeum percussus. Non *enī clypeus percussus percutit: sed vtrūq; percussum esse euenit.*

Postquā dixit cōmune esse in omnibus sensibus, ut per aliqd, qd intercedat, fiat apphensio: nunc dicit in quonā differt gustus, & tactus à reliquis. Alii.n. sensus, inquit, nō ab ipsis primo sensibus patiuntur, sed eo, quod intercedit, primo à sensilibus affecto, sensoriū ab eo, qd intercedit, patit. Nā & colores motores esse dicti sunt eius, qd est pspicuū scdm actum, & sonus psonatiui motor: similiter autē & odores eius, qd sonos trāsuehit. In tactu autē & gustu, non eo, qd intercedit, primo patiente à sensilibus, sic ad nos per id, quod intercedit, transmittit affectio, eo in nos agente: sed simul cum eo, quod intercedit, afficimur à sensili. Tangibilia enim simul &, quod intercedit, & sensoriū afficiunt. Aperto aūt ad ꝓbādū hoc exemplo utit. Qui.n. à lācea, uel lapide, uel aliquo alio, per clypeū percussus est, simul cū clypeo ipse quoq; à lācea, uel lapide uulneratus est: sed nō ipse à clypeo: clypeus aūt à lācea: sed cū ea ipse quoq;. Hoc.n. illud, Simul, declarat. Sicut.n. humidū, succis susce-

ptis,fit ipsum sensile,quod succum in seipso suscipiat:non itaque per ipsum succum sentimus:sed cum ipso ab humido patimur:Sic & tangibilium,qui per ea,quae intercedunt,sunt sensus,fiunt ipsis patientibus simul ac sensorium.Non sic aut & uisus colores apprehendit,quod colorem aer,sed per eum intermedium. Sed differt tangibile a uisibilibus & sonatiuis.Quoniam ostendebat sententia,quae carnem uult esse sensorium,refellitur aut,quod in tactu non seruetur similitudo ad alios sensus,esse in tactu quoque,quod intercedit,sicut & in aliis,& non citra medium carnem ad tangibilia accedit:In idipsum quod dixerat rursus incidit,quod non amplius seruetur tactus proprietas, & significatio.Non.n.se mutuo tangunt,quae per aliquid,quod intercedit,arcentur. Ea itaque ratione & tactus appellatus est,quod aliis quidem non citra medium a sensilibus afficiuntur:sed a sensilibus quidem id quod intercedit: ab eo aut sensus.Tactus aut ab ipsis tangibilibus citra medium afficitur.Hoc autem quod contra opponitur uelut dissoluens,haec subiunxit,quod etsi est,quod intercedit,in tactu quoque ut in aliis,non tamen propterea pereunt,quae sunt tactiuae facultatis propria.Afficitur.n.sensus non ab eo,quod intercedit,ut aliis:sed ab ipsis sensilibus cum eo,quod intercedit.Quare & similitudo,quae est ad alia sensilia,seruatur in tactu quoque,ut sit in eo quoque,quod intercedit:&,quod tactus est proprium,non perit.Ipsum.n.quod intercedit,praeditum qualitate redditur,& fit materia calidi,uel frigidi,uel sicci,uel humidi:& cum ipso sensorium,quod non fiebat in aliis:sensilium.n.operationes solum suscipiebant sensus.Sciendum aut,quod neque tactiuum sensorium ab omni sensu qualitatem suscipit.Neque.n.quando graue & leue apprehendit,lentum & friabile,asperum & lene,talis fit caro: sed solum cognitiue eius species suscipit.Quoniam autem,ut saepe dictum est,omne corpus ex contemperatura humidi,& sicci,calidi,& frigidi constat:propterea & quando ab eis afficitur,ut sensus quidem ea apprehendit. Et est quidem hinc colligere,quod hae solae sunt duae oppositiones,ex quibus constat omne corpus naturale,& solae qualitatem tribuunt iis,quae ab illis afficiuntur,sensoriis,& in eis subalterne insunt.Grauitas autem & leuitas etsi omne corpus consequantur:omne.n.corpus quod generari potest,est uel graue,uel leue:tamen quasi in tactum agunt,non mutant carnem in suam proprietatem,sicut caliditas,& humiditas,& frigiditas,& siccitas.

Omnino autem videtur caro,& lingua,vt aer,& aqua ad visum,& auditum,& odoratum habent,sic habere ad sensorium,ut eorum vnumquodque.Cum ipsum aut tangitur sensorium:neque hic,neque illic fit sensus.Vt si quis corpus,hoc,verbi gratia,album,super oculi extremum posuerit,certe vel manifestum est, quod id,quod est intus,est tangibilis sensorium:sic enim contingat sicut & in alys.Imposita enim super sensorium non sentit:imposita autem super carnem sentit.Quare,quod inter tactiuum intercedit,caro est.

Postquam dubitauit,nunquid in tactu,& gustu est aliquid,quod inter carnem,& tangibilia intercedit,sicut & in aliis sensibus,ut ex eo in tactu quoque,eadem proportione seruata,sit caro sensorium:hic rursus contra argumentatur,quod non est sensorium,neque lingua,neque caro.Hoc autem confirmat,ut iam dixi,ex conuenientia,& proportione,quae est ad alia sensilia.Sic autem format syllogismum in secunda figura.Super sensoria imposita sensilia non faciunt sensum.Super linguam autem & carnem imposita faciunt sensum.Non est ergo caro,& lingua sensorium.Atqui albo corpore super oculum imposito,omnino necesse est esse aliquid,quod intercedit,sicut erat & in tactu.Sed tamen non apprehendit,eo quod certa quantitate praedito opus est eo,quod intercedit.Si ergo oportet eandem proportionem in omnibus sensibus seruare:In aliis aut,super sensoria positis sensilibus,non fit eorum apprehensio:fit autem positis super carnem tangibilibus:Videtur non esse sensorium tactus,& gustus:sicut in aliis oculus,auris & naris.Est.n.auditiuae quidem facultatis sensorium membrana: Odoratiuae,mamillae formam prae se ferens cerebri processus,qui graece ἐπίφυσις.Necesse est ergo intra carnem esse gustatiuum,& tactiuum sensorium.Spiritus.n.commune omnium omnium sensorium. Est.n.communis in eo sensus Hucusque ergo Aristotelis argumentatio in utramque partem processit.Vt aut iam dixi,tota eius sententia ex praedictis excerpta,dicet quispiam,quod,& id,quod intercedit,& sensorium,uult esse carnem,propter praedictas rationes.Non necesse est autem omnino eandem proportionem in omnibus sensibus seruare.Nam si caro est id,quod intercedit,oporteret proportionem seruari in omnibus sensibus:& sicut in aliis,id,quod intercedit,per quod sensus est,non sentit:sic oporteret nec carnem quidem sentire,si per eam intermedium fit tactus.Non est ergo necesse eandem proportionem in omnibus seruare.

Tangibilia ergo sunt differentiae corporis,quatenus corpus:Dico autem differentias,quae elementa definiunt,calidum,frigidum,humidum,siccum:De quibus prius diximus,vbi de elementis egimus. Sensorium autem eorum tactiuum,in quo,qui tactus dicitur,primo inest:pars quae potentia talis est,qualia sunt tangibilia actu.

Postquam dubitauit de tactu,orationem resumit,& quaerit quaenam sint tangibilia:& eorum species enumerat, sicut in aliis fecit.Dicit ergo,quod tangibilia sunt differentiae corporis,quatenus corpus:differentiae.s.constitutiuae.Quaesiuit autem & in libro de generatione & corruptione(ita.n.librum uocat quae tractat de ele-

mētis)q̄nā sint cōiter oīum corporum cōstitutiuæ q̄litates? & dixit, q neq; colores, neq; succi, neq; quicq eiusmodi: eo q maxime cōia principia q̄rimus. Hæc autē nō ad oīa pertingunt. Sūt. n. nō colorata corpora, ut aër, & ipse succus, & sic alia plura. Scdm medicos aūt & aq̄. maxime aūt cōia corporum principia, tactiuæ q̄litates: eo q oē corpus est ꝓtinus quoq; tāgibile. Sed tāgibilium pluribus enumeratis oppōnibus, oēs reduxit sub oppōnem calidi, & frigidi: humidi, & sicci: & ostendit ea eē maxime cōia corporū principia, ſm q̄ formā elnta quoq; accipiunt. Merito autē addidit & illud, Quatenus corpus. Nō. n. q̄tenus sunt corpora, colorata colorata sunt. Si. n. ita esset, oē corpus statim quoq; oporteret has hr̄e q̄litates. Nunc autē nō ita est. Calidi autē, & frigidi, et sicci, & humidi oppositio in oīa corpora peruadit. Oē. n. corpus statim est uel siccum, uel humidū, uel calidum, uel frigidū. Recte itaq; dictū est has solas q̄litatū oppōnes eē ɔstitutiuas corporū differētias. Quid igit̄, nunqd & graue & leue in oībus corporibus ɔsideratꝰ in corporibus autē nunc dico, q̄ sunt. s. generabilia. Sed dico, q maxime qdem graue & leue sunt tāgibiles q̄litates, & ad p̄dictas reducuntur: ut in libro de generatiōe ostendit: Deinde oē corpus, qđ est in ꝓpria uniuersitate, seu, ut ita dicam, totitate, neq; est graue, neq; leue. Graue autē uel leue tunc fit, quādo à ꝓpria uniuersitate recessit. Qm̄ ergo nihil est semp in eo, qđ est p̄ter naturā: quādo ignis p̄ter naturā iferius fuerit, festinat ad eum occupādū locū, qui est ſm naturā: & ꝓpea sursum mouet̄. Qđ autē sursum mouet̄, leue dicimus. Sic & gleba, si p̄ter naturā superius fuerit, festinans ad ꝓpriū locum, deorsum mouet̄. Qđ aūt deorsum mouet̄, graue dicimus. Si autē corpora, q̄ sunt in loco, qui est ſm naturā, neq; sursum, neq; deorsum mouent: neq; grauia fuerint, neq; leuia. Et alioqui caliditas & frigiditas, siccitas, & humiditas, sunt actiuæ, & passiuæ differentiæ. Leuitas autem, & grauitas non ita. Illis autem opus est ad elementorum generationem, & constitutionem.

Sentire enim est aliquid pati. Quare, qđ facit quale ip̄m actu, tale illud facit potētia existēs.

Postq̄ dixit tactiuū potētia esse, qđ tāgibile, hoc ip̄m cōfirmat. Quatenus. n. inq̄t, sentire est aliqđ pati, ut dictū est: à nobis aūt positū erat, q id, qđ patit̄, partim qdē idem est, q id, qđ agit: partim autem nō est idem: potentia quidem idem: actu autē nō idem: patiens. n. nō idē: passum aūt idem: Si autem patiens à sensili fit ei simile: potentia ergo erat, priusquā pateretur, quod sensile.

Quare, quod est similiter calidū, vel frigidū, & durū, & molle, non sentimus, sed excessus. Vt pote q sit sensus quędā veluti medietas eius quę in sensitiuis est, cōtrarietatis: & ꝓpterea iudicat sensilia. Mediū enī est quod iudicat: fit enim ad vtrūq; eorū alterū extremorū, & oportet sicut, quod est sensurum album, & nigrum, neutrum esse actu, sed vtrunq; potentia: sic & in aliis, & in tactu, nec frigidum, nec calidum.

Quādoqdem. n. sensoriū corpus: oē aūt corpus tāgibile: tactiuum aūt à tāgibili patiēs, fit ei actu sile: nihil aūt patit̄ à simili: neq;. n. qcq̄ sentit sili tēperatū tāgibile: Quare si silia nō apphendit, excessum & defectū fuerit apphēsio: Vtpote q sit sensus medietas q̄dā eiu s, q̄ in sensitiuis est, ɔtrarietatis, & ꝓpea iudicat sensilia. Sensum nūc sensoriū dicit. Medietatē aūt se nsum siue tactū: de eo enī nunc agit̄: uel etiā de omni. Oēs. n. sunt in medio contrarietatis, cuius est unusqſq; iudex. Sic. n. est in medio utriusq; cōtrariorū rōnem suscipere. Nō. n. simplr̄, qđ est in n eutra cōtrarietatum, in medio esse ꝓprie oportebat. Qđ est. n. coloris expers, qūo dicat̄ esse nigri & albi mediū? Nisi, ut dixi, quatenus pōt utriusq; cōtrariorū rōnem suscipere. Sic aūt &, qđ est soni expers, &, quod succo, & odore caret. Nō. n. sicut in tactu necesse est sensoriū ita esse tēperatū, ut sit mediū inter cōtrarietates tāgibiliū: sic & in aliis sensoriis, q in medietate cōtrarietatis q̄litatē habeāt, sunt eorū sensitiua. Non enim corporibus naturalibus ſm illas q̄litates est eē, sed ſm tāgibiles. Itaq; reuera qdem tactus est medietas. Habet. n. intercedētem aliquā extremorum q̄litatē. Quæ uero nō in mixtione extremorū, sed in absentia, eorū quonāmō media fuerint: nisi ſm p̄dictā rōnē, q possint extremorū rōnē suscipere? Fit. n. ad utrūq; eorū alterū extremorū. Qūo medium excessus iudicet ostēdit. Qđ est. n. in medietate aliquorū, ad utrūq; extremorū, est quodāmō alterū. Ad id. n. q eius ꝓpriā q̄litatē superat, frigidū: ad id autē, q superat frigiditatem, calidū. Sic aūt erit potētia sile cōtrariis, & nō actu. Et patitur ab ipsis, nō ut à similibus, sed à dissimilibus. A calidiore enim, ut frigidum. A frigidiore, ut calidum. Hoc autem proprie fuerit de tactu dictum.

Præterea autē sicut eius, quod est visibile, & qđ inuisibile, erat quodāmodo visus: Similiter aūt, & reliq; oppositorū: Sic & tactus eius qđ tāgibile, & eius qđ nō tangibile. Nō tāgibile aūt est, qđ & paruam oīno habet differentiam tangibilium: quale passus est aer: & tangibilium excessus, vt quæ

possint corrumpere. De uno quoq; ergo sensu typice dictum est.

Quẽadmodum dixi & in aliis sensibus, ꝙ iudicãt nõ solum ꝓpria sensilia, sed & priuationes: sic & tactũ dicit iudicare nõ solũ tãgibilia, sed & nõ tãgibilia. Sed in illis q̃dem erat ꝓprie priuatio, ut in uisu tenebræ: & in auditu silentiũ, & in odoratu, & gustu, qđ odorem, & qđ succũ non habet: In tãgibilibus autẽ nõ est oĩno corpus nõ tangibile: qm̃, ut dictũ est, tactiuæ q̃litates sunt cõstitutiuæ corporũ. Sed nõ tãgibilia dicit esse, uel, q̃ possunt per excessum corrũpere, uel, q̃ sunt sensim tangibilia Eiusmodi aũt fuerint, q̃ non multũ distãt à sensoriis ſm tactiuas q̃litates: sed ferè sunt siſ̃ia: & ea sunt rõne sensim tãgibilia, eo ꝙ simile à siſ̃i pati non possit Tale aũt est aer: & ideo eius excessus sentimus: Dico aũt quãdo frigefactus fuerit, uel quãdo calefactus. Excedit.n. deinceps siſ̃itudinẽ, q̃ est ad sensoria: Et deinceps ut cõtrariũ à ɔtrario patiẽ. Quãdo aũt est in cõmoderatiõe, ferè ne sentimus q̃dem eã, q̃ est in ipso, q̃litatem. Põt aũt hic ἀνάπτον, id est, nõ tangibile, audiri, uel quod natura non est aptum ut subiiciatur tactui, uelut color, & sonus: uel qđ est exile: uel quod nociuũ.

In vniuersum aũt de omni sensu hoc accipere oportet: ꝙ sensus quidẽ est, quod est susceptiuũ formarum sensilium sine materia. Vt cera quidẽ annuli sine ferro, & auro signũ suscipit. Accipit autẽ aureum, vel æreũ signum, sed non quatenus æs, vel aurũ, Similiter & sensus vniuscuiusq; patitur ab eo, quod habet colorem, vel succum, vel sonum: Sed non quatenus vnumquodq; illorum dicitur; sed quatenus tale & secundum rationem.

Postquã seorsum dixit de unoquoq; sensu, & ꝓpriis uniuscuiusq; sensilibus: uult nũc de omnibus cõmuniter dicere: & de iis definire, de quibus obscure dixit, cum de unoquoq; ageret. Vt in unoquoq; dixit, sensum, qui est potentia quod sensile, ab eo in actum duci, & esse id, quod illud. Quomodo ergo sensus à sensilibus patitur, & eis assimilatur nunc dicit. Sic enim (inquit) fit id qđ sensile, non albus factus uel dulcis: sed sensilis formã sine materia suscipiens, id est, puras eorum rationes cognitiue impssas & insculpatas hñs. Nihil enĩ, ut semel dicã, ab aliquo patiens, agentis materiam suscipit, sed formã, q̃ in ipso est. sicut & cera id, quod in auro est, signaculũ, non aurum. Nõ enim, q̃tenus est argenteũ, uel aureum, sigillũ ei assimilaẽ: sed q̃tenus talem formã habet. Si.n. quatenus aureum uel argenteũ sigillum, cera ei assimilareẽ: generatio esset, & corruptio: Generatio quidem auri, uel argenti: ceræ aũt corruptio. Sic ergo suscipit quoq; sensus eam, q̃ in melle est, dulcedis formã, non q̃tenus est mel, sed q̃tenus habet talem formã dulcedinis. Differunt autem, q̃ sentiunt, ab iis, quæ simpliciter patiuntur: non autem sentiunt: quòd ea quidem, q̃ sentiũt, sic id suscipiunt, quòd cognoscant, & iudicent eam, quæ in ipsis fit, formam, cum altera patiantur quidẽ, sed non cognoscãt: Cuiusmodi sunt specula, & effigies, q̃ differunt à sensibus, ꝙ nõ possint iudicare affectum, qui i ipsis fuerit. Differũt aũt hæc ipsa, & reliqua à sensibus (nã patiunẽ naturalia corpora: patiunẽ enim à caliditate, & frigiditate, albedine, & similibus) ꝙ hæc q̃dem ab agentibus, ſcđm utrũq; simul agentibus, sic patiuntur. Ignis enim non secundum formam tantum agit in aerem, & ipsum calefacit, sed secundum utrũq; simul. Tanquam corpus enim agit in ipsum. Est autem apertum signum in bono & malo odore. Cum subiecto enim agit in aerem, & uestes bonus odor, immixta q̃dam in eis subã, quæ existit ex bene olente corpore. Similr̃ & uestes, q̃ colorãtur, patiunẽ. Atq; etiam succi agunt in corpora. Aliter.n. ab aquis dulcibus afficiũtur eorum, q̃ lauantur, corpora: & aliter à salsis, substantia q̃dam unà cum succo ĩmixta. Ac domorũ quidẽ ædificatores, lapides, quos firmos, & ualidos esse uolunt, dulcibus aquis diu ꝑmadefactos, sic ad ædificationẽ assumunt. Cernitur autẽ maris salsugo rupes, & petras exedens. Inanimata ergo, & oẽ, ut semel dicam, corpus, q̃tenus est corpus, à sensilibus q̃litatibus patiẽ: & agente ſm utrũq; simul patiente. Sensus aũt neq; ab utroq; simul patiẽ: sed à sola forma: sicut & cera à sigillo: nec ipse, ſm utrũq; simul agente, & patiẽte ſcđm utrũq; simul, patiẽ. Neq; enim coloraẽ sensoriũ, uel fit bene olens, nisi ſm solã formã: Dico autem ipam sensitiuã facultatẽ. Nam & corpus à caliditate patiẽ: patitur aũt & tactiuus sensus, sed non eodem mõ. Sed sensus quidẽ à sola calidi forma cognitiue patiẽ: sensoriũ uero, caro, ut materia ſm utrũq; simul, ipsa subiectũ caliditati effecta, & à calefaciente toto, ut toto, affecta. Et nõ est certe mirãdum, si à sensilibus quidẽ aliter patiẽ sensus: alr̃ uero sensoriũ, & oĩno corpus. aliud est enĩ eis esse colores, uel succos, uel sonos, uel frigida, uel calida: & aliud sensilia. Quare color quidem est, & succi, & soni, & reliqua, etiã si nõ sit sensus: sensilia autẽ non sunt, nisi sit sensus, qui ea apphendit. In sensus ergo agunt, ut sensilia. in corpora aũt nõ itidẽ, ut sensilia: sed ut colores, ut succi. Et ſm unãquãq; formã habet & substantiã, & totum in totũ agit; & patiens totum à toto patitur.

Sensorium autẽ primum, in quo talis facultas, est quidẽ certe idem: esse autẽ alterũ. **Magnitudo**

enim quædam fuerit id quod ſentit, non autem eo ꝙ ſit ſenſitiuum. Neq; *ſenſus eſt magnitudo, ſed ratio quædam, & facultas illius.*

Poſtquã dixit de ſenſu, dicit & de ſenſorio. Pimum autẽ dixit ſenſoriũ, in quo ſenſitiua facultas, qui eſt irrationali aĩæ ſubiectum, ſpiritũ. In eo eni primo ſenſus habet ſuum eẽ. Nam ſenſoria quidem, & oculi, & aures, & nares: ſed non prima. Non eſt.n. in iis ſenſitiua facultas: ſed per ea affectus ad illum tranſmittiẽ. Eſt ergo idem: eſſe autẽ alterum. Senſus, inquit, id eſt ſenſitiua facultas, & ſenſorium, in quo primo facultas collocaẽ, ſunt eadem numero. Non eſt.n. ipſe ꝑ ſe ſenſus ſine ſubto, hoc eſt ſpiritu, qui eſt primũ ſenſotiũ. Vnum ergo hæc ſubiecto. ut unum hoiem dicimus, & unã nauem, materiã cum ꝓpria forma, totũ cõpoſitum unũ dicẽtes. Atqui ſuba certe duo ſunt. Aliud enim ſenſus: & aliud, quod eſt ei ſubiectum. Ille enim eſt incorporeus, & expers magnitudinis. Quod eſt autem ei ſubiectum, corpus & magnitudo. Et ſenſitiuum dicitur, non, quatenus habet magnitudinem, ſed, quatenus habet ſenſum.

Ex *his aũt apertũ eſt, & quã ob cãm ſenſiliũ exceſſus ſenſoria corrũpunt. Si enĩ ſenſorio fuerit validior motus, ſoluit rõ. Id aũt erat ſenſus, ſicut & cõcentus, & tonus, valde pulſatis fidibus.*

Cum oñdiſſet ſenſoria, quatenus ſenſoria, in aliq̃ eſſe rõne & cõmoderatione, q̃tenus quidẽ habent ſenſitiuã facultatem, q̃ eſt eorum rõ, & forma, per quæ ipm̃ habet ſenſorium ſuũ eſſe: ex iis claram eſſe dicit cãm, cur ſenſilium exceſſus corrũpãt ſenſoria. Si enim q̃tenus ſunt ſenſoria, in quadã cõmoderatione ſunt, & mediocritate, ut iã dixit: Taliter.n. contẽperatum ſenſorium fit aptũ ad ſenſus ſuſceptionem. Præterea ſenſoriis à ſenſilibus motis, ſic fit ſenſiliũ ſenſus: merito ergo & imoderatus ſenſoriorũ à ſenſilibus motus cõmoderationẽ corrumpit. Corrupta autem cõmoderatione, fiunt inepta, nec ſatis accõmodata ad ↄtinendã ſenſitiuã facultatem. Duos.n. affectus patitur ſenſorium: unum quidẽ ut ſimpl'r corpus: aliud uero, ut ſenſoriũ. Vt corpus ergo, à corpore patiẽ: ut ſenſorium aũt, à ſenſilium operatione. Sicut oculus, ut ſenſoriũ quidẽ, patiẽ, cõgregatus, uel diſgregatus à colorum opatione: Vt corpus autẽ, patiẽ ab igne, uerbi gr̃a, calefaciente. Et auris ſimil'r, ut ſenſorium qdem, à ſonis patiẽ: ut corpus autẽ, à uehementi aëris motu. Non eſt enim idem ſonus, & aëris motus. Non tamẽ ſine aëris motu ſonus. In magnis ergo ſonis magno ſacto ſono, cõpreſſione, & cõſtipatione lædit motus auditiuũ ſenſoriũ, ut corpus. Quomõ autem à uiolentiore ictu ſoluitur ſenſoriorũ rõ à ſenſilibus, oñdit collatione eorũ, q̃ ad harmoniã compoſita, & cõcinnata ſunt. Nam in his, qui eſt in fidibus cõcentus, quæ eſt mediocritas, & forma q̃dam talis chordarũ appoſitionis ex q̃litate quadã ꝑdita intentione, & remiſſione, ſoluiẽ, & corrũpitur, etiã ſi chordæ nõ corrũpuntur. Simil'r etſi chordę uehementius pulſenẽ. Exceſſus.n. ea corrũpunt, q̃ in cõmoderatione, & mediocritate eſſe hñt. Rõnem autem nõ Harmoniã cõpoſitorum dico: Sic enim aĩam diceret Harmoniã. Hoc aũt in primo libro ſuſtulit: ſed formã dicit, q̃ accedit tali cõpoſitioni, & cõmoderatiõi: qua ſoluta, forma quoq; neceſſario corrũpitur. Differt autẽ fidium Harmonia, & ſenſitiua facultas in ſenſoriorum cõmoderatione: quòd harmonia quidem ſit ipſa commoderatio, quæ ab exceſſu, & intentione chordarum ſoluitur: Senſus autem, ea, quæ in tali eſt cõmoderatione, facultas: illius enim eſt aliquid & illa: eſt enim huius forma.

Et *quamnam ob cauſam plantæ nõ ſentiũt, cum aliquã animalẽ partẽ habeant, & à tangibilibus aliquid patiantur: nã & refrigerantur, & caleſiũt.* Cauſa *enĩ eſt, ꝙ medietatẽ non habeãt. neq; eiuſmodi principiũ, quod poſſit ſuſcipere formas ſenſilium: ſed patiuntur cum materia.*

Poſtquã dixit, ꝙ ex iis, q̃ dicta ſunt de ſenſu, & ſenſoriis, fit manifeſta cã, cur exceſſus corrumpãt ſenſoria, ꝙ ſint in mediocritate: mediocritates aũt ab exceſſibus corrũpunẽ: ex his ipſis dicit eẽ apertum, & quánam ob cãm plantæ nõ ſentiunt: cum aliquã partem aĩalem habeant: aluneẽ itaq; & augentur, & ſibi ſimilia generãt: & à tangibilibus aliq̃d patiãtur: nã & refrigerãtur, & caleſiunt. Huius autem cã eſt, ꝙ nõ habeãt ipſa partem, q̃ eſt in mediocritate tangibiliũ, & ꝑterea facultatem, & principium in ea ſuſceptiuũ formarum, q̃ ſunt in ſenſilibus, ſine materia. Neq; enim q̃uocunq; aĩatum erat ſentiens, ſed quod talẽ habebat facultatẽ. Medietatem aũt dicit ſenſoria uel ꝙ ſenſilium medietatẽ apꝑhendũt, & ab exceſſu & defectu lędũtur: uel medietatẽ, ꝙ ſint in medio ſenſiliũ, & ſenſuũ. Sed patiunẽ cũ materia: id eſt, etiãſi à ſenſilibus patiunẽ, non ſic patiunẽ, ut ſenſitiua ſm̃ formã patiẽtia, & nõ ſm̃ materiã: ſed patiunẽ cum materia, hoc eſt, material'r, & corporal'r. Quæ eſt enim eis ſubiecta materia à ſenſilibus patiens, in ſeipſam recipit ſenſilium affectus, ipſorũ effecta materia, & tanquã materia, ipſa in ſeipſam ſuſcipiens, erat ueluti inaiata. Illud enim, cum materia, ſignificat, ꝙ

ipsa, ut materia, patiunẽ. Patitur autẽ ut materia, quod formã affectus accipit, quẽ patitur. Nõnulli ergo sic acceperũt illud, pati cum materia, ꝑ eo, quod est, ſm propriã materiã pati, q̃ conuertitur, & mutatur. Quid autẽ pati cum materia sensilis, dicit, ꝙ sensus qdem, ut iam ante diximus, patiunẽ solum à formis sensilibus: uisus qdem à colore: nõ autem à cerussa uel lana, uel quodcũq; fuerit colori subiectum: simil'r & in aliis. Inaiata autem à sensilibus patientia, non ab ipsis solũ formis patiũtur, sed ab utroq; simul. Quòd n. hoc admixtũ sit, uerbi gratia, aq̃, sic fit dulce. Simil'r uapor, si uesti insideat, eam bene olentẽ reddit. Similiter & colores agunt in corpora, ut ea, q̃ tingunẽ. Cum propria enim materia uestibus imiscẽrut. Sic & sonus, qui lignum rũpit, subiecti aëris ꝑcusione hoc facit. Videtur autẽ in calido, & frigido solum hoc nõ euenire. Sola. n. caliditas apposito igne alterat subiecta, ut aërem. & in frigiditate simil't. Apposita enim glacies frigefacit, nõ imixta eius substãtia frigefacto, sed q̃litate tm̃ alterans. Id aũt ꝑpea, ꝙ hæ solę q̃litates generationis, & corruptionis effectiuam cãm hñt. Generatio aũt, & corruptio subiectæ subæ mutatione ex sua natura fit.

Dubitauerit autẽ quispiã, an ab odore patiatur aliqd, quod odorari non potest: vel à colore, quod non potest videre. Similiter autem & in aliis.

Postquã dixit, ꝙ inanimata, licet sensum non habentia, à tangibilibus patiuntur qualitatibus: patiuntur autem corporaliter, & materialiter: merito postea quærit, an fieri possit, ut & ab aliis qualitatibus quid patiatur eorum, quæ sensu carent.

Si autẽ odorabile, odor: si quid facit odoratui, quatenus odor facit. Quare eorũ, quę olfieri non possunt, fieri non potest, vt quidquã ab odore patiatur. Eadem autem ratio in aliis: neq; eorum, quæ possunt, nisi quatenus vnumquodq; sensitiuum.

Hinc dubitationem soluit: & ostendit ꝙ nihil eorum, quæ sensum habent, patitur à sensilibus. Si enim odorabile, inquit, nõ est aliud, quã odor: & gustabile nihil est aliud, q̃ succus: Si quid enim gustũ facit, succus est: & si qd olfactum, odor: simil'r & in aliis: odor autẽ nulli est alii, q̃ odoratui: ad eum enim & est & dicitur: simil'r autẽ & gustabile ad gustũ: & uisibile ad uisum: & in reliq̃s similiter: à sensilibus qualitatibus, ut sensilibus nihil pati possit eorum, q̃ sensum non habent. Neq; eorum, q̃ possunt, nisi q̃tenus unumqdq; sensitiuum, & ipsa, inquit, q̃ à sensilibus pati possunt, nõ ſcdm aliquid aliud ab eis patiunẽ, quã, q̃tenus sunt sensitiua. Vt oculus alio quoq; modo est passiuus: sed à uisibili non aliter patiaẽ, q̃ quatenus est uisiuus. Quare si affectus, q fit à sensilibus q̃litatibus, non ſcdm aliud fit ab ipsis, q̃ q̃tenus sensitiua sunt ea, q̃ patiunẽ: Qd nõ est itaq; sensitiuũ, nõ patietur ab ipsis. Potest aũt & sic hoc dictũ intelligi, ꝙ ne ea qdem q̃ à sensilibus aliquid patiuntur, ab eis ſcdm aliquid aliud patiuntur, q̃ secũdum illud, secũdum qd est sensitiuũ. Vt oculus à sensili quidẽ pati põt, sed nõ ab alio sensili, q̃ secundũ id, à quo pati sua natura aptus est. Non enĩ pati possit oculus ab audibili, sed tãtũ à uisibili. neq; auris ab odorabili, sed ab audibili tantũ. Multo magis, quæ nec à sensilibus quidẽ pati sua natura apta sunt, ab ipsis quicquã pati non possunt.

Simul autẽ sic quoq; manifestũ est. Neq; enim lux, & tenebræ, neq; sonus, neq, odor quidquã faciunt corporibus: sed ea, in quibus sunt: vt aer, qui est cum tonitru, lignũ diuidit.

Non solum, inquit, hoc est ex cõsequenti apertũ, ꝙ nihil eorũ, q̃ sensum non habẽt, patitur à sensilibus, quatenus sensilia: sensus enĩ ad sensile: & sensile ad sensum: sed & ex ipsa opatiõe hoc apertum est. Neq; enim, inquit, lux, & tenebræ, id est uisibile, per qd uisibilia uidemus, q̃tenus sunt uisibilia, quicquã agit in corpus, qd nõ habet uisum. Neq; enĩ apꝓhendit ipm, ut uisibile, id, qd uisum non habet. Sed neq; audibile quicquã agit quatenus talia sunt, in ea, q̃ neq; auditiua sunt, neq; olfactiua. Deinde qm̃ uidenẽ quædã corpora eorũ, quæ nõ sunt sensitiua, pati à sonis: à tonitru enĩ quędam diuidunẽ corpora, ut ligna, & lapides, & eiusmodi: patiunẽ aũt & ab illuminato aere ab ipso calefacta: ab odoribus quoq; bene olens fit aer: ad hoc dicit, ꝙ nõ à tonitru, q̃tenus est audibile, patiuntur, quę ab eo rũpuntur corpora: sed ab aere sonãte uiolẽter moto ꝑcussa diuidunẽ, q̃tenus percutiuntur, nõ à sono, q̃tenus sonus est, & audibilis. Hoc enĩ significat, dũ dicit, Sed ea, in qbus sunt, id est, à subiectis sono: eius aũt subiectũ est aer: ab eo patiunẽ, q̃ à tonitru diuidunẽ. Simil'r habet & in aliis. Calefiunt enĩ inaiata ab illuminato aere, nõ q̃tenus est illuminatus, nec ꝙ à lumine: sed ab ipso aere, q̃tenus est calidus, ab ipso disgregata. Patiuntur autẽ ab odoribus & aer: & reliqua, non q̃tenus odorabilia odores: sed ſcdm id, quod est ipsis subiectũ, unà cum ipsorũ uaporũ substantia commixta, in quibus sunt odores, ut in mulso.

Sed tangibilia, & succi agunt. Sin minus, à quonam patiantur inanimata, & alterentur?

Postquã dixit,non pati, quæ sensum non habent,à sensilibus: idq; ostendit in colore,& sono,& odore: Hic dicit,ꝙ etsi alia sensilia in ea,q̃ non sunt sensu ꝑdita,non agunt: tãgibilia qdem certe,& gustabilia agunt. Calefiunt eni corpora,& frigefiunt:exiccanť,& humectanť à tangibilibus q̃litatibus oĩa corpora: Sed non quatenus sunt sensitiua,sed q̃tenus corpora simplr. Si eni,inquit,non patiantur à tangibilibus,& gustabilibus q̃litatibus,à quonã patianť? Eo ergo res deduceť,ut sint impassibilia,& inalterabilia: quod est absurdũ. Si enim neq; ab aliis patiunť,neq; à tãgibilibus & gustabilibus:non habebunt aliquid aliud,à quo patientur. Erunt ergo impassibilia omnino.

Nunquid ergo & illa agent? vel non omne corpus passiuum ab odore,& sono. & quæ patiuntur,indefinita,& non manent,vt aer: olet enim,vt quid passus.


Postquã dixit,ꝙ à tãgibilibus q̃litatibus patiunť corpora,& à gustabilibus: quærit an & ab aliis sensilibus patiunť corpora,nõ autẽ sensitiue: sicut neq; à tangibilibus,& gustabilibus: & dicit quid non omnia sunt passiua ab odore uel sono corpora,ꝓ eo qđ est,passibilia. Quare nõ oĩa patiuntur. Sed sunt,q̃ sub eis sunt,sicut,q̃ sub tãgibilibus. Neq; eni oẽ corpus ab eis pati põt: sed sunt,q̃ ab eis patiunť,humida,ut aer,& aq: Talia eni sunt,q̃ à coloribus & sonis,& odoribus patiunť,& mouenť. Non uidẽtur aũt,inquit,pati,ꝙ cũ sint indefinita,& humida,affectus soni,uel odoris, uel coloris nõ seruant. Est enĩ indefinitorũ ꝓpriũ & in seipsis non manere,ꝙ ꝓpriam figurã non habeant,& ꝙ facile cõuertibilem. à coloribus ergo & sonis humida & indefinita patiunť: ab odore autẽ nõ hæc solum: sed & quædã solida passa fiunt bene olentia. Sed est aeris ꝓprium & celeriter affici,& affectũ abiicere & alioqui odoris subiectũ,dico autẽ uapor,quãdo fuerit corporibus imixtus,sicut succulentum humidũ,quale est mel,cũ sit subtilis,& qui facile differri,& exhalari possit,dissoluiť,& relinquit ea qbus erat: eo autẽ dispersо & exhalato,unã quoq; odor perit. Quare etiãsi id,qđ odorẽ suscepit,non sit facile alterabile,ut uestis: sed tñ ꝓpter imbecillitatẽ uaporis non diu manet affectus. In hoc autẽ differt ab affectu,qui fit in sensu. Seruat eni sensus eũ,qui fit, affectũ: Neq; eni formæ effluit cognitio. Potest aũt & in oĩbus sensilibus extendi oratio,& indefinitũ sic audiri,ut eo discernat affectum,qui fit à sensilibus,& in sensum & in corpora. Qui eni in corpora fit affectus,est indefinitus,ut qui neq; simul & coaceruatim fiat,neq; diu maneat. Quãdiu eni ꝓpe calidũ corpus est, tandiu calescit. Sensus autẽ cum primũ se ad sensile applicauerit,quã habuit cognitionẽ,& affectũ, eundem semp retinet: ut neq; intẽdi,neq; remitti possit. Ex quo eni tactiuus sensus calidũ cognouerit,etiã si pmanserit,non amplius cognoscet. Corpus autem non eundẽ affectũ suscipit à calido, sed aliàs alium,secundũ id,qđ est magis & minus intensum uel remissum. Nũquid aũt hoc quoq; illi significat indefinitum?

Quid ẽ ergo odorari,nisi aliqđ pati? an odorari qdẽ sentire: aer aũt passus fit celeriter sensilis.

Postq̃ ostdit,ꝙ à sensilibus patiunť,q̃ sensum nõ hñt: à coloribus.n.qđ ẽ actu ꝑspicuũ,& à sonis & odoribus aer: merito q̃rit,qñ sensitiua quoq; ab eis patiunť: ĩ quo differũt sensitiua à nõ sensitiuis,q̃ patiunť à sensilibus: Vtraq;.n.ab ipsis uidentur silr pati. Hãc ergo dissoluẽs dubĩõnẽ dicit, An odorari qdẽ sentire: aẽr aũt passus fit celeriter sensilis? Nõ ẽ.n.satis ad sentiẽdũ posse formã sine materia suscipe: sed & aĩali facultate opus ẽ,q̃ nõ ẽ ĩ oĩbus,q̃ sensiliũ formas sine materia suscipiũt. Nõ eni si qđ ab aliquo patiť,iam & sentit: Nã & aẽr,& aq;,& specula sentirent: sed & eiusmodi facultate opus ẽ,q̃ possit iudicare affectus,q fiũt à sensilibus. q̃ nõ ẽ ĩ quolibet corpe, sed ĩ naturali istrũmẽto,ut ostdit. & neq; hũc uniuerso,sed ĩ ea huius pte,q̃ pp certa q̃litate ꝑditã cõmoderationẽ,& bonã tẽperaturã hãc possit suscipe facultatẽ. Qũo ergo soluiť sensilia eẽ ad sensus,& sensum ad sensilia,si qdẽ nõ solũ,q̃ sunt sensu ꝑdita,sed &,q̃ nõ sunt,patiunť à sensilibus? nisi ꝙ unicuiq; sensiliũ nõ ẽ idẽ eẽ hoc,& eẽ sensile: neq; colori eẽ colorem idẽ est,& eẽ uisibile: sed suba qdẽ coloris alia: si qdẽ finis ꝑspicui,q̃tenus ꝑspicuũ: uisibile aũt,qñ ɔtigit. Quatenus.n.ẽ motiuũ eius,qđ ẽ fm actũ ꝑspicuũ,fm hoc ẽ uisibile. Silr & ĩ aliis. Vt ergo solũ afficiũt,q̃ sunt sensu ꝑdita: Vt aũt hęc,ꝗ qnq; sunt sensilia,fiũt alia q̃dã: Aliđ ẽ.n.eẽ sensile,& eẽ colorẽ,& hoc nihil uetat,quominus sint aliorũ quoq; effectiua. A bono.n.odore,ut sensili qdẽ,nihil aliud patieť,quã olfactus. ab odore aũt simplr,& eo,q̃ à bñ olet,aẽr quoq; patiť,q ẽ inanimatus. Silr & ĩ aliis. Vnũqdq;.n.inaĩatũ patiť à sensilibus,nõ ut sentiẽs,sed ut & ipm factũ sensile,q̃tenus ab eis patiť. Scdm.n.subam ipsam affectũ sustinet,& mutať. Inanimata.n.à sensiliũ suba,uõ q̃tenus sunt sensilia,patiẽtia,fiunt quoq; & ipsa sensilia,ipsis assimilata. Animata autem ab ipsorum operatione patientia,fiunt scdm actum sensitiua.

FINIS SECVNDI LIBRI.

Ioannis



IOANNIS ALEXANDRINI PHILOPONI IN TERTIVM LIBRVM DE ANIMA COMMENTARIVS.



VOD *autem non eſt alius ſenſus præter quinque, dico autem hos, viſum, auditum, odoratũ, guſtum, tactum, ex his crediderit qſpiam.*



OSTQVAM in præcedentibus, in tractando de naturali, & irrationali laborauit: nunc de rõnali quoq; aĩa uult nobis uerba facere, & eius ſubſtãtiam q̃rere, & facultates: ipſarũ quoq; facultatũ differẽtias, & à ſeipſis, & nobilioribus facultatibus irrõnalis aĩæ. Quęrit enim differentiam imaginationis, & opĩonis à cogitatione, & cogitatiõis ab intellectu, ſiue mente. Qm̃ enim opĩo, quæ eſt aĩæ rationalis facultas, ſocietatem & cõicationem uideť habere cum cõi ſenſu, & imaginatione: ꝓpea quærit eorum differentiam. Præſentis ergo libri ſcopus, & inſtitutũ manſit de aĩa rationali. Non. n. ut quidã exiſtimãt, in præſenti libro eius inſtitutũ eſt de irrõnali aĩa diſſerere. Etſi enim cõis ſenſus, & imaginationis meminit: nõ ꝙ eorum ſcopum ſibi ꝓpoſuiſſet, ſed ut rationalis aĩæ facultatũ ab irrationalis facultatibus drĩam adduceret, ideo meminit irrationalis aĩæ. Totius ergo libri ſcopus eſt de rõnali aĩa, & nequaquã de irrationali. Sed ad hoc dubitationẽ mouent, q accuſatorio ſunt aĩo & lubenter rep̃hendunt, dicentes: Oportebat ergo eum de ſola imaginatione, & cõi ſenſu diſſerere: non ita autẽ & de ſenſu. Nunc autẽ uidemus, ꝙ librum incipiens ſtatim ſenſuũ numerũ dicit, q̃rens an ſint quinque ſenſus, uel plures. Non erat aũt neceſſe hæc nunc q̃rere, ſi q̃dem p̃cioſarum tm̃ irrationalis aię facultatum mentionẽ facere inſtituiſſet: ut earum à minoribus rõnalis drĩam traderet. Precioſæ eni, & nobiles ſecũdarum ſubarum facultates, cõicationẽ, & ſilitudinem hñt cum uilibus & ignobilibus facultatibus primarũ ſubarum, ſicut & nũc. Precioſæ enim irrationalis facultates, ut cõis ſenſus, & imaginatio, habẽt cõicationem ad opĩonem: q̃ eſt uilior, & ignobilior facultas oĩbus rõnalibus. Et hæc q̃dem eſt dubitatio, ad quã dicemus, ꝙ ſi quinque ſenſuũ meminit, nõ fruſta hoc fecit: ſed ne quis exiſtimaret eſſe alium ſenſum à particularibus, qui quinque ſenſuũ ſenſilia iudicet. Niſi enim nunc oñdiſſet eſſe quinque ſolum ſenſus, & non plures: exiſtimaret fortaſſe quiſpiam non ſolum eſſe q̃nque, ſed & ſextũ aliũ ſenſum particularẽ, q iudicat ſimul uiſibile, & audibile, & odorabile; nec cõi ſenſu quicquã opus eſſe. Ne quis ergo hoc ſuſpicareť, ꝓpterea nunc oſtendit quinque eſſe ſolum ſenſus, & nõ eſſe alium particularẽ, qui iudicat: ergo cõi ſenſu opus eſt. Quare etiã ſi ſenſuũ numerũ q̃rit, nõ ꝓpter ipſos ſenſus hoc facit, ſed ꝓpter cõem ſenſum. Cõis autẽ ſenſus & imaginationis meminit, nõ ꝓpter ipſos, ſed ꝓpter differẽtiã eius à rõnalibus facultatibus. Maneat ergo hic ſcopus de rõnali aĩa. Hic eſt ergo ſcopus. Oſtẽdit aũt deinceps ex principio aĩæ, ꝙ ſunt ſolũ q̃nque ſenſus, hypothetico ſic uſus ſyllogiſmo. Sic. n. inq̃t. ſi deeſſet ſenſus, deeẽt & ſenſoriũ. Atqui nõ deeſt ſenſoriũ, ergo nec deeſt ſenſus. Sed qm̃ & cõnexũ eſt dubiũ: Vnde. n. reuera, ſi deeſſet ſenſus, deeſſet & ſenſoriũ? & aſſumptio quoq; dubia eſt, q̃ dicit: atqui ſenſoriũ nõ deeſt: ergo nec ſenſus: undenã. n. cõſtat an nõ deſit ſenſoriũ? Age ergo utraq; demõſtremus, & cõnexũ, & aſſumptiõem, ſed prius cõnexum demonſtremus, qđ dicit, ꝙ ſi deeſt ſenſus, deeſt & ſenſorium. Hoc aũt p tres rõnes demõſtramus. Quarũ hæc eſt prima. Senſus & ſenſoriũ ſunt ex iis, q̃ ſunt ad aliq̃d. Senſus n p ſenſorium ſentiť. & ſenſoriũ ſenſus eſt ſenſoriũ. Vt autẽ ſe habet unũ eorũ, q̃ ſunt ad aliq̃d, ſic habet & reliquũ. Eſt ergo clarum, ꝙ ſi deeſt ſenſus, deeſt quoq; ſenſoriũ, ꝓpter neceſſitatẽ eorum, q̃ ſunt ad aliq̃d. Hæc eſt prima rõ. Scđa rõ. Senſus eſt, qđ utiť. Eſt aũt ſenſoriũ, quo utiť, ſi nõ eſt fruſtra futurum. Si ergo deeſt ſenſus, deeſt & ſenſoriũ, ſi nõ fruſtra eſt: qđ eſt abſurdũ dictu, naturã fruſtra aliquid facere. Hæc eſt ſcđa quoq; rõ. Tertia rõ. Senſus nũquã põt citra mediũ ſe ſenſilibus applicare,

idem seipm corrūperet, qđ est absurdum. Ne existima autē, qm̄ idem esse dicit sensum fm actum, quod id, quod est fm actum sensile, eum sensiliū rōnes dicere eē in sensu: quādo nec aīam quidem rōnalem rerum rōnes habere dicit, sed nō scriptæ eē tabulæ similē. Quod ea enim rationes habeat, est Empedoclis, cum dicit, Nam terrā terra cōspeximus. Aristoteles autē hoc nō dicit: nisi ppea q est impssu facilis Qui enim actu sensus est, ad suscipiendas formas rerum fm actum sensiliū facile imprimi & fingi pōt: & ꝑpterea eūdem esse dicit eum eo, qđ est actu sensile, sensum fm actum. & hoc sic ꝑbat. Primum quidē, si nihil est, inquit, actus fm actū q̄ habere ea, q̄ sunt sensilia fm actum: Sensilia aūt fm actū sunt q̄ à sensu habent: qđ habetur aūt, & habet, idem est: sensus ergo fm actū idem est, qđ secūdum actū sensile. Porrò & ex alio acriorē, & magis naturalem rōnem demōstrat. Sic enim dicit. Ostensum est in tertio libro naturalis auscultatiōis, q quicqd agit, & patit, subiecto quidem idē est, habitudine diuersum. nos itaq; dicere meminimus q disciplina & doctrina est eadem subiecto, habitudie diuersa. idem enim theorema, si discipulū qdem respicias, disciplina: si aūt doctorem, doctrina. Quare quicquid agit & patitur, est idem quidem subiecto, habitudine autem diuersum. Si ergo & sensus secundum actum est aliquid patiens, & sensile secūdum actum est aliquid agens: clarum est, quòd colligetur & ea esse quidem eadem subiecto, habitudine autem diuersa. Sic ergo & naturaliter rationem demonstrat. Sciendū autem, quòd cum sint duæ habitudines seu relationes: hæc quidem ad sensum, qui est fm actum, quæ est habere: illa uero ad actu sensile, quæ est haberi: duplicem esse habitudinē, & relationē nos latet, q in nōnullis utraq; habitudo non nominatur. Cum eni sint quinq; sensus, in uno solo, dico autē auditu, ambæ sunt relatiōes nominatæ, & scdm actum sensilis, & sensus, secundū actum. In sensu eni secundū actum habitudo, auditio dicitur. Sensilis aūt scdm actum habitudo, sonitus. In reliqs aūt sensibus nō est iuenire nomē. Visus eni scdm actum habitudinē, uisionē dicimus: uisibilis aūt scdm actum habitudinē, debebamus quidē colorationē dicere. nō dicimus aūt. & q̄re, in cōtextu dictionis discemus. Qm̄ ergo nō in omnibus sensibus duplex habitudo nominata est: ꝑpterea sæpe latet: nec duplicē uidemus habitudinem. Hæc cum dixerit Aristoteles, hinc Alexāder colligere uidet corollariū iis, q̄ ab ipso Aristotele in priore dicta sunt, q quinq; sensus ꝓprias opationes apphendūt. Dicit eni Alexāder, si idē est q est scdm actū, sensus, qđ sensile scdm actū: clarū est, q seipm cōprehendit sensus, qui est scdm actum. Ipse enim nihil est aliud, q̄ actus seu operatio sensus. tūc eni dicit secūdum actū, quādo agit. Quare manifestū est, q sensus secundū actum seipm apphendit. Clarū est ergo, q sensus suam opationem apphendit. qđ uidetur Aristoteli. Et hęc quidē Alexāder. Nos aūt dicimus, q nō uera dicit: neq; hoc corollariū hinc colligit. Primū eni uerū est dicere, q idem est, qui est scdm actum sensus, quod fm actum sensile, fm subiectum: & q apphendit fm actum sensus, fm actum sensile: fm aūt non itidem uerum est, quod dicit, q si sentit fm actum sensile, iam & ipm apprehendit. Et alioqui non fm id, quod est cōmune, cognoscit, qui est fm actum sensus, sed fm id, qđ est diuersum. Quatenus eni patitur, cognoscit. Est aūt diuersum fm hoc: sensus eni patit: sensile aūt agit. Quare hoc non admitto ò Alexāder, q q̄tenus idem est sensus, qui est fm actum, q id, qđ est fm actum sensile, fm hoc cognoscat. Si aūt hoc quoq; tibi cōcessero. Sentit. n. qui est fm actum, sensus, nō habitū, sed id, per quod idem est quod sensile fm actum. Quid est hoc autē? uidelicet subiectū. Subiecto enim idem est, sed habitudine diuersum. Quid est autē subiectum? spēs scilicet. has ergo solū sentit. Colligitur ergo q, qui est fm actum sensus, suum subiectū apphendit. non aūt suā operationē. Eius autē subiecta sunt colorū species. & hęc quidē in his. Aristoteles uero ex iis, q̄ dicta sunt, unū quidē colligit, q si sensus, q est fm actum, idem est qđ fm actum sensile, uidelicet si est sensus, qui est fm actum: est & id, quod est fm actum sensile. & rursus corrupto eo, q est fm actum, sensu, corrumpitur &, quod est fm actum sensile, ut uisum, nō ut subsistēs. Id aūt nō est in sensu, qui est potentia, & in eo, quod est potētia sensile. non q non sint simul: simul eni sunt fm legē eorum, q̄ sunt ad aliquid. & si est potētia sensus, est & potētia sensile. & si ille nō est, nec hoc erit. Quare quoad eē quidē cōuenit, quod est potētia sensile, cum eo, quod est sensile actu: & sensus, qui est potētia, cum sensu, qui actu est. Differt aūt, q̄tenus sensus quidē, qui actu est, idē est, qđ id, quod est actu sensile. Sensus autē potentia, non est idem qđ potentia sensile. idq; merito. Neq; eni hic est, qđ ea uniat, & simul coalescere faciat. In iis eni, quæ actu sunt, species sensiliū existentes in operatione sensus, hinc quandā habitudinē faciunt, & quodāmodo cōgenerātur, & simul coalescūt. Ipsa enim operatio cōiuncta est, & facit sensum idem, qđ sensile. In iis aūt, quæ sunt potētia, nondū trāsierunt species sensilium ad operationē sensus, & ꝑpterea nondū facta est cōmunio aliqua, & unio. Propterea ergo, q actu quidē sensus est, idē est, quod actu sensile. Sensus autē qui est potentia, nō est idem qđ id, qđ

est potētia sensile. Protagorei uero nō distinguebāt quidē, sed dicebāt sensus idē esse qđ sensile, nō distinguētes, & dicētes, ꝙ, qui actu qdem est, idem est: qui uero potētia, nō est idē: idq; merito. Protagorei.n.nō dicebāt oino esse, qđ est potētia, neq; subam sensilibus ꝑbebāt: sed sensilia eē dicebant, quādiu in sensum cadūt, qđq; tūc solū sunt. nā neq;, qđ est potētia, dicebāt, sed, qđ est actu tātū. & id sensus ꝑcreare affirmabāt. Si.n. uidimus (inqt) est color. Sin minus, non est. Eadē lege dulce, & eadē lege albū. Propterea ergo recte, dicerēt, quāuis indistincte dicerēt, qđ sensus idē est, qđ sensile, si utrūq; dicerēt, qđ actu est. Introduxit & hoc primū corollariū, scđm corollariū, in quo q̄rit, cur extremitates sensiliū corrūpunt sensum, qui est scđm actū. & hoc sic ostēdit. Qui scđm actū sensus est, est cōcentus. Cōcentus aūt rō seu ꝓportio. Proportio autē ex diminutione & excessu corrūpit̄. Vt sex ad tria habet ꝓportionē duplā, & unū ad duo. Si duobus ergo unū addideris, nō seruat̄ duplū. & si ex sex ad duo unū abstuleris, nō seruat̄ duplū. Proportio.n.nō patit̄ unius termini additionem, uel defectū. Rectè autē dixit, Vnius termini. Si.n. utrisq; addideris, ut tribus quidē unū, sex autem duo, rursus seruat̄ dupli ꝓportio, q̄ est ad q̄tuor. Quāobrē dictū est, Vnius. Si ergo ꝓportio unius termini, additionē, uel defectū nō patit̄, qm̄ corrūpit̄: nec ergo sensus admittit defectū, uel additionē sensilis, qm̄ corrūpit̄. Sed excessus quidē coaceruate & extēplo corrūpit: cū primū.n. apphenderit, patit̄, uel cōgregatus, uel disgregatus, & corrūpit̄: defectus aūt tpe lædit. eo.n.ꝙ non operet̄, lędit. Qui.n. sunt in spelūca, si lōgo tpe nō uiderint, excæcant̄. Sicut &, q nō audiūt, idipm patiūtur: ob eā solū cām, ꝙ nō operet̄, pp Hippocratē, qui dixit: Motus firmū, & ualidū reddit: ociū aūt liq̄facit. Et nos qdē in uniuersum in sensu, & sensili id, de quo agebat̄, tractauimus: ipe autem in auditu ofonē istituit, & exercet, & merito, qm̄ in eo est & à subiecto nomen, ut sonitus, uel sonatio, & à sensu auditio. in uisu aūt & gustu dictū est nō eē nomē à subto. Et pp aliud etiā id, ꝙ ab eo dicit̄, in auditu uersat̄. Cōcētus.n. meminit. Cōcētus aūt ꝓprie in uoce dicitur, ut ostēdemus. Vox.n. auditui subiicit̄. Propterea ergo in auditu eius uersat̄ oro. Sic autē ofonē ꝓducit. Si scđm actū auditus idē est qđ uox: uox autē est cōcētus, nō sui ad se, sed ad auditū: hoc.n. uult ꝓportio: cōcentus aūt cōtonem dicit: Si ergo uox est cōcentus: cōcentus aūt ꝓportio, idest uocis ad auditū ꝓportio (Proportionē aūt nō dicit tēperaturā: nō est.n. in hac opiniōe: sed quēadmodū dicimus onus hr̄e ꝓportionē ad humerū, ut ferat̄: nō aūt & tēperaturā: sic & uox habet ꝓportionē ad auditū, ꝙ fit eadem cū subiecto, nō aūt scđm tēperaturā) Si ergo cōcentus est ꝓportio: Proportio aūt non patit̄ unius termini additionē, & cætera, ut supius dictū est. Visum est aūt Syriano dicere, ꝙ etsi in contextu uocis nō meminisset, nō tm̄ māca fuisset oro. Si.n. dixisset, Qui est scđm actū auditus, est ɔcentus, cōcētus est.s. auditus illius, cuius est auditus. Cuius aūt est, nisi uocis? Quare simul cōphensa eēt: Quod si uocē quoq; solū dixisset, auditū cōprehēdisset. Cuius.n. est uox ɔcētus, si nō est uox? auditus aūt est uox. Cur ergo meminit uocis? pp cōcentū: ut ostēdat in uoce eē ꝓprie ɔcentū. uel etiā ppea uoluit utrūq; dicere, ut dicat q̄nā sunt ea, q̄ hn̄t cōionē. Phus aūt Ammonius dubitauit, cur p mediū sensile scđm actū, collegit sensum, qui est scđm actū, eē cōcentū? Cur.n. non dixit, ꝙ, qui scđm actū sensus est, est ɔcentus: quēadmodū ꝙ scđm actū sensile est cōcentus? Si ergo utrūq; pp eā, q̄ est ad alterū, harmoniā est cōcentus, cur nō sensui cōcentū attribuit, sed sensili scđm actū? Cū sic ergo dubitasset, dissoluit, dicēs, ꝙ συμφωνία, qđ est latine cōcentus, à uoce, q̄ græce est φωνὴ, accepta est, ut ipa dictio declarat. uox autem est sensile. Propterea ergo cōcētum ei, qđ est scđm actū sensile, attribuit, & non sensui scđm actum. Et in his absoluta est, ꝑeo est gratia, contemplatio.

Est enim ut &, quæ auditū habent, non audiant: &, quod sonum habet, non semꝑ sonat. Quādo autem operatur, quod potest audire, & sonat, quod potest sonare, tunc simul fit & qui est secundū actum, auditus, & qui est secundum actum sonus. Quare quispiā etiā dixerit illud quidem esse auditionem, hoc uero sonationem, seu sonitum.

Postq̄ dixit, ꝙ, qui est scđm actū, sensus, & qđ est scđm actū sensile, subiecto qdē idē sunt, qđ aūt ad esse attinet, id est ſm rōnem, differūt, sicut ascensus & descensus idē sunt subiecto: utraq;.n. sunt in scala: sunt aūt rōne diuersa. est enim aliud ascensus, aliud descensus: Dicit, hoc solū q̄drare in iis, q̄ sunt ſm actū, sed nō in iis, q̄ sunt potētia. Fieri.n. pōt, ut potētia sensum, & sensile potētia hn̄s, nō audiat. Si est.n. auditus potētia, nō audit: & rursus, si est audibile potētia, non audit ipm.

Si autē & motus, & actio, & affectio, seu passio inest in eo, qđ mouetur: necesse est & sonum, & auditum, qui est secundum actum, esse in eo, qui est secundum potentiam. Actiui enim, &

motiui actus ineſt in patiente.

Oſtendit hinc theorema, quod eſt ex naturali auſcultatione, ꝙ qui eſt ſm actum, ſenſus, ſubto, quidem idem eſt, quod ſenſile ſecundum actum: eſt autem habitudine diuerſus. Differt autem motus ab actione, quòd ubi eſt motus, illic & actio: non autem ubi actio, illic & motus. Artifex enim agit quidem, ſed agit exiſtens immobilis. Porrò & affectio, ſiue paſſio & actio ſunt motus. Sed ipſe quidem motus, ſi ad id, quod eſt agens, confertur, actio dicitur: ſi autem ad id, quod patitur, affectio ſeu paſſio. In eo autem, quod mouet, dixit, ꝑ eo, quod eſt, in patiẽte. Vult ergo colligere, ꝙ idem eſt affectio ſeu paſſio, & actio, ſubiecto. utraq. n. motus. Motus aũt in eo, qđ mouet, id eſt, in patiente: neceſſe eſt, inquit, & eum, qui eſt ſm actum, ſenſum, & ſenſile ſm actũ, eſſe idem. Quid eſt enim, quod patit? ſenſus. Quid eſt quod agit? ſenſile. Quòd autem motus eſt in patiẽte, clarum. Si enim in agente, quodcũq; mouet mouebit: erit & prima cã, quod eſt abſurdum. Et auditum, qui eſt ſm actum, eſſe in eo, qui eſt ſm potentiã. Deeſt contextui dictionis, In eo, Auditu, ut ſit, quod dicitur, in eo auditu, qui eſt ſm potentiam.

Quare non neceſſe eſt, quod mouet, moueri. Sonatiui itaq; operatio eſt ſonus, vel ſonatio ſeu ſonitus. auditiui autẽ auditus, vel auditio. Duplex eſt enĩ auditus, & duplex ſonus. eadem aũt ratio, & in aliis ſenſibus, & ſenſilibus. Sicut enim actio, & paſſio in patiente, & non in agente: ſic & ſenſilis operatio in ſenſitiuo. Sed in nonnullis quidem etiam nominata eſt, ut ſonitus, & auditio: in nonnullis autem alterum caret nomine. Viſio enim dicitur viſus operatio. coloris autem nomen non habet: & guſtatio, guſtatiui. Succi autem, caret nomine.

Accepta occaſione, deinceps interpoſita oratione utitur, & ait ꝙ motus nõ eſt in eo, qđ mouet, ſed in eo quod mouet. Si enim eẽt in eo, qđ mouet, & ipm moueret. Auditiui aũt auditus, uel auditio. Aliud eſt auditus, aliud auditio. Auditus. n. eſt ipſe actus ſiue operatio. Auditio uero eſt apprehenſio. Quẽadmodũ & ſonus dicit quidem ipe ſtrepitus. Quę aũt in nobis ex ſtrepitu fit affectio, dicitur ſonitus. Cum ergo ſciret hæc differre, diſtinxit dicẽs, Duplex auditus, & duplex ſonus. Hæc ſunt. n. potentia, illa uero actu: ſic & eius qđ eſt ſenſile, actus, & ſenſitiui i ſenſitiuo. Vt autem apertum reddamus, quod dicit, ſubto exemplo id, qđ dicit, excutiamus, & agitemus. Quẽadmodum, cum faber facit portã, actio eius eſt in lignis: & affectio ſeu paſſio, lignorũ in ipſis lignis: ſic & quãdo uidemus, ſenſilis qdem actio, fortaſſe coloris, eſt in uiſu: & ſenſitiui motus (ſenſitiuũ autem dicit ſenſum ex ſubiecto) rurſus eſt in ipo uiſu, & nõ i ſenſili, id eſt colore: ſicut nec in fabro. Sed in nõnullis quidẽ etiã noĩata eſt, ut ſonitus, & auditio. Quare autẽ, ſicut in auditu dicimus & à ſenſu auditionem, & à ſubto ſenſili ſonitũ, nõ & in uiſu quoq; ſic dicimus? ſed à ſenſu qdem dicimus uiſionem, à ſubiecto aũt nõ dicimus colorationẽ? & dicimus, qm coloratio nõ aliud ſignificat, q̃ coloratum corpus ex eo, qđ habet alium colorẽ. Quare nõ eſt ex ipſo ſubto. Sonitus aũt ex ipſo ſubto. Deinde rurſus q̃rimus, cur nõ dicimus Græce χύμωσιν, à ſucco, q eſt ſubm guſtus, ſicut dicimus guſtationẽ ex ſenſu? Dic ad hoc, ꝙ hoc nomẽ χύμωσις ad coquos ptinet: & ideo in Phyſicis nõ dicit.

Quoniã autẽ vna qdem eſt actio eius, qđ eſt ſenſile, & ſenſitiui, eſſe aũt alterũ: neceſſe eſt ſimul corrũpi, & ſeruari eum, qui ſic dicitur, auditũ, & ſonũ: ſuccũ quoq;, & guſtũ, & reliq̃ ſimiliter.

Hinc iſert primũ corollariũ, ꝙ, qui eſt ſm actũ ſenſus, idẽ eſt, qđ ſenſile ſm actũ, id eſt ſubto, habitudine aũt diuerſus. nõ. n. eò, ꝙ ſint definitiõe diuerſa, ſequit, ꝙ ſimul corrũpunt, & ſeruant: ſed ꝙ ea ſint ad aliqd. Quare oportet hoc dicere alterã q̃ſtionem, & nõ corollarium.

Quæ autẽ ſecũdum potentiã dicuntur, non neceſſario. Sed priores phyſicorũ ſcriptores hoc nõ recte dicebant, nihil eſſe putantes nec album, nec nigrum ſine viſu, nec ſuccum ſine guſtu.

Quæ autẽ potentia, inquit, nõ neceſſario. Quid? nõ neceſſe eſt ea ſimul eſſe? Lege enim eorum, quæ ſunt ad aliquid, ea ſimul eſſe neceſſe eſt. Quod eſt enĩ potentia ſenſile, ſimul eſt cum ſenſu, q eſt potentia: Sicut &, qđ eſt actu ſenſile, cum ſenſu qui eſt actu. Quid ergo dicit illud, Non neceſſario? an uidelicet primum, ꝙ non neceſſe eſt ſenſum, qui eſt potentia, idem eſſe, quod potentia ſenſile, ut in contemplatione dictum eſt.

Partim enim recte dicebant, partim autẽ non recte. Cum enĩ dupliciter dicatur ſenſus, & ſenſile: hæc

ſile:hæc

filet: hæc quidē secundū potentiā: illa vero secundū actum: in his quidē euenit quod dictū est: in alius uero non euenit. Sed illi simpliciter dicebant de iis, quę dicuntur non simpliciter.

Protagoreos innuit. Dicit aūt eos recte dicere in eo, q̄ dicant sensum, qui est fm actū, idē esse qd sensile fm actū. nō recte aūt dicebāt, qm̄ & q̄ sunt eadem potentia, eadē quoq; simplr dicebant oia, quæ nō oportet eadem dicere simplr. Refellit aūt & Plato hāc opīonem in Protagor: dialogo.

Siquidem cōcentus vox quædā est: vox autē, & auditus, est ut unū, & non unum idem.

Grece est ὁ δ' ἡ συμφωνία. Illud autē ἡ, quod est in scda syllaba eius quod est ὁ δ' ἡ, nō est articulus, sed pars cōiunctionis, perinde ac si diceret, qm̄ uox quædā est cōcentus. Quæ est aūt ea uox? ea, scilicet, quæ se habet cōmoderate ad eum, q est fm actum, auditū. non pōt autē esse articulus, qm̄ cū pdicato cōiungitur. articuli eni distinctiōibus, q̄ adiiciunt ppositionibus, quas circunstātias appellant, æquiualent. Distinctiones aūt huiusmodi semp subiecto cōiugunt. nūc autē accipit cōcentū, ut pdicatum auditus, & uocis. & ppterea nō oportet illud, ἡ, ut articulū accipere, ne iungatur cū pdicato cōiunctum. Dic itaq; ὁ δ' ἡ unā partem oratiōis. Hoc aūt est fm cōtemplatiōis corollariū, in quo uult dicere eur extremitates sensiliū corrūpunt sensus. & hoc ostēdit per cōcentū & pportionem, ut dictū est. Vox aūt, & auditus est ut unū, & est ut nō unū. Hoc recte dixit: subiecto eni una est uox, & auditus: rōne aūt, & habitudine nō una, sed diuersa. Quare & unū est, & nō unū.

Proportio autē concentus: necesse est & auditum esse quandam proportionem.

Hoc dixit, ut ostenderet non esse tēperarā, auditus cum uoce cōcentum, sed eum quadā proportione fieri. & dictum est quomodo in contemplatione.

Et propterea etiā vnūquodq; excedens & acutū, & graue, auditū quoq; corrūpere. Similiter & in succis gustum. & in colore visum, quod est valde splendidum, vel tenebricosum. & in odoratu vehemens odor & dulcis, & amarus.

Oportet cōmuniter accipere illud, Excedens corrūpit, ut in auditu, gustu, uisu, odoratu. Excessus eni sensus corrūpunt. Vnusquisq; eni sensus habet ea, q̄ se possint corrūpere. Visus qdem, quod est nimis splendidū, ut lucem solis. Auditus autē, sonum, qui est ex tonitru. Odoratus graues, & tetros flatus. Gustus uenena. Tactus ignē: niuem. & ideo excogitatæ sunt artes, quæ sensus uoluptate afficiant: uisū quidem pictura: auditui musica; olfactui unguentaria: gustui coquinaria: tactui lauacra, & ars texendi.

Vtpote q̄ sensus sit quædam proportio.

Volens exempla dicere sensiliū, quæ corrūpunt sensus, posuit & dulce. & nūquid, eo q̄ sensum dissoluat, eū corrūpit, ut pingue? Illud aūt, Vtpote quòd sensus sit quædam pportio: Quoniam inquit, proportio, est sensus: proportio autem excessum non patitur, propterea est sensus, ut proportio, & quædam commoderatio.

Quare & dulcia quidem, quando deducuntur, cum pura & imixta sunt, ducuntur ad proportionem, vt acutum, vel dulce, vel salsum. tunc enim dulcia. omnino autem magis, quod mixtum est, concentus, q̄ acutum, & graue.

Hic uult dicere qualenā est dulce sensile: & dicit q̄ illud est dulce sensile, qd cum nuper esset purum, & imixtum, non manserit purū, sed ad pportionē ductum sit, id est, ad mixtionē. mixta enim dulcia. Quare extrema pura, ut acutū & graue, non sunt dulcia, nisi ea miscueris. Mixtionē eni sequitur concentus, & dulcedo, ut in medietate.

Tactui autem, quod calefieri potest, vel quod frigefieri. sensus autem proportio. Excedentia autem vel molestia afficiunt, vel corrumpunt.

Tactui, inquit, dulce est, qd calefieri pōt, uel, qd frigefieri. & uide quō Grece dixerit θερμαντὸν, calefacibile, id est, quod potest calefieri, & ψυκτὸν refrigerabile, qd potest frigefieri. tūc eni est dulce, quādo potest intentionē admittere: Immoderatū eni frigidū, & calidū est molestum. Recte ergo dixit,

tactui dulce esse, quod calefieri põt, uel qđ frigefieri, & nõ dixit calidũ, uel frigidũ. Si eni hoc dixisset, extremũ intellexisset calidũ & frigidũ, qđ tactum uoluptate nõ afficit, sed & ipm corrũpit. Et in his quidem est praxis, praxis, deo est gratia, quarta.

Vnusquisq; ergo sensus est subiecti sensilis: & est in sensorio, quatenus est sensoriũ: & subiecti sensilis iudicat differentias. vt album quidem & nigrum visus: dulce autem, & amarum gustus. Similiter autem se habet hoc & in aliis:

Postquã disseruit de quinq; sensibus: & docuit, non esse aliũ sextum sensum, q̃ ab his quinq; seiungatur: ne quis existimaret, q̧ hac rõne ne cõmunis qdem sensus est: per hæc uult ostendere, q̧ est cõmunis sensus. & non hoc solũ, sed & q̧ incorporeus est hic cõmunis sensus. Ad hæc auté, & tertium, q̧ sine tpe operatur. neq; eni in alio tẽpore nouit dulce: in alio uero albũ: sed in eodẽ instãti, & eo qđ nunc est, cognoscit hoc quidẽ esse dulce, illud uero albũ. Quarto aũt dubitationẽ ꝓponit aduersus cõem sensum: & dubitationẽ falso soluit. Deinde falsam solõnẽ euertit: & sic deiceps dicit uerã solonem. & talis qdẽ est cõtemplationis apparatus. Age uero & unũqđq; eorum explicemus. Primum ergo ostẽdẽdum est eẽ cõem sensum, hoc mõ. Qm̃ non solum scimus drĩam eorũ, q̃ sunt eiusdẽ generis, ut albi, & nigri, & fusci, & flaui, & eiusmodi, sed & eorũ, q̃ sunt eiusdẽ spẽi, ut albi, & dulcis: q̃rẽdum est, q̃nam est pars aĩæ, q̃ has nouit differẽtias. Etsi. n. mens cognoscat talẽ differentiã, & dicat differẽtiã albi ad dulce: sed nõ p se mens dicit talem differẽtiã, sed sensu utens p̃terea instrõ. sine sensu. n. nõ esset sensilia cognoscere. Si ergo albũ & dulce sunt sensilia, qũo mens horum posset differẽtiã nosse, nisi sensu, instrõ, usa eẽt? Quare nec citra mediũ, neq; p se, mens potuisset dicere horũ drĩam. nec solũ, q̃ sunt intellectu p̃dita, sciunt hoc drĩam, sed & canis, cũ tãtũ uiderit, nõ etiã gustauerit, nouit gustabilia. Scit itaq; eẽ carnẽ gustabilẽ, & si nõ gustauerit, sed eã solum aspexerit. & lapidẽ nouit nõ esse gustabilẽ, etiã prius q̃ gustarit. Quare nõ est itellectus dicere drĩam dulcis ad albũ, sed sensus. Et cuius igit̃ sensus? Vtrũ unius ex qnque, uel duorũ, ut uisus, & gustus? Dicimus ergo, nõ esse unius sensus nosse talẽ drĩam. Si. n. unus sensus nouit talẽ drĩam, sciet ergo non solum ꝓpriũ sensile, sed & alienũ. Sensus ergo q nouit drĩam albi ad dulce, cognoscet nõ solũ albũ, sed & dulce. Atq; hoc est absurdũ cõfundere sensilia, & dicere uisum nosse q̃litates gustabiles. est ergo absurdum unũ ex qnque sensibus nosse drĩas eorũ, q̃ sunt dissimilis generis. Et ne qs dicat non eẽ necessariũ nosse aliena sensilia. semel. n. nouit ꝓpria, q̧ est albũ: deinde ex negatione nouit, q̧ nõ est albũ: & sic nouit drĩam, eo q̧ scit nõ esse albũ. Ne qs ergo hæc dicat. Nõ. n. diximus qđ est, qđ cognoscit drĩam albi ad nõ albũ, sed ad dulce. Quod. n. nõ est albũ, põt sic esse, & nõ eẽ calidũ. nos aũt diximus determinate dulce. Oportet ergo oĩno nosse dulce, & ex affirmatiõe, ut eius drĩam ad album cognoscamus. Quare nõ est unus sensus qui talẽ nouit drĩam. Sed neq; duo sensus, ut uisus, & gustus. Vnũ. n. esse oportet, qđ dicat eorũ drĩam. Si. n. non est unũ, qđ formas utriusq; suscipiat, qũo possit eorũ diuersitatẽ nosse, siqdẽ alius quidẽ albũ, alius uero dulce suscipiat, spẽm? Nã & iudices uolũt utrasq; ptes audire, ut cognoscãt eorũ cõtrouersiã. Si ergo unũ est, qđ dicit differẽtiam albi ad dulce: unũ erit &, qđ eã iudicat. Quare nec duorũ qdem est sensuũ ꝓ priũ horũ nosse differentiã, nec alicuius alius particularis. Est ergo alius sensus p̃ter qnque nosse drĩam albi & dulcis, & is est ergo à qnque sensibus separatus, an nõ? Dicimus nõ esse separatũ, Diximus. n. nõ esse alium à qnque separatũ. est ergo cõis. Ostẽsum est ergo eẽ cõem sensum. & hic primũ caput finit̃. Scđm caput est, i quo ostẽdit sensum cõem non eẽ corpus. Si. n. eẽt corpus, oparet̃ p ptes. Omne. n. corpus per partes opat̃. Si esset ergo corpus, nũq̃ in eodẽ & dulce, & albũ susciperet: sed in hac qdẽ sui pte dulce, in alia uero albũ. & nõ esset oĩno, qđ iudicaret. Id. n. perinde eẽt / inqt / ut si tu hoc qdem sentires, ego uero illud. Totus ergo, ut totus, cõis sensus sentit dulce & albũ. Si aũt nõ totus, ut totus, apprehẽderet: qũo posset ea iudicare, si nõ utrũq; cognosceret? Si. n. etiã cõcessero, q̧ põt albũ, & dulce in eadẽ parte suscipere: sed nõ itidẽ utiq; & contrarias q̃litates, ut albi, & nigri, calidi, & frigidi. Et alioqui si eẽt corpus, oporteret ipm tãgẽtem sensilia opari. Oẽ. n. corpus tãgẽs agit. Atq; cõis sensus nõ tãgens sensilia agit. nõ est ergo corpus. & hoc est scđm caput. Tertium est caput, in quo oñdit, q̧ sine tẽpore agit. Hoc aũt sic oñdit. ut dicit cõis sensus, sic & cognoscit. Si ergo in uno instanti dicit differẽtiã dulcis, & albi: & nõ in alio qdem instãti drĩam albi: in alio uero drĩam dulcis: clarũ est ergo, q̧ in uno instãti nouit drĩam dulcis, & albi. Quãdo. n. dicit cõis sensus in uno instãti, nõ dicit p accñs, sed p se: ut cõsidera in exẽplo, qđ dico. Nũc audiui, q̧ Plato, postq̃ fuisset in Sicilia, uersatus ẽ cũ Socrate. Ecce hic qdem illud, Nũc, ad meũ qdẽ auditum: per se est, ad Platonis aũt aduẽtũ, illud,

Nunc, est p accidēs. etsi. n. ego nunc audiui, nō est absurdū diu abhinc illic fuisse. Si aūt cōtingat ꝓlium nūc nauale fieri, & in eo instāti, in quo factū est ꝓlium nauale, in eo dixero, nūc audiui factum ꝓlium nauale: tūc illud, Nunc, & ad me est: nūc. n. audiui, & ad ꝓliū nauale, per se est. nūc. n. & illud factū est. Cōis ergo sensus, in quo instāti differētiā albi ad dulce dicit, in eoipso sentit & dr̄iam istātis, qđ est per se & ad dicendū, & ad cognoscendū. Quare sine tpe agit cōis sensus: & hoc est caput tertiū. Quartū caput est, in quo dubōnē ꝓponit. Quō, inqt, cōis sensus contraria iudicat, ut albū, & nigrū, calidū uel frigidū? neq̧. n. solū, q̃ sunt diuersorū generū, sed &, quę sunt eiusdem generis. Est ergo æquum dubitare, qūo fiāt cōtrariæ spēs circa cōem sensum. Si. n. eēt corpus, nō esset quod dubitaretur. Dici. n. posset, ꝙ sm aliā & aliā ptē fiūt ɔtraria: sed qm̄, cū sit incorporeus, est quoq̧ idiuisibilis: dubitamus, quomō in eodē fiant contrariæ spēs. etsi cum sit incorporeus, in tempore operaref, rursus dici posset, ꝙ in alio, & alio tempore fiunt cōtraria: ut in hoc quidem tēpore calidum, in illo uero frigidum. Sed qm̄ sine tpe operaf, & in ipso instāti: propterea merito dubitatur. Ex duobus itaq̧ p̄cedentibus capitibus fit grauior dubitatio. Siue enī esset corpus, nō esset dubiū: sm aliā enim, & aliam partē posset suscipere cōtraria: siue, cum sit incorporeus, in tpe operaref, rursus posset in alio, & alio tēpore suscipere cōtraria. sed qm̄ est incorporeus, & sine tēpore operaf: ꝓpterea dubitamus, quomodo suscipit cōtraria: si quidē simul suscipit. Hæc est dubitatio, q̃ in cōmuni qdē sensu exercet, & agitat: cōuenit autē & in aliis particularibus sensibus. hi enī magis cōtraria app̄hendunt, q̃ cōmunis sensus. sed qm̄, quæ app̄hendunt qdem pticulares sensus, cōmunis quoq̧ app̄hendit: quæ aūt comunis, non omnino & pticulares: ꝓpterea, ut in cōmuni, dubitationē cōmouet, & agitat: & sic quidē dubitauit. Deinde eam sic soluit, ꝙ cōmunis sensus & unus est, & multi: unus qdem subiecto, multi aūt, habitudine: idē aūt dicere, rōne, seu definitiōe. Nam à cōmuni fonte, nēpe cōi sensu, ꝓcedunt alii sensus. Quare ipse unus quidē est subiecto: rōne aūt multi. Quatenus ergo unus est, sm hoc iudicat differētiā. Quatenus aūt multi rōne, sm hoc suscipit cōtraria. Hæc est quidem falsa solo: eam aūt subuertit Aristoteles dicens, ꝙ, q̃ sunt subiecto eadē, ratione autem diuersa, cum sunt quidē potētia, possunt cōtraria suscipere: cum aūt fuerint actu, nō possunt suscipe cōtraria: ut calidum, uerbi grā, & frigidū sunt eadem qdem subiecto: in uno. n. subiecto fiunt: ratione aūt diuersa: & tn̄ non possunt eē simul actu. Quare nec cōis sensus: qm̄ subiecto qdem unus est: rōne aūt multi siqdem p̄ter hoc pōt cōtrarias sensilium formas suscipere. sic falsa subuersa solōne deinceps aliā dicit uerā solonem. Dicit enim, ꝙ cōis sensus & unus est subiecto, & multi rursus subiecto. sm hoc enim differt hæc solo à priore solutione, ꝙ illa qdem unum dicit cōem sensum subto, multos aūt rōne: hæc aūt & unū, & multos ipm dicit subiecto. Quēadmodum, ut in exēplo orōnē discutiamus, cōsidera mihi centrum, & ex eo qnque rectas emissas, & postea à se inuicē diuisas. hoc quidē cētrum unū est ad ꝓpriā naturā: atqui est etiā multa. Vniuscuiusq̧. n. finis est, q in illo est, ēē postq̄ fuerint à se inuicē diuisæ. Et ne dixeris, qūo, qđ est indiuisibile, unicuiq̧ attribuif? Talis. n. est incorporeorū natura. Sicut ergo aīal & unū est ad naturā, & multa: totum. n. ut totū est in uniuscuiusq̧ idiuidui natura. Si ergo & unum est cōis sensus: & multa: etiā si hæc sint cōtraria. Et hæc qdem dicunf per dictiōis cōtextum. Sed qm̄ hæc est paulo magis logica traditio: age paulo magis naturalē excogitemus. hæc est autē. Cōis sensus & ipse qdē est incorporeus: est autē in subiecto corpore: ei. n. subiectū est corpus spiritale: spēs itaq̧ sensilium, etiā si sint cōtrariæ, in ipso spiritali fiūt, sm aliā, & aliā eius partē. Deinceps hæc facultas affectiōes, q̃ sunt in spiritu, iudicat. & sic obiectum dissoluimus. nec dicimus in idiuisibili fieri contrarias spēs, sed in diuisibili, id est in spiritali, sm aliā & aliā eius partē. Dic aūt & aliud, ꝙ materialr̄ qdem cōtraria simul nō app̄hendit, sed iudicatiue, simul: qm̄ simul iudicat cōtraria. Sed si aīaduerteris, ne iudicatiue qdem. In libro. n. peri hermenias dictum est, ꝙ cōtrariæ sunt opiones, nō q̃ dicunt cōtraria de ɔtrariis, ut, ꝙ album qdē disgregat, nigrum uero cōgregat: sed q̃ de eodem cōtraria dicunt, ut, ꝙ album & disgregat, & ɔgregat. Hę sunt ergo cōtrariæ opiniones. Si ergo cōis sensus dicit, ꝙ album qdē disgregat, nigrum uero congregat: nihil patief, eo ꝙ ipse cōtraria iudicauit: & ambo uere, & nō de eodem cōtraria enunciauit. Quare nec iudicatiue cōtraria app̄hendit. Quæ est ergo ante hāc solutio recte habet. Vide autē, ꝙ qui Platonē rep̄hendit, ꝓpterea ꝙ naturā mathematice tractauit, ipe per mathematica naturalia dissoluit. ecce. n. dixit pūcti solōnē. Ad qđ dicimus, ꝙ non ꝓpterea, ꝙ ex mathematicis dissoluanf naturalia; ipsum reprehendit: sed quòd naturales magnitudines ex mathematicis constituit. His dictis, quoniam idem dicit imaginationem, & communem sensum, de imaginatione tractat, & ad doctrinam de rationali anima se conuertit, ut ostendat, quòd hæc est, quæ primum mouet, & non irrationalis. Et in his est contemplatio.

Vnusquisq; ergo sensus est subiecti sensilis, qui est in sensorio, quatenus est sensoriū, & iudicat, differentias subiecti sensilis. vt, album quidem, & nigrum visus. Dulce autem & amarum gustus. Similiter autem habet hoc & in aliis.

Vnusquisq, inquit, sensus ꝓpria sensilia apphendit, in suo sensorio existens, quādo habet fm naturam sensoriū. Sensorium aūt dicit uel spiritū uel testaceū. Sensus ergo, qui est in sensorio, ipse nouit, quę sunt eiusdē generis. Hinc apte & ingeniose ad sensum cōmunē ingredit. Si eni unusquisq sensus nouit propria, quæ sunt eiusdē generis, cōtraria: Sunt aūt cōtraria diuersi generis, q̄ cōmunis sensus nouit, est ergo cōmunis sensus. & Plato etiā ante Aristotelē appellat cōmunem sensum, ubi dicit: Si enim non est, sumus similes iis, qui sunt in durio equo, in quibus non est communis sensus, qui est in durio equo.

Quoniam autem & album, & dulce, et vnūquodq; sensile, ad vnūquodq; iudicamus, & sentimus ꝙ differt: necesse est vtiq; sensu: sunt enim sensilia.

Necesse est, inquit, quę sunt diuersi generis, sensu aliquo cognoscere: quādoquidē sensilia apphēdit. Sensilia autē ad sensuū relationē dicunt: utpote qa ratio non apphendit sensilia. Quare ex hoc nihil ostendit. sed nos hoc pulchre ex irrationalibus ostēdimus nō esse rōnalis. nā & canis iudicat differentiam dulcis & albi: siquidem non quoduis album aggreditur. neq enim lapidem: sed id tantum, quod est succulentum.

Quo fit vt apertū quoq; sit, carnē non esse vltimū sensoriū. Necesse eni esset ipm tangens, iudicare, quod iudicat. neq; vero separatim cōtingit iudicare id, quod iudicat, ꝙ dulce est aliud ab albo: sed oportet vno aliquo esse vtraq; manifesta. Sic enim habet, vt si hoc quidem ego, tu vero illud sentiris, apertum fuerit, ꝙ sunt à se inuicem alia.

Hic est secūdum caput, & nota, ꝙ corpus carnē uocauit, & sensum sensoriū. Cum oporteret aūt eum dicere, ultimū sensum non esse corpus, dixit ipse, ultimū sensoriū non esse carnē. Vltimū autē sensum audire oportet cōmunē sensum, eo ꝙ sensus in eū terminanť, &, qui sunt in ipsis typi, postquā omnia trāsierint, ad ipm ueniunt. Si autē esset corpus, inquit, cōmunis sensus: necesse esset, inquit, ipm tangentē, sensilia ea iudicare. non sepatim in alia, & alia parte sentire corporis, cuius est. Erit enim ut si hoc quidē ego, tu uero illud senseris. Si enī non una est facultas, q̄ iudicat album & dulce, perinde est, ut si duo diuersa sentientes, diuersa ea dicerent, quorum uterq non nouit aliquid, quod alter sensit.

Oportet autem vnum dicere, ꝙ alterū: alterū enim dulce ab albo. Dicit ergo idē. Quare vt dicit sic intelligit, & sentit. Quòd itaq; separatis separata iudicari nequeant, apertum.

Vnum, inquit, sensum dicere oportet, ꝙ aliud est dulce ab albo, & albū à dulci. Idē enim dicit, & non oportet corpus esse separatum, quod dicit. Quare ut dicit, sic & intelligit, & sentit. Intelligit dicit, pro eo quod est, imaginatur.

Quòd autē nihil separato est tēpore, hinc. Sicut enim idem dicit, alterū esse id, quod, bonū & qđ malum: sic & quādo alterū dicit alterū, & alterū: non fcd̄m accidēs illud, quādo. Dico aūt, vt nūc, dico alterum: non autem, nunc alterum: Sed sic dicit & nunc, & ꝙ nunc. ergo simul.

Hoc tertiū caput cōtemplationis dicitur, scilicet, quod sine tēpore cōmunis sensus operatur. Sicut enim, inquit, unus est incorporeus sensus, qui dicit, bonū differre à malo: ergo quādo malū dicit differre à bono, in eodē tēpore, quod primū, dicit. nūc enī dicit utrūq, & nunc, prout ꝓprie est, nunc, & non fm accidens, ut quādo. quod olim factum est, nūc dicit fieri: ut qm̄ nunc audiui, nūc Troiana facta sunt. Dicitur etiā ꝓprie, nūc, quando, quod nunc fit, nunc uidero. Sicut, inquit, & cōmunis sensus nunc dicit discrimen, prout proprie, nunc, est. quando enim sentit, discernit. nam circa id, quod abest, operari est imaginationis,

Quare inseparabile, & in inseparabili tempore.

Hæc est duorum capitum communis conclusio. Dicit enim, quòd si simul in eodem instanti

discernit & dulce ab albo, & alterum, id est, album à dulci: scilicet & à corpore est inseparabilis, & in inseparabili tempore operatur, id est sine tempore.

At qui fieri nõ põt, vt cõtrariis motibus idẽ simul moueat, q̃tenus est indiuisibile, & in indiuisibili tpe. Si eñi dulce sic mouet sensum uel intelligentiã: amarũ aũt cõtrario modo: & albũ altero.

Hic est quartum caput cõtemplationis, in quo à dubitatiõe incipit, & dicit: si est incorporeus cõmunis sensus, & sine tempore operatur: quomodo simul potest contraria apprehendere? Si esset enim corpus, posset secundum aliud, & aliud, & album, & nigrum apprehendere. Intelligentiam autem uel imaginationem, uel intellectus operationem dicit.

Nunquid ergo simul quidẽ & numero indiuisibile, & tẽpore inseparabile, qđ iudicat: eo aũt, ꝙ est, separatum? Est qdem vtiq;, ut diuisibile diuisa sentiat: & est, ut quatenus indiuisibile. in eo enim, ꝙ est quidem, diuisibile: loco uero, & tempore, & numero indiuisibile.

Hic est falsa dubitationis solutio. numero autẽ unũ, & tẽpore inseparabilẽ dicit, id est, unũ qdẽ subiecto, ratione autẽ seu definitiõe multos. Pro eo autẽ, quod est, definitiõe, dixit, in eo, ꝙ est, multos. Quatenus ergo est multa, ɔtraria suscipit, q̃tenus autẽ est unũ, ea iudicat. Ratione eñi est diuisibile, id est, multa: quod eñi diuidit̃, fit multa. quod subiecto aũt est indiuisibile, & unũ est. Quod subiectum declarare uolens dixit, Numero autem, & loco indiuisibile.

An fieri non potest? potentia enim idem diuisibile & indiuisibile, & contraria: eo autem ꝙ fit, non: sed ꝙ agat, diuisibile. nec fieri potest, vt sit simul album, & nigrum. Quare nec eorum formæ patiantur, si tale est sensus, & intelligentia.

Hic est subuersio falsæ solutionis dubitatiõis. Potentia eñi, inquit, idem põt suscipere ɔtraria in diuisibilia. Eo autẽ, ꝙ fit, Nõ, pro eo qđ est, actu aũt non põt suscipere ɔtraria. inter agendũ eñi diuiditur. Agente eñi, uerbi grã, albo & nigro diuidit̃ subiectũ, & diuellit̃, & nõ manet idiuisibile.

Sed sicut, quem punctum quidã vocant, quatenus vnus, & quatenus duo, ea est etiã ratione diuisibilis. Quatenus ergo indiuisibile, vnũ est, quod iudicat, & simul. Quatenus autẽ est diuisibile, non vnũ. bis enim eodem simul signo vtitur. Quatenus ergo duobus vtitur, sine duo iudicat, & sunt separata, vt separatorum. Quatenus autem vnum, vno & simul.

Hic est secũda solutio, ꝙ sicut punctus & unus est, ut punctus: & duo, & multi, q̃tenus in rectas terminatur: & ut multa, separatus est: sic & sensus, quatenus est ut pũctus id quod sentit, & simul quatenus cum sensilibus congreditur, ut punctus cum rectis, & duo, & multa iudicat: q̃tenus autem est unum, simul, & sine tempore apprehendit.

De principio ergo, quatenus esse dicimus animal sensitiuum, hoc sit modo definitum.

Non ꝙ multa habeat principia animal, propterea dixit Aristoteles, de illo dico principio, de quo dicimus animal sentire: sed quòd unum est & multa, ut ait Plutarchus. & in his praxis, & prima lectio dei gratia impletur: praxis, dei gratia, quinta.

Quoniam autem duabus differentiis animam maxime definiunt, & motu secundum locum, & eo, quod est intelligere, iudicare, & sentire.

Qm̃ repentina & subita mutatio, & in orõne, & in re agẽda mala est, ꝑpterea nõ statim ab irrõnali ad rõnalẽ ꝑcedit: sed prius quãdã dicit drĩam cognitiuarũ, irrõnalis, & rõnalis. Deinde & imaginationẽ discernit à cognitiõe rõnis: & in medio discernit imaginationẽ à particularibus sensibus, ipsam irrõnalẽ à seipsa discernẽs: qđ quidẽ eius nõ erat institutũ: & dicit, ꝙ imaginatio nec sensus est, nec opinio, nec ex utrisq; cõstat. Priusq̃ aũt ea discernat, uolẽs augere discrimẽ, ea in quibus iter se cõueniũt, dicit. Hoc. n. inq̃t: cõe hñt cognitiões irrõnalis, & rõnalis, ꝙ ambarũ sunt iudicia. & in hoc quidẽ cõueniũt. Porrò & in eo etiã, ꝙ antiqui cõfuderint cognitiuas facultates rõnalis, & irrõnalis. Sensuũ. n. operatiões intelligẽtiã appellarũt, & nomẽ irrõnalis operatiõis noĩe rõnalis opatiõis uocarũt, sensum, & imaginationẽ appellãtes itelligẽtiã. Hoc aũt fecit Empedocles cũ dicit.

Nāq; hominicertè ad pręsens prudentia crescit.

Ex hac.n.sentētia rōcinatione colligimus,eū prudētiā & intelligētiam dicere ex sensilibus. Talis est aūt syllogismus. Sensus sensilia apphēdit. Quod sensilia apphendit,p̄sentia apphendit. Sensus ergo sensilia apphēdit.sic una figura collectū est,sensum eē,qui p̄sentia apphēdit,quē ipse graece μῆτιν,id est prudētiā seu cōsiliū appellauit. Cōfudit itaq; noīa,sensum itellectū appellās. Aliqui uero dicūt, cum itellectū nō appellasse μῆτιν, qđ est,prudētiā seu cōsiliū,sed διάνοιαν, id est,cogitationē,quæ est media inter intellectū,& sensum. Ad p̄sens.n.inquit,cogitatio operaŧ.Illud.n.αὔξεται,gręce,id est augeŧ uel crescit,p operaŧ accepit. Et recte dicit,augeŧ.Actus.n.& opatio auget potētiā,sicut & ↄtra quies lædit. Motus.n.firmū & ualidū reddit. Si ergo circa p̄sentia dicit cogitationē opari:p̄sens aūt sensus nouit:idē est ergo sensus,& cogitatio. Male aūt hoc accipit.neq;.n.circa p̄sens sensus solū operaŧ,sed & cogitatio.imo & ipsa magis,siquidē sensus quidē habet extra sensile:cogitatio autē intus p̄priū negociū:& quādo uult ipm aggrediŧ. Sic etiā si dixerit cogitationē circa p̄sens agere,ipsam sensum nō fecit. Idē est aūt dicere,etsi sensum dicat itellectū. Et hæc est prima sentētia ab Empedocle sumpta,quā nūc ad rē nō facere ostēdimus. Affert & aliā Empedoclis sniam,q̄ re uera ad rē ptinet. Empedocles.n.somniorum differentias dicens,ait ex diurnis actibus fieri nocturnas imaginationes. Hanc autem imaginationem, φρόνησιν, id est,prudentiam,appellat,cum dicit.

Vnde iis perpetuo quoq; adest aliena uidere.

Videre autem graece est φρονεῖν,quod sapere,prouidere,& animo cōcipere significat. Sic ergo aperte,inquit,irrationalis cognitionem,imaginationem dico,prudentiam appellat, & non solum Empedocles,sed & Homerus ipse inquit.

Terrenorum hominum intellectus talis habetur,
Ad qualem ipse diem deducit Iuppiter almus.

Intellectū.n.nunc dicit sensum:Diem aūt sensile. Talis est ergo sensus,q̄le est sensile. Ecce ergo,inquit,& Homerus sensum mētem appellat.& hinc noīum turba,& cōfusio facta est. Nos aūt p Homero dicimus. O Aristoteles male itellexisti distichon. Intellectū.n.mētem dicit:Diē aūt nō sensile, sed fortunā,seu fatū. Hæc est ergo horū uersuū sententia. Talis est mens hominum,qualis & eorū fortuna. Et est hoc distichon simile illi tragico quod dicit:

Fortuna nobis prout est,est & ingenium.

Nā quispiā cū pauper est,moribus est modestus:Sed postq̄ diues euaserit:fit flagitiosus, & nequā. Hoc aūt nō in quolibet hoīe cōuenit,ut p̄ut fortuna est,fit mens,& ingenium:sed in solis socordibus,& intēperātibus,& qui uitā materialē hn̄t. Vnde Poëta nō solū dixit,Hoīum,& tacuit, sed addidit,Terrenorū,crassam,& materialē uitā ex hoc nobis demōstrās. Qui aūt nō materialr̄ uiuunt: nō ita cōuertunŧ. Quare Homeri snia nō cōfudit noīa. Nōnulli aūt & Empedoclē defendētes pro eo respōderūt,q nō solū ex reliquiis sensuū fiunt somnia,sed ex aliis. Tres.n.horum sunt causæ:&, quod dictum est,quādo imaginatio ex sensibus facit somnia:Atqui & rōnalis aīa est somniorū cā, quando quærens inuenerit:& diuina illuminatio,quādo futura p̄dicimus. Si ergo dicit:

Vnde iis perpetuo quoq; adest aliena uidere:

Tāquā ad somnia respexit,q̄ sunt ex rōnali aīa. Fit aūt mens aliena in somnis:eo q noctu qdē apertiores,& uiuidiores sunt naturales facultates:rōnalis aūt hebes & obtusa reddiŧ:ipsa aūt magis interdiu opaŧ. Rep̄hendit rursus Aristoteles Empedoclē,nō solū q noīa cōfuderit,sed etiā,q cū dixerit,simile sibi cognosci,de cognitiōe qdē dixit,de deceptiōe uero nō dixit. Atqui de deceptiōe,magis q̄ de scientia dicere oportebat:eo q plus decipimur,q̄ cognoscimus. Huius autem causa est generatio,&,quæ est in materia,animæ hebetudo. Sicut enim eorum,qui in loco pestilenti habitant, plures ægrotant,quàm sani sunt:sic & in animalibus,quæ sunt in generatiōe,plus ualet auctoritate ignorātia,quàm cognitio. Qm̄ ergo magis decipimur:oportebat eū amplius de deceptiōe disserere. Neq;.n.Empedocles existimat nō esse deceptionē.ea enim opio, q̄ dicit nō esse deceptionē,est à Platone cōfutata. Si ergo nō opinaŧ esse deceptionē:ↄfutetur rōnibus,q̄ sunt in Protagora. Si aūt opinatur,cur eius cām non dixit? nisi fortè colligemus,q si cognitio est eius,qđ est simile,cognitio;deceptio ergo est eius,quod dissimile,attactus: & p oppositū uoluit oppositum subaudiri. Et hoc qdem ipsi colligiŧ.nos aūt nō ↄcedimus sciam esse similis cognitionē, per syllogismū hoc euertentes. Si ↄtraria una scīa nouit:Cōtraria aūt sunt dissimilia. Non ergo sile simili cognosciŧ. Ecce.n. scīa una est:& duo ↄtraria nouit. Si ergo uni ↄtrariorū est silis scīa,alii ergo nō est silis, etsi ipm cognoscat. Quare nō sile sibi cognosciŧ ò Empedocles. Si ergo cognitio nō est eius,qđ ē sile,attactus, nec deceptio eius,quod est dissimile,attactus est. Et hæc qdem aduersus Empedoclē. Deinceps aūt

differentiã cognitiuarũ facultatũ irrationalis, quod est sensus, & imaginationis, ad cognitiuas aię rationalis tradit. & primũ qdem dicit drĩam sensus ad intellectũ: qm̃ multa habent inter se cõia. Hæ enim solæ ex irrationalis, & rationalis aiæ facultatibus se rebus indiuisibilr̃ applicãt. Nam & sensus sine tẽpore apphendit ꝓpria sensilia, ut paulo superius ostẽsum est: & intellus similr̃ sine tempore operatur. Qm̃ ergo multa hñt inter se cõia: eorum itaq; primum drĩam dicit. Differt ergo intellus à sensu, ꝙ sensus quidẽ est in oibus aialibus. Intellectus aũt non in oibus: sed in solo est homine. Sic ergo differt intellus à sensu. Deinde dicit drĩam sensus, & cogitationis, q̃ Graece διάνοια, q̃ si permẽs, dicitur. Dicit enim sensum quidẽ nõ cito decipi: cogitatio aũt celeriter decipiᵗ. Cito aũt decipitur cogitatio ꝓpter duas causas: uel ꝙ sensus qdem circa res apertas, & manifestas uersaᵗ: cogitatio aũt circa occultas. Vel ꝙ sensus qdẽ sine tpe, &, ut semel dicã, prima applicatione, & primo impetu se rebus applicat. Cogitatio aũt per ĩtermedias ꝓpositiones, & cõclusiones, ex qbus solet deceptio fieri. Sola est.n. cogitatio, q̃ ratiocinaᵗ: unde & decipiᵗ. Et hę sunt duę rõnes, per quas cogitatio decipiᵗ. Vel sensus ergo à cogitatiõe differt hac rõne. uel, ꝙ sensus qdem inest oibus aialibus: cogitatio aũt iis, q̃ hñt rõnem. Deinde post hoc dicit drĩam imaginationis à sensu, & cogitatiõe: & dicit, ꝙ ab iis, differt imaginatio, q̃tenus est media inter sensum & cogitationẽ. incipit enim à sensu. Principiũ.n. dat sensus imaginationi: illa aũt dat rursus cogitationi principiũ. Sine imaginatione enim non põt cogitatio operari. Et in hoc qdem differt imaginatio à sensu & cogitatione. Deinde post hæc dicit opionis, & imaginationis drĩam, ꝙ imaginari quidẽ, qđ uolumus, possumus: nam & triũ cubitorũ & uigiticubitorũ, hoiem imaginamur: & possumus etiã fingere hircoceruũ, & hippocentaurũ: opinari aũt q̃ uolumus, nõ possumus. Quòd.n. bis duo decẽ, dicere qdẽ possumus: opinari nõ possumus: & de igne quidẽ dicere, ꝙ nõ calefacit, possumus: hoc aũt opinari nõ possumus. Quare in nobis quidẽ est imaginatio: opinio aũt non est in nobis. Si autẽ uerũ dicere oportet, nec ois quidẽ imaginatio est in nobis. Quæ enim fit inter dormiẽdũ, nõ est in nobis. non.n. quæ uolumus in somnis imaginamur. & quid dico eam, q̃ fit inter dormiendũ? Sed nec ois quidẽ, q̃ fit inter uigilandũ. Quãdo.n. quæ sunt, ut q̃ sint, imaginor, nõ possum, nisi ut se hñt, imaginari. ut si Socratẽ imaginari proponamus, nõ possum eum imaginari urbanũ, & album, & comatũ: sed caluũ, & nigrũ, & uentre ꝓminente. Quare hęc est exacta oino differẽtia, ꝙ opinio quidẽ est in nobis: imaginatio aũt est in nobis quodãmodo. Hæc est qdem prima drĩa. Dico autẽ & talem scdam hmõi differentiã. Bellum.n. imaginantes nũquã timemus: sed sic sumus, ut si ipm in pictura cõtemplemur: bellum aũt opinãtes statim quoq; timemus. Et hæc est scda drĩa: ad quã sic est dubitationẽ mouere. Quid ais? terribilia imaginãtes nõ pertimescimus? Atqui etiã equus, qui non habet opionem, si erectum flagellũ uiderit, ostẽdet se formidabiliũ imaginatione terreri. Hæc est quidẽ dubitatio, ad quã dicemus, esse assensionem q̃ per se quidẽ inest opioni, & est opinionis substãtia: sed ea quoq; imagiationi accidere. Quando ergo terribilia opinatus assensero, formido, & rursus quando terribilia imaginatus assensero, ꝑtimesco. Ergo & equus ab imaginatione terreᵗ, ꝓpter assensionẽ. nisi enim facta fuerit assensio, nõ formidat. Qm̃ ergo hæc dicta sunt, in iis, ꝗo est gratia, ɔtemplatio impleᵗ. Quoniã aũt duabus differẽtiis aiam maxie definiunt, & motu fm locum, & eo, qđ est intelligere, iudicare, & sentire. Alexãder existimat frustra esse, illud, Qm̃. Neq; enim habet redditionẽ. Plutarchus uero ait inferius esse redditionem, quando dicit, Quod ergo non est idem sentire, & sapere seu intelligere. Et hæc est totius huius contextus snĩa. Quoniam duabus differentiis aiam definiunt antiqui, & motu fm locum, & eo, quod est intelligere, sapere, & iudicare: & intelligere, & sentire unum & idẽ existimãt. Quòd aũt non est idem sapere, seu intelligere, & sentire, ex hoc est apertũ. Hoc autẽ fecit Aristoteles, ut errorem nominum refelleret Homeri & Empedoclis. Sciendum autem, ꝙ illud, iudicare, ut cõmunius accepit, ut quod de rationali, & irrationali dicatur. Intelligere aũt de sola. dixit rationali. Sentire uero de sola irrationali.

Videtur autem intelligere & sapere, sicut sentire, aliquid esse. In vtrisq; enim his anima & iudicat, & discernit ea, quæ sunt. Et antiqui quidem sapere seu intelligere, & sentire idem esse dicunt. sicut & Empedocles dixit.

Nanq; homini certe ad præsens sapientia crescit. Et alibi.

Vnde iis perpetuo quoq; adest aliena videre.

Græce φρονεῖν, id est sapere, seu mente agitare. Idem quod hęc, valt & illud Homeri.

Terrenorum hominum intellectus talis habetur,

Ad qualem ipse diem deducit Iuppiter almus.

Omnes enim hi intelligere corporeũ, sicut & sentire, existimabãt: & sentire, et mẽte cõcipere simile simili: sicut & in iis, quæ à principio diximus, definiimus. Atqui oportebat & eos simul dicere de eo, quod est deceptũ esse. est enĩ animalibus magis ꝓpriũ, & plus tẽporis in his anima perseuerat. Quare necesse est, vel, sicut nonnulli dicunt, omnia, quæ apparent, esse vera: vel dissimilis contactum esse deceptionem. hoc est enim contrarium ei, quod est, simili simile cognoscere. Videtur autem & deceptio, & scientia contrariorum esse eadem.

Per hæc, q̃ in ꝑsentia dixit, cãm erroris antiquorũ persequit Aristoteles, uidelicet qua ratione factum est, ut aberrauerint. Ait. n. ꝙ quoniã cõe est sensui cum reliqua oĩ cognitione iudiciũ, ppterea oĩa idem existimabãt. & hoc fuit eis erroris cã, ut in principio definimus. Dictum est. n. ꝙ simili fit cognitio, ubi diximus: Nam terrã terra cõspeximus, & cætera Empedoclis uerba. Hic autẽ aliud Empedoclis reprehẽdit. Ait enim eum idẽ facere tactũ, ꝙ cogitationẽ. Similis. n. contactu dicit fieri intelligentiam. Contactu autem solus tactus apprehendit. Itaq; tactũ intelligentiã appellauit. Aristoteli aũt dici potest, cõtactũ esse, æquiuocũ etiam in ipsis sensibus. Alius enim est ↄtactus tactus, & alius uisus. Esto ergo esse etiam aliũ intelligentię ↄtactu & nõ colligi idem esse intelligẽtiã quod tactum uel dissimilis attactũ eẽ deceptionẽ: Sicut (inquit) similis cõtactus est cognitio, sic dissimilis cõtactus est deceptio. ut cõtactũ accipias non oĩno ꝓ eo, quod est, tangere: est enim æquiuocus, ut diximus. Si ergo ita est (inquit) & scis quid est cognitio: habes etiam, qd est deceptio: Vna est enim cõtrariorum cognitio. Nõ uulgaris aũt q̃dam dubitatio nos excipit. Si enim ↄtactu est eius, qđ est simile, cognitio: una est aũt cõtrariorum cognitio: erit ergo simul sensus oppositis assimilatus, qđ est absurdũ. nam assimilatus operať. simul autẽ cõtraria apprehendit. sed nõ est absurdũ, assimilari contrariis ſm iudicium. Si enim aër, cum sit inanimatus, simul cõtraria discernit: quomõ non est absurdum animatum sensum non simul contraria discernere?

Quod itaq; non est idem sentire, & sapere, seu prudentem esse, patet. Illud enim adest omnibus, hoc vero paucis animalibus.

Ecce redditionẽ eius, quod est superius. Qm̃ autem duabus differentiis definitur aĩa, & motu, & in itelligẽdo. Quod itaq; nõ est idem cognitio aĩę, & sensus, hinc apertum. Illud autẽ, Itaq;, ppter multa, q̃ interiecta sunt, positũ est. Solebãt enim antiqui in longis redditiõibus addere illud, itaq;. Vide aũt, ꝙ cõtemplatiuã mentem hoc in loco abusiue, φρονεῖν, idest sapere seu prudentẽ esse, dixit. hoc est enim eius, qui est potentia, intellus. Quoniã ergo quibusdã dictionibus utiť, alicubi qdem proprie, alibi uero abusiue: age per diuisionẽ dictionis asperitatẽ explanemus. Cognitio ergo uel circa ea, q̃ extra sunt, uersať, & facit sensum: uel circa ea, q̃ intus sunt, & facit cõiorem intelligẽtiam. Recte aũt dixit cõiorem: nam & imaginatio circa ea, q̃ sunt intus, operať, q̃ mens etiam passiua appellatur. Sed operatio, q̃ fit circa ea, q̃ intus sunt, uel circa uniuersale quid uersať, uel circa particulare. Et siquidẽ circa pticulare, facit imaginationẽ, Si aũt circa uniuersale, facit eum, qui est ꝓprie, intellectum. sed ea, q̃ est circa uniuersalia, cognitio, uel melior est, q̃ ut fiat per ratiocinationẽ: & facit intellectum ↄtemplatiuũ, qui est ſm habitum, & operationẽ: Vel ſcdm rõcinationẽ operať, & facit eam, q̃ græce ꝓprie διάνοια, Latine cogitatio diciť, & cõiorẽ existimationẽ. existimatio. n. & de cogitatione, & de opinione diciť. Si aũt deterius opabiť, q̃ ſm rõcinationẽ: facit opinionẽ ꝓprie, & existimationẽ. Diancea aũt, seu cogitatio uel circa cõtẽplabilia uersať, & facit sciam: uel circa agenda, & si cõsilio quidem agẽda indigeãt, facit φρόνησιν, id est sapiẽtiã, uel potius prudẽtiã. Si uero consilio agẽda nõ idigẽt, facit artes. Artifex. n. q̃tenus qdẽ artifex, nõ cõsultat, sed q̃tenus hõ. Ex diuisiõe ergo aptũ est, ꝙ hic abusiue cõtemplatiuũ itellectũ, φρονεῖν, id est sapere uel potius prudẽtẽ esse, appellauit. In hoc aũt loco discernit itellectũ, q est actu, à sensu: ꝙ sensus qdem inest oĩ aĩali. est. n. substãtia animata sensilis, omne animal. Intellectus uero non omni animali inest. Sed, & quibus inest, nõ semper secundum actum inest: etiamsi insit secundum habitum. Cuilibet enim ualde expetẽdũ fuerit, si uel in senectute illi sapientia accesserit.

Sed neq; intelligere, in quo est, quod recte, & quod nõ recte. Quod enĩ recte, prudẽtia: & scientia: & vera opinio. Quod aũt non recte, horum cõtraria. nec hoc quidẽ idem est quod sentire. Sensus enim

ſus enim propriorũ ſemper verus, & omnibus ineſt animalibus. Cogitare autem contingit etiam falſo: & nulli ineſt, cui non eſt ratio.

Ne intellectus qdẽ potẽtia, inqt, idẽ eſt qđ ſenſus. Volẽs autem dicere qs eſt potẽtia intellectus, in quo eſt, inqt, ꝙ recte, & qđ nõ recte. Hic aũt dicit dr̃iam cogitatiõis, & ſenſus. Intellectum.n. potẽtia cogitationẽ appellat. In ea.n. cõſiderať, qđ eſt rectũ, & nõ rectũ. Qui.n. actu eſt intellectus, ſemp recte intelligit. Vel.n. attigit, uel nõ attigit. Quare aberrare nõ põt. Qui aũt eſt potẽtia intellectus, id eſt cogitatio, aliquãdo qdẽ recte: aliquãdo uero nõ recte. aliquãdo.n. uerũ dicit: aliquando uero falſum. Diſcernit aũt itellectũ, q eſt potẽtia, ſeu cogitatiõnẽ à ſenſu, ꝙ ſenſus qdẽ oĩno uerus ſit ꝓpriis eius ſeruatis circũſtãtiis: ut ſi ſit cõmoderatũ iteruallũ: & à uitio & ꝑturbatiõe ſit remota affectio. Cogitatio aũt, ut in uniuerſum qdẽ, fallił, qm̃ eſt in regiõe deceptiõis. Nec exiſtima ex eo, ꝙ ſenſus ſit cogitatione ueracior, eũ quoq; ĩã eſſe ꝑſtãtiorem. Per ſenſus.n. cogitatio eis cõnexa fallitur. certè quando à pannis ſeiuncta & ſeparata fuerit, ſyllogiſmum facit demõſtratiuum, & fit, iuxta Poëtã, Prudens, & multi conſilii, qui ſic dicit.

Sed poſtquam eſt pannis prudens exutus Vlyſſes.

Hoc aũt eſſe anceps & dubiũ ne exiſtimaueris, ꝙ ſi ſenſus qdẽ per ſe eſt, eſt uerax: cogitatiõi aũt cõiunctus, ut ipſa fallať, cauſa eſt: hoc.n. fit, qm̃ quãdo per ſe qdẽ opať, circa particularia uerſať, & eſt uerax. Quãdo aũt fuerit cogitationi cõnexus, q̃ circa uľia operať, facit, ut ea ex uľibus reddat ĩdiuidua. Vnde fit deceptio. Semp.n. meliora deteriorũ ꝑſentia adulteranť. Deteriora aũt nõ adulterantur à melioribus. Quod recte qdẽ, prudentia, & ſcia, & uera opinio. Quod aũt nõ recte, his contraria. Qm̃ dixit, ꝙ, q eſt potẽtia itellectus, & recte ſapit, & nõ recte: dicit recti eſſe ꝓpria, prudẽtiã, ſciẽtiam, uerã opinionẽ: nõ recti aũt ĩprudentiã ſeu ſtultitiã: inſcitiã: falſam opionẽ. Et p prudentiã qdẽ, qđ intellectus rectũ eſt, abuſiue declarauit, ut dictũ eſt: per ſciam aũt qđ cogitationis rectũ eſt. alterum autem. ſ. de opinione dictum eſt. Neq; hoc qdẽ idẽ eſt, qđ ſentire. Qm̃ cogitationem diuiſit in id, quod eſt recte cogitare, & non recte, dicit deinceps ſenſus differentiam ad utrũq;.

Imaginatio enĩ aliud et à ſenſu, & cogitatiõe: et ipſa nõ fit ſine ſenſu: et ſine ea nõ eſt exiſtimatio.

Quid ſibi uult cõiũctio, enĩ? Eſt ut ad dubitationẽ, ut ſi qs dubitet, ſi ſenſus differt ab ĩtellectu, idẽ eſt ergo, qđ imaginatio: & ideo ſoluẽs dicit, ꝙ imaginatio eſt alia, q̃ ſenſus & cogitatio. Hic autẽ dicit dr̃iam imaginatiõis à ſenſu, & cogitatiõe, q̃ & ipſa nõ fit ſine ſenſu: & ſine ea, inquit, cognitiõe nõ eſt exiſtimatio. Dictũ eſt.n. ꝙ exiſtimatio de ſcia, & prudẽtia, & opiniõe diciť. Quidã aũt interpretes dicunt neutrũ eſſe uerũ. eſt.n. & ſine ſenſu imaginatio hircocerui. Sed dixi, ꝙ ſi circa ſenſilia eſt imaginatio, nõ eſt ſine ſenſu. Atq eſt & opinio, quam dixit ſine imaginatiõe exiſtimare poſſe, ut eſt de diuinis opinio. Adde ergo, ꝙ opinio, q̃ eſt circa ea, q̃ ſunt ex ſenſilibus, uel particularibus, imaginatione opus habet. Et uide, ꝙ hinc habet imaginationẽ nõ eẽ idem, quod eſt opinio, & ſenſus: ſed eſt media, à ſenſu ſuſcipiens, & tradens opinioni: medium, autem differt ab extremis: nõ quòd idem ſit imaginatio, & opinio, & ſenſus.

Quòd autem non eſt eadem imaginatio, & exiſtimatio, apertum. hæc enim affectio eſt in nobis, quando volumus. eſt enim ante oculos id facere.

Opinionem exiſtimationẽ appellat: intelligentiã autẽ imaginationẽ. Dicit ergo differentiã opinionis, & imaginationis, ꝙ imaginari quidẽ eſt in noſtra poteſtate: opinari aũt non eſt. Vnde falſa quidem imaginari poſſumus: opinari nõ poſſumus. Bis enĩ duo quinq; imaginari quidẽ licet: opinari autem non licet, niſi per diſſimulationem, ubi licet dicere.

Lingua iurauit, mens iniurata tamen.

Quæ enim citra diſſimulationem quis opinatur, ut uera tenet: & non niſi ratione ſubuertitur. Quo quidem in loco apte dicitur.

Me ratio perſuaſit pharmacum optimum.

Dubitant autẽ nonnulli dicentes, Quid igitur, an non ſæpe in uiſa, & phãtaſmata, uel nolentes incidimus? non dicit, ꝙ imaginari eſt in nr̃a poteſtate: ſed, ꝙ in noſtra eſt poteſtate imaginari, quãdo uolumus: & alioqui eſt in nobis imaginari, quando uolumus: non eſt aũt in nobis, & quãdo non uolumus. Si ergo nõ eſt in nobis, quãdo nõ uolumus: imaginamur ergo & quãdo uolumus.

Sicut ii, qui inter bona memoria prẹditos collocanť, & qui memoriẹ gratia faciunt imagines.

Bona memoria pditos dicit,qui ex sensilibus typos accipiūt,qui etiā sunt ueraces Imaginū autē factores, qui aliqd effingunt,qui etiā mētiunt.Imaginatio ergo habet pportionem & cōuenientiā cum imaginum factoribus:opinio uero cum bona memoria prȩditis. Ante oculos autem dicit, pro eo quod est,in promptu,uel ad manum.

Opinari autem non in nobis.necesse est enim esse falsum vel verum.

In opinione,inquit,uel falsum ostendit,uel uerū.Imaginatio aūt etiā falsum habet,ut uerū.

Praeterea autē quādo opinati quidē fuerimus graue quidpiā,vel terribile,vnà ptinus afficimur. Similiter & si quid sit,quod audaciā,& cōfidentiā excitet.Secundū imaginationē autē similiter non habemus,vt qui contemplantur in pictura horrenda,& quae audaciam excitant.

Hic est differentia opinionis & imaginationis. q in opinione qdem protinus timemus, si quid terribile opinati fuerimus.In imaginatione aūt,inquit,similr habemus.id est nec timemus,nec per turbamur:sed sicut nuper,sic & tunc nos habemus,nihil immutati.

Sunt autem & ipsius existimationis differentiae,scientia,& opinio,& prudentia,& horum contraria.de quorum differentia alia erit oratio.

Existimationem nunc cōmunius rōnalem animā dixit. Habet aūt ea,inquit, differentias, quas postea dicemus:non q eas in alio uelit tractatu dicere:sed, q talē differentiā inferius est dicturus. Nunc autē,inquit,oportet discernere imaginationē ab opinione,& sensu.& iam qdē ab opiniōe discreta est.oportet autē eam à sensu quoq discernere.Hoc aūt tractat ea,quae deinceps sequitur,cōtemplatio,si Deo placuerit.& in his est praxis:praxis,inquam,sexta.

De eo autē,quod est intelligere, quoniā aliud est q̄ sentire:eius aūt hoc quidē imaginatio esse videtur:illud vero existimatio:postquā de imaginatione definimus,iam de altero dicendū est.

Quoniā per ea,quae pcesserunt,discreuit Aristoteles imaginationē ab opiniōe: uult nunc ipsam Imaginationem etiā à sensu discernere. Vnde & dubitare est operaepretiū. Si enī tertii libri scopus erat,de rationali anima differere:& si irrationalis animȩ facultatū omnino meminit:earū ppterea meminit,ut eas à rationalibus discerneret:qūo nunc eas non à rōnalibus discernit, sed ipsas discernit à seipsis? Imaginationē enim nunc à sensu discernit,cū ambae sint irrōtionalis facultates, & hȩc est qdem dubitatio. Dicimus autē, q hoc fecit,ut sit pfecta oratio,ne quid intactū dimittat: uel qa deinceps est discreturus imaginationē ab opinione simul,& sensu. Qm̄ ergo non erat futura aperta distinctio imaginatiōis ab opinione,& sensu,simul facta,nisi ea prius seorsum discreuisset: ppterea cum prius à sola opinione imaginationē discreuisset, uult nunc eam quoq à sensibus discernere:ut deinceps sit aperta imaginatiōis discretio,quādo eam ab opinione,& sensu cōmuniter discernit.Sex ergo rōnibus discernit imaginationē à sensu: quarū haec est prima. Si idē esset imaginatio, & sensus:qm̄,quādo somniamus,imaginamur,oporteret nos tunc quoq sentire. Atqui non sentimus.nō est ergo idem imaginatio,& sensus.Quid enī dicis,q sensus, qui est potētia,sunt somnia? Sed actus quidā sunt somnia. Quādo autē potentia est sensus, quiescit, & nō agit. Sed neq sunt eius sensus qui est actu.In somnis enī omnis sensus quiescit.Hoc est primū discrimē. Secundū aūt discrimen à recenter natis infantibus assumptū est. Videmus enī,q in lucē nuper editi infantes sm sensum qdem agunt:sensus enī nobis inest:sm imaginationē aūt non agunt. Si ergo in lucē nuper editi infantes,sm sensum qdē agunt:sm imaginationē autē non agunt:Differt ergo sensus ab imaginatione. Et undenā clarum erit, q nuper nati infantes non operantur sm imaginationē? Ex q in principio cuiusuis ubera sugunt,etiāsi sint bouis,uel cuiusuis alius:postea aūt matris tantū.hoc autem non fieret,nisi q typos materni uberis à principio nō reponunt, sed postea. Et non solū ex hoc ostendit ppositū:sed,& q,cum iampridē igni assueuerint,& usti sint,ad ignē rursus accidūt. Hoc autē sit,eo,q non agat imaginatio. Si enī ageret,cōbustionis,q iampridem fuit,typum susciperet,& non se sedo admoueret. Ex hoc ergo q igni se admoueant,& cuiusuis ubera sugant, clarum est, q sm imaginationē non agunt. Tertium discrimē est à uermibus,& muscis, & formicis.ecce enim haec sensum quidē habent:imaginationē autē non habent: ut declarāt eorū incessus errores. errant enim,utpote q imaginatio uitae ab eis pridē cōfectae typos nō susceperit.hoc est tertiū argumentum.

mentum. Videtur autẽ & hoc ipm̃, & scđa ratio iis esse cõtraria, q̃ in secũdo libro dicta sunt. Illic eni dicebatur, ꝙ ubi est sensus, illic est & appetitus: & ubi appetitus, illic & imaginatio, utpote per medium appetitũ imaginatiõe sensum omnino sequente. qũo ergo dicit uermes sensum qdem habere, imaginationẽ autẽ non habere? Vel fortè etiã uermes habẽt imaginationẽ, sed cõfusam, & exilẽ: & eo ꝙ est exilis, non operat̃. non sunt autẽ uera, &, q̃ hic, &, quæ, illic sunt: Quæ illic qdem, ꝙ ubi sensus, omnino & imaginatio: Quæ hic autẽ, ꝙ nõ ubi sensus, iam & imaginatio. est enĩ exilis & cõfusa. Est aliud quoq; eiusmodi dubiũ operęprętiũ mouere. Esto uermes nõ hr̃e imaginationẽ: cur & muscas, & formicas dicit non hr̃e imaginationẽ? In hoc enĩ fallitur. habẽt enĩ & formicæ imaginationem, ut declarat, ꝙ sciant suas cauernulas, quas subeũt. Atqui & apes habẽt imaginationẽ. sciunt enim suos alueos, & in iis mellificit. Si ergo operatio ipsa dicit ea hr̃e imaginationẽ: qũo dicit ipse ea imaginationẽ non habere? Hęc est dubitatio, ad quã dicemus esse duplicẽ imaginationem: Hanc qdem recordatiuã: illã uero quæ doceri põt, per quã docemur: quã Psittacus quoq; habet: Per eam enĩ humanũ s̃monem docet̃. Quã ergo imaginationẽ ab his aĩalibus aufert Aristoteles? & dico, ꝙ non recordatiuã, sed eam quę doceri põt. Hoc est tertium discrimẽ. Quartũ discrimẽ est, quod à modo cognitionis ꝑcedit. Sensus enĩ circa res, quæ sunt, operat̃. Imaginatio uero etiã circa ea, quæ non sunt. & ꝑpterea accidit qdẽ sensui s̃m naturã habẽti semp esse uerũ: imaginationi aũt aliqñ falli, fingunt̃ enim &, q̃ nõ sunt, perinde ac si essent. & hęc est q̃rta differẽtia. Quinta est dr̃ia, quæ dubitationi ueluti se opponit. Hãc enim dubitationẽ quispiã fortasse mouerit, ꝙ idem est sensus, & imaginatio: qm̃ exilem sensum, & qui in alia nõ cadit, imaginationẽ uocamus. Cum itaq; quispiam aliquẽ ꝑcul uidet, dicit, uel imaginor, uel hoc ꝑcul aspicio. Vnde si ipm̃ nõ uideant, q astant, ei dicũt: imaginaris amice: ꝑ eo, ꝙ est exiliter aspicis. Vides ergo, qũo exilis sensus imaginatio dicit̃. Ad hanc ergo dubitationẽ ueluti occurrit Aristoteles in quinta dr̃ia, & dicit. Nõ, quoniã exilis sensus imaginatio ex ↄsuetudine dicit̃, idem esse existimandũ est imaginationẽ, & sensum. Si enim idẽ esset non solũ exilis sensus deberet dici imaginatio, sed & exactus. Nunc aũt nemo dicit exactũ sensum imaginationẽ. non est ergo idem sensus & imaginatio. Sexta deinceps, & ultima differentia. Si clausis oculis aliquẽ accipiamus, hic colores qdẽ non uidet. Qũo. n. põt uidere clausis oculis? & tñ imaginat̃ colores. Si ergo nõ cooperãt̃, nõ est idem sensus, & imaginatio. Recte autẽ accepit Aristoteles aliquẽ, qui oculos clausit: & nõ accepit cæcum. Si enim cæcum supposuisset, fortasse & cæcos à natiuitate ĩtellexisset: q qdẽ oĩno de coloribus nõ imaginant̃: eo ꝙ ipsos typos nõ habeãt. Sex sunt ergo dr̃iæ: à somnis: à recẽter natis infantibus: à uermibus: & muscis: & formicis: à modo cognitionis: à dubitatione: à claudentibus oculos. Et in his primũ caput adimplet̃. Secundum caput est, in quo discernit imaginationẽ ab oĩbus facultatibus aĩæ rationalis. Earum. n. aliæ quidem sunt semp ueræ, ut intellectus, & sciã: aliæ uero aliqñ quidem ueræ, aliquãdo uero falsæ, ut cogitatio, & opĩo. Imaginatio ergo à semp ueris qdẽ differt, q̃tenus ipsa, aliqñ etiã fallit̃: illę autẽ sunt uerę. Ab iis aũt, q̃ aliqñ qdẽ ueræ sunt, aliqñ uero fallũtur, dr̃t: q̃tenus illæ qdẽ sunt in rõnalibus, aĩalibus, hęc uero nõ solũ ĩ rõnalibus sed & ĩ irrõnalibus. Et undenã clarũ fiet, dicet qspiã, ꝙ & cogitatio, & opĩo non sunt in irrõnalibus aĩalibus? Hinc deĩceps nectunt̃ syllogismi, ꝙ opĩo nõ est ĩ irrationalibus. & est hic primus syllogismus in secũda figura nexus. Quæ hñt opinionẽ, habẽt & fidẽ. irrationalia aĩalia non hñt fidem. Irrationalia ergo aĩalia non hñt opinionẽ. Vnde autẽ fit apertũ, ꝙ irrationalia non credunt? Deinde nectitur alius talis syllogismus. Irrationalia nõ persuadent̃. Quæ autẽ ꝑsuadent̃, ipsa sunt q̃ credunt. Fidei enim effectiua cã est persuasio: & finis ꝑsuasionis est fides. Est hic ergo syllogismus, ut eum resumã, in prima figura. Irrationalia nõ persuadent̃. Quæ nõ ꝑsuadentur, fidem non hñt. Irrationalia ergo fidẽ nõ habẽt. Sed & ad hoc quoq; dubiũ mouemus. Quonãmodo ostẽdetur irrationalia non ꝑsuaderi? Atqui uidemus serpentẽ adiurationibus parentẽ seipm̃ in ignem inijcere. Rursus leo cicur, & mãsuetus efficit̃ parens uenatori, & equus domitori. Ad hæc aũt dicimus, ꝙ serpẽs nõ ꝑsuadet̃: sed à sacramentorũ necessitate uel inuitus ducit̃. Nec leo, nec equus, nec quodcũq; mansuescit, persuadet̃: sed assuescit. Non est aũt idem ꝑsuaderi, & assuefieri. Assensus. n. est genus cõe ꝑsuasionis, & assuefactionis. Sed assuefactio qdem fit quadã aĩali inclinatione: Persuasio autem fit cognitione. Quæ aũt mansuescunt, nõ persuadẽtur, sed assuefiunt, eo ꝙ assentiuntur. Persuaderi enim, ut dictũ est, fit per rationẽ: & est rõnalis aĩæ. Assuescere aũt nõ est solũ rationalis aĩæ, sed & irrationalis. Et in his est ↄtemplatio. De eo aũt, quod est ĩtelligere, qm̃ aliud est, q̃ sentire, dictum est iam superius, ꝙ eius, quod est ĩtelligere, nomine indifferenter utit̃. nunc aũt intelligere dicit imaginationem, & existimationẽ. Vnde & ipm̃ in hęc diuidit, & ait ꝙ de prima imaginatione, quæ ꝑprie dicitur, & nõ ex metaphora in sensibus, & de existimatione diximus.

Si utiq; est imaginatio, secundum quā dicimus, uisu aliquod nobis fieri, uel non: si quid secundum translationem dicimus: vna est horum potentia habitus, secundum quem iudicamus, & veraces sumus, vel fallimur: Hæc *sunt sensus, opinio, intellectus, scientia.*

Quoniam superius dixit, in nobis eē imaginari quicqd uolumus: idq; in spontanea imaginatione quadrabat: est aūt & imaginatio, quę nobis fit inuitis: ex uisis aūt assumit, id est ex sensilibus: & non solū est spontanea, q̄ merito dixit ex translatione, qm̄ ex iis, q̄ sunt, transfert figmentū eius, qd non est, ex equo, uerbi gr̃a, & tauro hippoceptaurū: si ergo est imaginatio, q̄ nobis fit inuitis: nō ergo, quod uolo, imaginor: sed una q̄dam iudicatiua facultate falsum, ut falsum, imaginor, & uera, ut uera. Hac enim rōne discernit falsum à ueritate: & opio etiam & sensus sic discernit falsum à ueritate, ꝙ cognoscat, ꝙ res sunt. Tales aūt sunt sensus opinio, intellus, scientia. Sed dicet quispiā, quomō dixit superius itellectum semp esse uerum: nunc aūt dicit, cum etiam qñq; falli? ait enim fm quē iudicamus, si ueri sumus, uel fallimur: ut scia, & itellectus, & cū iis, q̄ aliquādo fallunt, enumerauit intellectū, & sciam. Et dicimus, ꝙ nō oibus q̄ dicta sunt, conuenit uerū, & falsum: sed his qdē uerū, ut itellectui, & sciæ: hæc.n. uerū iudicant, illis uero utrūq;, & uerū, & falsum, ut opinioni & sensui. Aliā quoq; drīam asseq possumus itellectus, & sensus. primū qdē hāc: Nā, q̄ operat sensus, operat & intellectus, etiā sensu melius. neq;.n. absurdū existimes, ut itellectus quandoq; circa particularia t uerset, circa ea aūt, q̄ operat itellectus, sensus nō operat. Nēpe subam qdē nouit intellectus: sed sensus subam nō assequit. secūdo aūt, ꝙ sensus ꝓpriam operationem non nouit. Intellectus autem nouit & propriam, & aliorum. Intellectus quidē circa uniuersale operatur, & habet intus sensile: sensus autem circa particularia, & est, uidelicet, extra.

Quod itaq; non est sensus imaginatio, ex his est manifestū. sensus enī vel est facultas, vel operatio: ut uisus & uisio. Apparet aūt aliqd, & si neutrū eorū adsit, ut, quę uidētur in somnis.

Hic est primum discrimē sensus & imaginatiōis. Diuidit autē sensum in id, quod est potentia, & id, quod est actu: & dicit imaginationē non esse idem, qđ sensus potētia, neq;, quod actu sensus. Potentia qdem, quoniā in somnis manifeste agimus: tūc aūt sensus est potētia, & non agit. sed neq; actu, quoniā nūquam imaginaremur in somnis. nūc autē imaginamur, quoniā sunt potētia in somnis, & non actu. Quare non est idem imaginatio, qđ sensus fm actum. Si itaq; ostensum est nō esse eandem cum sensu potētia, neq; cum sensu, qui actu est: differt ergo sensus ab imaginatione.

Deinde sensus quidem semper adest, non autem imaginatio.

Hic est secunda differentia sensus, & imaginationis.

Si autem actu idem, omnibus contingeret animalibus inesse imaginationem. videtur autem non, vt formicæ, vel api, vel vermi.

Hic est tertia differentia. Quidā aūt existimarunt, ꝙ quoniā sensum diuisit in id, qđ est potētia, & id, quod est actu, imaginationē à sensu, qui actu est, hic discernit. Sic enī habet eorū discretio: Si idem esset imaginatio, quod sensus: oporteret quicqd habet actu sensum, imaginationē quoq; habere: quod qdem non uidetur. Imaginationē enim hr̃e dicimus, q̄ eam habent articulatā, & pfectā, ut possint aliqd etiā discere. Vermis autē, & formica, etsi habēt imaginationē, sed exilē tamē eam habent, & inarticulatā. Si ergo hæc non habent imaginationē, non est idē, uidelicet, sensus, & imaginatio. Quidam autem dixerunt eum recte dixisse: Si autē actu idem: potētia enim potest imaginatio, & sensus idem esse. à sensu enim aliquando imaginatio suscipit.

Deinde hi quidem sunt veri. plures autem fiunt imaginationes falsæ.

Hic quartam dicit differentiam sensus & imaginationis.

Deinde nec dicimus, quando exacte circa sensile agimus: hoc videtur nobis homo: sed magis, quando non aperte sentimus, tunc vel falsa vel vera.

Hic est quinta differentia.

Et, quod prius dicebamus, apparent uisa vel oculos claudentibus.

Hic est sexta differentia. Nonnulli aūt dicunt, eum uelle imaginationē à sensu, qui est potētia, discernere.

scernere. Est autẽ hoc discrimẽ, ꝙ clausis quispiã oculis colores imaginatᷓ. Si enĩ, interim dum clauduntur oculi, est uisus potẽtia, imaginatᷓ autẽ: & rursus, postquã aperti sunt oculi, imaginatᷓ: nõ est idem imaginatio, scilicet, & sensus qui est potẽtia. Propterea autẽ dixit, Quod prius dicebamus, qm̃ superius lucernarũ quoq; meminit semp prę oculis manentiũ, q̃ qdem & sunt sensiles, ut q̃ uidentur: & non sensiles, quoniã abest sensile: & imaginatio, qm̃ eas clausis oculis uidemus: & non imaginatio, quoniã sensilis frequens ictus sunt lucernæ. Vbi autem adest ictus, imaginatio non operatur. Si ergo quando ipsa lucerna non est sensus, est imaginationis, & quando est sensus, non est imaginationis: non est ergo idem imaginatio & sensus.

Atqui neq; eorum, quæ semper uera sunt erit, ut scientia, uel intellectus. Est enim imaginatio etiam falsa. Restat ergo uidere, an opinio.

Hic est secundũ caput, in quo discernit imaginationẽ ab intellectu, & scientia. Nũc aũt intellectũ cogitationẽ, audiendũ. Vide aũt quomodo eius expositionẽ, tãquã argumentũ, apposuit. ex eo enĩ, quòd semper uerus sit intellectus, & scientia, imaginatio autem aliquando fallatur, discernuntur. Restat ergo uidere, an sit opinio.

Est enim opinio & uera & falsa. Sed opinionẽ quidẽ sequit fides. Non cõtingit enĩ ea quẽ opinari, quibus non uidetur credere. Nulli autem brutorum inest fides: sed multis imaginatio.

Hic uult ostendere, ꝙ non est idem imaginatio, quod opinio. Et est operæpretiũ dubitare, q̃uo, cum hoc superius ostenderit hoc etiã rursus ostendit. & nũ dicere possumus, ꝙ, qm̃ magnã inter se habent societatẽ, ꝓpterea sæpe eorum dicit differentiã? Hoc enĩ inter se cõmune habẽt, ꝙ extremitates primorũ eædem sunt cum primis posteriorũ, ut nullũ sit uacuũ. Extremitas aũt rationis opinio. Irrationalis uero prima est imaginatio. Quare sunt ꝓpemodũ eædem. Dico autẽ & aliud, ꝙ ambę, & opinio, & imaginatio, circa uerũ, & falsum uersantᷓ. Quare & hac in re societatẽ habent: & ꝓpterea earum dicit differentiã. Hæc autẽ sic syllogistice discernit: imaginatio uel oibus inest irrationalibus sm ea, quę iam pridem dixit Aristoteles, dum oibus irrõnalibus obscurã, & exilẽ imaginationem inserit: uel nõnullis, prout nũc Aristoteles non in quouis irrõnali exactam ponit imaginationem. Si ergo imaginatio uel inest aliqbus irrationalibus, uel oibus: Opinio aũt nulli inest irrationali: non est ergo idem imaginatio, & opinio. Est in tertia figura cõnexio. Sed opinionem qdẽ sequitᷓ fides. Hoc quoq; est differẽtia ab imaginatiõe, & demõstratio unius ꝓpositionis syllogismi, quæ dicit, ꝙ opinio nulli inest irrõnali. Vbi enĩ opinio: & ꝑsuasio, & fides, & ꝑsuasum esse. non enĩ cõtingit opinantẽ aliquẽ iis, quæ opinatur, non credere. Vbi aũt persuasio, & fides, ratio. Ratio aũt non inest in irrationalibus, non est ergo in irrõnalibus opinio. Persuasio aũt est operatio eius, qđ ꝑsuadet, ad id quod persuadetᷓ. Fides aũt est effectus, & cognitio eius, qđ ꝑsuadetᷓ. Persuasum autẽ esse exilis, & imbecilla cognitio, & uia ad opinionẽ. Opinio aũt, quæ post hæc cõfirmata est, mentis conceptio. Nulli aũt brutorũ inest fides. Dubitarunt de equo, q̃uo timet flagellũ, & equorũ domitori subiicitur? nõne ꝑsuasione? & diximus, ꝙ non per ꝑsuasionẽ, sed per quandã assuefactionem. Quoniã semp uerberari cõsueuerat, ex eo & assentitᷓ. Diximus enĩ assensum esse cõmune genus ꝑsuasionis, & assuefactiõis. Rursus autẽ dubitatũ est, & q̃uo serpens adiuratiõi paret, si ꝑsuasionem non habent irrationalia? Diximus aũt, ꝙ ne sic qdem ꝑsuadetur. non enĩ ſmonem audit, sed uocẽ. In ignem aũt secedit iureiurãdo adactus, qm̃ à qbusdã dæmonibus cõtenditᷓ, qui iusiurãdum pertimescunt. Et, ut semel dicã, quod ꝑsuadetᷓ, ꝑsuasione trãsmutatᷓ. Persuasiõe aũt transmutari est cognitionis. Cognitio enĩ circa idem nõ semp eodem modo se habet. Qui aũt assueuit, semp eodem modo se habet circa idem. Equus enĩ semp timet flagellũ. Cognitiõis ergo nõ est assuefactio, neq; idem, quod ꝑsuasio. Quòd autẽ cognitio nõ semp eodem modo se habet circa idem, clarũ est. Araneam enim propterea non dicimus ex ꝓmeditatione, seu præcedente ↄsultatiõe, & cognitione telã facere, quia semper eodem modo facit. Similiter & apes fauum. Si enim ex præcedente esset consultatione, hoc ipsum aliter, & aliter faceret.

Præterea omnem quidẽ opinionem cõsequitur fides: fidem autẽ persuasum esse: Persuasionem autem ratio. nonnullis autem brutis imaginatio quidem inest, ratio non.

Illud, Præterea, uidetur quidem inducere aliud argumentum, ꝙ imaginatio differat ab opinione: non est autem: sed est confirmatio primi argumenti. & in his praxis dei gratia impletur: praxis dei gratia septima.

Manifestum igitur, ꝙ neq; opinio cum sensu, neq; per sensum, neq; cõnexio opinionis & sensus, fuerit imaginatio. Per hæc autem est etiã manifestum, ꝙ non est alia quædam opinio, sed illius est, cuius est & sensus. Dico autem, ex albi opinione, & sensu connexio, est imaginatio. Non enim ex opinione quidem boni, sensu vero albi.

Qm̃ per pcedẽtia ab opinione & sensu imaginationẽ discreuit, & seorsum aduersus utrũq; eorũ institit: nũc uult ostẽdere nõ esse imaginationẽ, sensus & opinionis connexionẽ: neq; opionẽ simul & sensum: nec opionẽ per sensum. Hæc.n. tria uult Aristo. ostẽdere nõ eẽ imaginationem. Ostẽdit aũt imaginationẽ nihil horũ esse p unã rõnẽ Ne qs aũt existimet hæc tria eẽ inter se eadẽ: hñt.n. inter se drĩam. Si.n. dixero, imaginationẽ nõ esse opinionẽ simul & sensum, dico non eẽ ex opione & sensu cõnexionẽ, imaginationẽ, ut eius materiis. Si autẽ dixero, opionẽ eẽ imaginationẽ cum sensu: utraq; effectiua accipio imaginatiõis. ut si duo sint medici sanitatis effectiui. Quare hoc primũ quidẽ dicit, nõ esse imaginatiõis effectricẽ opinionẽ, & sensum simul. Si autẽ dixero, nõ eẽ imaginationem, opionẽ per sensum, hoc dico, nõ eẽ imaginatiõis effectiuã cãm opionẽ: q̃ effectiua cã facit imaginationẽ per instrariã cãm sensus: ut sit opio qdẽ effectiua cã imaginatiõis: sensus aũt instraria. ut medicus phlebotomo, id est, scalpello, quo uena scindit, sanitatẽ facere dicit. Si ergo dixero, non eẽ imaginationẽ opionẽ, hoc dico, nõ esse opionẽ effectiuã cãm imaginatiõis p instrariam cãm sensus. Sed neq; est cõnexio opionis & sensus imaginatio, id est, materialis cã imaginationis, opinio, & sensus. Sicut.n. materia mulsi est cõnexio uini & mellis: sic & imaginatiõis materia est cõnexio opionis, & sensus. Nõ est aũt cõnexio: qm̃ nõ utiq; seruata opinio, & sensus facit imaginationẽ, sed commixta. In duobus aũt primis mẽbris & opinio & sensus seruabat, & quãdo erãt utraq; effectiua, & quãdo erat unũ qdem effectiuũ, alterũ uero instrariũ. Imaginatio ergo neq; est opinio & sensus simul, ut sint ambo effectiua: neq; opio per sensum, ut hoc qdẽ sit effectiuũ: illud uero istrariũ. Sed nec cõnexio opionis, & sensus, ut sint ambo materialia. Quòd nihil horũ est imaginatio, oñdit Aristoteles per unã hmõi rõnẽ. Opinio, inqt, cũ sensu pugnat. nulla res aũt ex duobus iter se pugnantibus, & in pugna operantibus cõsistit. Non consistit ergo imaginatio ex opione, & sensu. Quod autem pugnat opinio & sensus, hinc clarum est. Sensus remum in aqua cõfractũ uidet. Opio aũt in eo ipso instãti illum saluũ esse credidit. Opinio ergo pugnat cum sensu. Rursus, solem quidem uisus unius pedis uidet. & in eodẽ instanti ostẽdit opinio eũ esse tota terra multis ptibus maiorem. Nihil aũt ex pugnãtibus in eodẽ instãti cõsistit. Nec imaginatio ergo cõponit ex opione, & sensu. Si.n. circa idẽ opinio qdem uera est: sensus aũt fallit: ex iis autem imaginatio consistit: erit ergo circa idem & uera, & falsa: quod quidẽ est absurdũ. Sed dicit qspiã: nũquid etsi opinio sic solem existimat per se operans, sed tamẽ quando sensui cõnexa fuerit, cum eo cõmutat, & fallitur? sensus enĩ habet dominationẽ, siquidẽ circa sensilia illi semp sunt cõfoederati, & iureiurãdo astricti. Quando enim inuenta fuerit opinio cum sensu cõsentire, & nõ amplius pugnat, uno, scilicet, ex pugnãtibus corrupto, nõ est absurdũ aliquid ex ipsis cõponi. Ad hoc ergo dicimus, ꝙ opinio q̃tuor modis corrumpit: uel opinante corrupto, ut moriente homine: uel re opinabili mutata: ut si nũc opinor Socratem sedere, & surgat Socrates, corrupta est, scilicet, ꝙ ipse sedeat, opinio, ut uera. Vel ergo opinãte corrupto, uel re opinabili mutata, corrũpitur uera opinio. Corrũpitur aũt opinio etiã subsequẽte obliuione, uel cõtraria opinione primã deiiciente. Nũc aũt nihil horum q̃tuor cõsecutũ est. neq; enim homo opinatus interiit: neq; opinabile mutatũ est. Sol enĩ mãsit, ut est, terra multis partibus maior. neq; obliuio incessit. Quãdo enĩ uult astronomia, cogit te solẽ terra maiorẽ dicere. Neq; contraria opinio primã deiecit. Mansit enim eadẽ etiã cogens. Si ergo manẽt q̃tuor regulę, q̃ opinionẽ non corrũpunt: mansit ergo, & nihil ex pugnãtibus corrũpit: Est hæc ergo ratio Aristotelis. Ostẽdit autẽ imaginationẽ ex opinione & sensu non cõponi, ꝙ nihil ex pugnãtibus cõponat: pugnant autẽ opinio & sensus: non cõponitur ergo imaginatio ex opinione & sensu. Et hæc qdem est ratio Aristotelis. Possumus aũt & alias tres rõnes extra assequi, q̃ Aristotelis sententia tuentur. Quarũ hæc est prima. Si imaginatio cõponit ex opiniõe, & sensu: oporteret irrõnalia aĩalia non hr̃e imaginationem: eo ꝙ opinionem non habent, ex qua fm nos imaginatio cõponit. Quòd aũt nõ habent opinionẽ irrõnalia, in pcedentibus iam fuit manifestũ, quãdo dicebamus opinionẽ esse rõnalis aĩæ partem. Irrationalia aũt animã rationalẽ non habent. ergo nec opinionẽ. Hæc est prima rõ. Secũda ratio. Opinio, ut res cõtinet, sic & opinat. Sed sensus utplurimũ est uerus. Imaginatio aũt admodum sæpe fallitur. Imaginatio ergo nõ cõponit ex opiniõe & sensu. Hæc autẽ oratio falsa est, ut arbitror. Cõtingit enĩ aliquid esse in cõposito, qd nõ est in simplicibus. sicut in aĩalium corporibus

est color, uerbi gratia, ruber, qui non erat in elementis. non est ergo absurdum etiam imaginationem componi ex sensu & opinione, q̃ non fallãtur: ipsam autẽ falli: eo q; sit aliquid in cõposito, qđ non est in simplicibus. Quare hæc rõ nõ ẽ ualde necessaria. Tertia rõ his accedit hęc. Nihil ex iis, q̃ non sunt in nostra potestate, compositum, est in nostra potestate. Si itaq; opinio non est in nostra potestate. Sed neq; sensus in nostra potestate est: neq; enim fieri potest, ut si adsint colores, & sit illuminatus aer, nec sint clausa cilia, ut non uideamus: & rursus fieri non potest, ut qui album uidet colorem, nigrum uideat, uel fuscum, uel quid eiusmodi: Si ergo simplicia, quę sunt opinio, & sensus, non sunt in nr̃a potestate: Nec ergo imaginatio, quę ex his componitur, in nostra est potestate. Atqui imaginatio est in nostra potestate. effingo eni hominẽ, qui uertice cœlũ attingat, & hircoceruũ. Si ergo imaginatio est in nostra potestate: nõ ergo cõponit̃ ex opiniõe, & sensu. Nihil eni eorum q̃ sunt in nostra potestate, cõponit̃ ex iis, quæ in nostra potestate non sunt. Hęc est & tertia ratio. Nos aũt ostendimus, q; neq; opiniõis, & sensus cõmixtio est imaginatio. Si eni esset horum cõmixtio, oporteret duorũ mediũ cognoscere imaginationẽ. & qm̃ opinio qdem solẽ centum septuaginta partibus esse terra maiorẽ dicit: sensus autẽ solem unius pedis nouit: deberet imaginatio, ut q̃ sit horũ utrorũq; extremorũ media, cognitionem effugere, & dicere solẽ centũ partibus esse terra maiorẽ. Atqui hoc nõ dicit. Non est ergo imaginatio cõmixtio opionis & sensus. Et hæc qdem in his. Videtur aũt Aristoteles aduersus Platonẽ hæc dicere, q; imaginatio nõ est ex cõmixtione opionis, & sensus. Videt̃ enim Plato in Sophista dicere, imaginationẽ esse ex opinione & sensu. Sed nũquid hoc nõ dicit Plato? sed qm̃ imaginatio media est inter opionem, & sensum: solẽt autem media ab extremis dici fieri: ꝓpterea hoc sic dixit. Nam & in Timæo aiam dicit ex indiuisibili suba fieri, & diuisibili. Atqui indiuisibilis nõ miscet̃: sed quia inter hæc media est aia ꝓpterea dicit eam esse ex his compositam. Vel dic, quòd nec dicit eam, quæ est proprie, imaginationem, nempe facultatem, sed falsa uisa, quæ uera esse uidentur, illic dicit uisa. Hic est enim euentus sermonis, qui in Sophista habetur. Cum diceret Socrates Sophistæ, Es præstigiator: uersaris enim circa id, qđ non est: respondẽs Sophista dicit: Secũdũ te ergo, est id, quod nõ est, siquidẽ circa illud uersor. Quicquid. n. est, circa quod quis uersat̃, & illud est. Si ergo uersor circa id, quod nõ est: est ergo id, quod nõ est. Hæc cum dixisset Sophista, Socrates respõdit, q; multis modis est nõ ens, seu id, quod nõ est: Vel indicibile, qđ non ullo modo, nec ulla est rõne: uel quod sm̃ diuersitatẽ, & alteritatem: uel quod est suba maius, quod supsubstãtiale dicit̃, uel quod est suba deterius, qđ dicitur particeps substãtiæ. Dicitur aũt & nõ ens seu qđ nõ est, quod falsum est. Et multas illic falsi drĩas dicens, dicit & unã spẽm falsi, q̃ est circa ea, quę apparẽt uera, ut in remo fracto, quod qdem falsum dixit, imaginationẽ ab opione & sensu, q̃ est horũ media. Nam & opinio & sensus est uerus: utplurimum aũt sensus. Hæc pro Platone. põt autem dici Aristoteli. Reꝑhendis Platonẽ, qui hæc dicit, cum ipse dixeris exilẽ, & obscurũ sensum, imaginationẽ: & opionem à sensu & imaginatione differre dicas, eo q; hæc ꝓcedant opinionẽ. Hęc ergo cum dicas, quomõ alios carpis? Et in his ꝯtemplatio, Dei gratia implet̃. Per hæc aũt. Quid sibi uult hoc uerbũ, quod nũc dixit, per hæc? an per ea q̃ sunt dicẽda, uel p ꝓterita? Si. n. ostẽsum est opionẽ & sensum, & nõ eẽ in nostra potestate: nõ est ergo ex his imaginatio: sic enim fiet, ut ipsa nõ sit in nr̃a potestate: cur dicit, q; si oino eẽt imaginatio ab opinione & sensu, oporteret eas circa idem uersari? Opinionem dico & sensum? Non enim opinio, q; Socrates est iustus, & sensus, q; ipse est albus, facit imaginationẽ: sed oportet opinionẽ & sensum existimare Socratem esse iustũ. & quãdo ambo circa idem fuerint, nõ oportet hoc quidẽ per se esse, illud uero per accñs. ut opinio qdem Socratẽ rõnalem opinatur: sensus uero per accñs, ut existimet esse album, sed oportet ut & ipse rõnalẽ putet, & per se. Quare opio, & sensus si circa idem uersentur, & ambo per se, si oino fieri posset, facerent imaginationem.

Apparere itaq; est opinari, id, quod sentit, non per accidens.

Apparere, pro eo quod est, imaginari, accepit, quasi diceret: Imaginari ergo scd̃m eos qui dicũt esse ex cõnexione, est ex opinione, & sensu, & recte adiectum est illud: Non per accidens, ut per se sentiat ipsum sensus: ut paulo ante dictum est.

Atqui apparent & falsa, de quibus simul veram habet existimationem. vt apparet quidem sol vnius pedis: creditur autem esse maior terra habitabili.

Hic redarguit eos q̃ dicũt imaginationẽ eẽ ex cõnexione opionis, & sensus. Ait. n. si ita esset: qm̃

sensus solẽ unius pedis uidet:opinio aũt eũ terra multis ptibus maiorẽ esse putat: eueniet imaginationem uerũ & falsum dicere:qđ est absurdũ. Existimationem aũt uocauit opinionem.

Euenit ergo, vt vel suam veram opinionem, quam habebat, amiserit, re seruata, non obliuiscens, neq; alia persuasione transmutatus.

Hic incipit enumerare, quot modis potest quis amittere opinionem. Sunt autẽ quatuor, quos nos in cõtemplatione diximus. Dixit aũt re seruata, ut ondat, opionẽ, & sensum operantẽ nõ lędi. Et oportebat dicere, seruantẽ, & seruato, & seruata, ut seruantẽ qdẽ, sit ad opinãtem; seruato aũt, ad opinabile; seruata uero ad opationẽ. Si enim hæc ita sint, non læditur opinio.

Vel quia habet, necesse est eam esse veram, & falsam.

Absurdum hic dicit. Ait enim, ꝙ si quidem habet eãdem opinionẽ, & nõ periit ex una earũ regularum, quæ possunt eam perimere, scilicet ſm nos, qui ea dicimus, imaginatio cõponitur ex ueris simul, & falsis: quod est absurdũ: falso quidem sensu solem uidente, uera autem opinione, quæ illum multis partibus terra maiorem cognoscit.

Sed falsa fuit, quando res, quæ incidit, obliuioni data est.

Hic dicit, quòd contingit simul opinionem, & sensum falli, si obliuio inciderit, & fiat ueluti mutatio rei opinabilis.

Non est ergo vnum horum quidpiam, nec ex his imaginatio.

Non ergo/inqt/p se sensus, nec opio est imaginatio: nec ex his: hoc est, nec ex cõnexione opionis, & sensus. & in his praxis, deo fauente, impletur praxis, deo est gratia, octaua.

Sed quoniã est hoc moto, ab hoc moueri, imaginatio qdã motus esse uidet, & nõ sine sensu fieri.

Hæc p̃sens quarta ɔtemplatio docet, primũ qdem, quid est imaginatio, & merito. Nam cum superius dixerit, quid nõ est: nunc dixit quid est: & pp aliud hoc facit: qa eius institutũ est ea, q̃ in aia irrationali rõnis spẽm præ se ferũt, docere. Qm̃ ergo superius de imaginatione nõ docuit, nũc docet. Quòd.n. imaginatio rõnis speciẽ prę se ferat, declarat, eo qđ ea mens passiua dicatur. Propterea ergo docet, quid est imaginatio. Deinde in qbus cõueniant imaginatio, & sensus. Et ut uerisimile, dubitauerit quispiã, dicens magis oportere dicere, qd cõe habeãt, q̃ longe distãt, opinio & imaginatio. Est.n. dialectica rõ, ꝙ oportet dicere, quid cõe habeãt, q̃ sunt ualde remota: Est aũt ualde remota opinio ab imaginatiõe. siqdẽ hæc qdẽ irrõnalis est aiæ: illa uero rõnalis. Sensus uero non multũ distat ab imaginatiõe. Sũt.n. unius aiæ, dico autẽ, irrõnalis: cur ergo dicit, in quibus hæc cõionẽ habeãt? Dic ad hoc, ꝙ hoc merito fecit. Qm̃.n. supius dubitabaƭ, cur cũ ꝓposuisset irrõnales à rõnalibus discernere, nũc irrõnalẽ à seipsa discernit. Vt ergo ondat bonã esse, q̃ supius facta est, discretionẽ, ꝓpterea dicit horũ iter se cõionem: & hoc est scđm caput. Tertiũ est caput, in quo q̃rit, cur imaginatio diciƭ. In quarto aũt capite q̃rit, cur ipsa nobis ab opifice data est. Incipiemus à primo, & dicemus, qd est imaginatio. Sed antea aliqd prius p̃sumamus, qđ nobis ad definitionẽ conferat. Scire ergo oportet, ꝙ sicut in iis, q̃ sunt, hoc quidẽ solũ mouet: illud uero solũ moueƭ: alia aũt mouẽt, & mouenƭ: sic est etiã in nobis. Solũ.n. mouens est sensile: qđ mouet & moueƭ, sensus: moueƭ.n. à sensili; mouet aũt imaginationẽ. Qđ aũt solum moueƭ in irrõnalibus, imaginatio: in nobis aũt à sensu mota mouet opionẽ. His prius assumptis scire oportet, imaginationẽ esse facultatẽ susceptricem p mediũ sensum sensiliũ formarũ. & hæc est definitio imaginatiõis. Statim aũt aduersus eã ex ipso limine dubiũ mouẽt: ꝙ hac rõne imaginatio nihil differt à cõi sensu. Nã & cõis sensus est facultas susceptiua sensiliũ formarũ per mediũ sensum. Si qs aũt dicat hãc definitionẽ cõi sensui nõ cõuenire: Ipse.n. absq; medio nouit dr̃iam albi, & dulcis, simul sensibus operãs, & non p mediũ sensum: Dicimus illi cõtra, ꝙ etiã si simul sensibus opaƭ, sed tñ nõ ea citra mediũ apphendit: sed à uisu qdẽ albi typũ suscipiens, à gustu aũt typũ dulcis, & iudicãs dicit dr̃iam. Quare nõ cõuenit ei p̃ns definitio. Dicimus aũt, ꝙ imaginatio quidẽ est susceptiua formarũ per oẽm sensum itermedium, & cõem, & particularẽ: Cõis aũt sensus per solũ itermediũ particularẽ sensum est formarũ susceptor. Hæc est itaq; dr̃ia cõis sensus & imaginatiõis. & hæc est solo. Quòd aũt uera est hæc definitio, & per intermediũ sensum imaginatio opaƭ, ex cæcis aptũ est. Qui.n. sunt à natiuitate cæci, de coloribus nihil

penitus imaginanť. Siſr &,qui ſunt à natiuitate ſurdi,de coloribus qdnã imaginenť? Clarũ eſt ergo,qđ imaginatio ſemp per ſenſus itermedios operať. Vnde & dubitare eſt operæpciũ. Quid igiť? nõne qdá effingit imaginatio,q̃ ſenſus nõ nouit? hircoceruũ uidelicet,& hoiem uertice ad cœlum pertingẽtẽ ſenſus quidẽ nõ nouit,& tñ imaginatio hæc effingit. Quare & effingit,q̃ ſenſus non nouit,imaginatio,& ſine ſenſu opať. Hæc eſt dubitatio,ad quá dicimus,qđ etiá quádo effingit,principiũ ſumit à ſenſu. Qm̃.n.ſeorſum uidit hircũ,& ſeorſum ceruũ,accepit hęc principia,q̃ ſunt ſimplicia,& cõpoſitũ effinxit. Si aũt etiá hoiem effingit uel cœlũ attingẽtẽ,ſed prius nouit hoiem, qui eſt in ſingularibus. Hæc ergo ita ſoluẽda dubitatio eſt. Et alioqui etiá recte dixit,p mediũ ſenſum,pp id,qđ itercedit. Nã & ipm eſt ſuſceptiuũ ſenſiliũ formarũ,ſed nõ per mediũ ſenſum. Ne putes autẽ ſenſum ppterea eẽ meliorẽ imaginatiõe,qm̃ per ipm imaginatio opať. Nõ.n.ut imaginatiõis effectiuus,ſenſus ei cõducit,ſed ſolũ ut ſeruiẽs,ut id,qđ itercedit. Quare nõ eſt melior. Eadẽ rõne dic & imaginationẽ eẽ meliorẽ opinione,qñquidẽ ea ſeruit opinioni. Atqui in cõfeſſo eſt opionem eẽ meliorẽ,ut q̃ ſit rõnalis aiæ,cũ imaginatio ſit irrõnalis. Quádo aũt dico imaginationẽ eẽ ſuſceptricem ſenſiliũ formarũ:ne putes ei typos à ſenſilibus imprimi:à ſecũdis.n.delerentur primi typi:ſed tãtũ rõnes ſuſcipit. Ex eo aũt,q dictũ eſt imaginationẽ p ſenſum intermediũ opari,colligit Themiſtius,oſtẽdi imaginationẽ nõ ſolũ p ſenſus opari,ſed unà cũ illis. Si.n.ingt,operantibus ſenſibus ex eis typos ſuſcipit,nõ ſiſr ac uas inanimatũ,ſed ſimul ac ſuſceperit,ea cognoſcit: imaginatio.ſ.ſimul cũ ſenſu operať,idq; in cõtextu Ariſto.dicere oñdemus. Male aũt dicit. Nõ.n.quando imaginatio à ſenſibus formas ſuſcipit,tũc & opať:ſed poſtq̃ ceſſarũt ſenſus,tũc imaginatio operať. Et.n.ſi ſimul cũ ſenſu operareť,quid à cõi ſenſu differret imaginatio? cõis.n.ſenſus eſt,qui ſimul cũ ſenſibus particularibus operať. Quáobrẽ imaginatio poſt ſenſus operať. Oportet.n.eũ formas à ſenſu ſuſcipere,& ſic operari. Si itaq; ſenſus nõ miſerint,nõ operať imaginatio. Oportet ergo eá opari,poſtq̃ ceſſarint ſenſus. Et dubitari merito põt:ecce fixis oculis ſolẽ aſpicio,& typũ ad imaginationẽ tráſmitto,& pmaneo una alia hora ſolẽ ɔtẽplás,& imaginatio ĩterea operať,dũ fixis oculis ſolẽ ĩtueor: Veruñ ſi uero cõtẽplatio,ſm quá formá miſi ad imagiationẽ,ceſſauit. Quare poſt ſenſum operať imaginatio,& cõfirmatũ eſt,qđ dicit Ariſto. Et in his primũ caput compleť. Scdm eſt caput,in quo dicit,qd cõe inter ſe habeát imaginatio & ſenſus. Nũc autẽ ſcire oportet,eadẽ hr̃e ſenſilia imaginationẽ & ſenſum:& ſiſr utraq; circa eadẽ uerſanť. Sicut.n.habet ſenſus & cõia, & ppria ſenſilia, & p ſe, & per accñs,ut iá dictũ eſt:ſic & imaginatio circa ea uerſať. Et hæc eſt prima ſocietas. Scda eſt ſocietas,q ſicut ſenſus ſemp quidẽ eſt uerus circa ppria ſenſilia:minus autẽ circa ea,q̃ ſunt per accñs:& adhuc minus circa cõia:ſic & imaginatio,& hæ ſunt duæ ſocietates ſenſus, & imaginationis. Atq; hæc quidẽ Ariſto. Duæ aũt dubõnes iure moueri poſſunt,quarũ hæc eſt prima. Quomõ nunc dicit Ariſto,imaginationẽ circa ppria ſenſilia ſemp eſſe uerá,cũ ipſe ſuperius dixerit,imaginationem nõ eſſe ſemp uerá,ſed aliqñ etiá falli? Et hæc eſt qdẽ dubitatio,ad quá dicere poſſumus eẽ duplicẽ imaginationẽ:hác qdẽ,q̃ formas tãtũ ſuſcipit,& eſt ueluti receptaculũ:illa uero,q̃ effingit,& depingit,qđ uult. Quæ ergo formas ſuſcipit,ſemp uera eſt,& de ea uerũ eſt,qđ hic diciť, imaginatiõem ſemp eſſe uerá circa ppria ſenſilia. Quæ aũt qcqd uult effingit,ea eſt,q̃ falliť. Qñ.n.ea,q̃ nõ ſunt,effingit,fallitur. Et hac rõne ſuperius dicta uera ſunt,q imaginatio falliť. Hęc eſt prima dubitatio,& eius ſolõ. Scda dubitatio:Qũo ſuperius dixit,circa cõia ſenſilia magis uerũ eſſe ſenſum,q̃ circa ea,q̃ ſunt ſm accñs:nũc aũt cõtrariũ dicit,q circa ea,q̃ ſunt per accñs,magis eſt uerus,quá circa cõia? Et hæc eſt qdẽ dubitatio. Vt aũt ipm Ariſtotelẽ,nec ſecũ,nec cũ rebus ipſis pugnátẽ ſtatuamus,dubitationẽ ſic diſſoluemus:q ſunt,ut ſuperius etiá dictũ eſt,duplicia ſenſilia per accñs:& indiuiduę ſubſtátiæ,q̃ nulli ſenſui penitus ſunt ſubiectæ,ſed ex iis,q̃ ſunt in ipſis,accidentibus intelliguntť: Vel eſt per accidẽs ſenſile,qđ alii ſenſui ſubiiciť,ut uiſui dulce: Eſt.n.per ſe guſtui ſenſile. Cum ergo ſit duplex ſenſile per accñs,põt &,qđ hic diciť,eſſe uerũ,&,qđ ſuperius dictũ eſt. Si.n.per accñs ſenſile acceperit idiuiduas ſubas,uerũ eſt,qđ ſuperius dictũ eſt. Magis.n.uerus eſt ſenſus circa cõia ſenſilia,q̃ circa indiuiduas ſubas. Quòd aũt magis uerus eſt ſenſus circa cõia ſenſilia,q̃ circa idiuiduas ſubſtátias,liquet ex hoc,q magis afficiť ſenſus à cõibus ſenſilibus. A cõibus.n.ſubſtátiis nihil oino patitur:à ſuba.n.q̃tenus ſuba,nihil patiť ſenſus:à cõibus aũt ſenſilibus patiť,ut iá oſtẽſum eſt. Diſgregať.n.à magna,& cõgregať à parua magnitudĩe. Siſr & ab aliis patiť: A quo aũt afficiť ſenſus, hoc magis cognoſcit. Quod aũt magis cognoſcit,circa illud uerus eſt. Circa cõia ergo ſenſilia magis uerus eſt ſenſus,q̃ circa indiuiduas ſubas,& hac rõne uerũ eſt,qđ ſuperius diciť. Si aũt ſenſile p accñs acceperis aliud ſignificatũ eius,qđ eſt per accñs,qđ eſt alio ſenſu ſenſile:magis uerus eſt,q̃ circa cõmunia ſenſilia. Hoc aũt ſic oſtẽdiť. Quod ei,qđ eſt ſemp uerũ,eſt ppinquum,eſt uerius eo,qđ nõ

Hic est secunda dubitatio, quæ dicit, ꝙ si intellectus sensilia cognoscit, patiet ab ipsis. Nihil autẽ ab eis patitur, qđ non sit eiusdẽ cũ eis substãtiæ. Hoc.n. significauit, in contextu subiũgens, Si.n. aliquid est cõe ambobus, hoc qdem facit, illud uero patit, pro eo qđ est, ẽm cõe, id est, ẽm materiã patitur. Si ergo ea cognoscit intellectus: & ab eis patitur. Si autem ab eis patitur: est eiusdem cum eis materiæ. Si autem est eiusdem cum sensilibus materiæ: non est ĩtellectus simplex, sed compositus. Hoc autem dictum est secundum resolutionem.

Preterea, si intelligibilis & ipse, vel enĩ etiã aliis intellectus inerit, si non sc̃dm aliud sit ipse intelligibilis, vnũ aũt aliqđ spẽ intelligibile: vel mixtũ qd habebit, qđ facit ipm ĩtelligibilẽ, sicut alia.

Anteq̃ sc̃di dubii solõnẽ dicat, tertiũ hic dubiũ ꝓponit, & dicit, Si ipse ĩtellectus est intelligibilis:

quõo ergo ſeipſm intelligit? Et primũ dicit, ꝙ ſi, q̃tenus intellectus, ſeipſm cognoſcit, erit in oĩbus itelligibilibus itellectus: ergo & in lapide: & erit lapis itellectus. Cõuertit.n. Hoc aũt inuit in cõtextu, cũ dicit. Vel.n. etiã aliis intellectus inerit, pro eo qđ eſt, aliis intelligibilibus inerit, hoc eſt, eẽ intellus, ut oĩa intelligibilia ſint itellectus: dcinde priuſq̃ diceret aliud abſurdũ, utpote, ſi aũt nõ, q̃tenus eſt intellus, cognoſcit, erit duplex & intelligẽs, & intellus, & nõ undiq; ſeipſm cognoſcẽs: neq;.n. intelligens: ante hoc iſert ſecũdi dubii ſolõnẽ, ꝙ intelligibile nõ eſt unũ numero, ſed ſpẽ. eſt.n. ꝑprie itelligibile, & nõ ſpecie. Quod aũt eſt ꝑprie intelligibile, eſt & itellectus. Deide infert aliud abſurdum à ſecũdo: ꝙ ſi nõ, quatenus eſt intellectus, cognoſcit, erit duplex: ut ſit intelligibilis, & itelligẽs. Hoc aũt ſignificauit cũ dixit, Aliqđ habebit mixtũ, qđ facit ipſm intelligibilẽ, ut alia: pro eo qđ eſt, habebit aliquã cõpoſitionẽ: quæ cõpoſitio ſm aliud qdem facit ipſm intellectũ, ſm aliud uero itelligibilem, ſicut & alia intelligibilia. Nõ hoc autẽ dico, ꝙ alia itelligibilia ſunt compoſita: Sunt enim ſimplicia omnia intelligibilia: Sed habebit, inquit, aliquid intellectus, quod facit ipſum intelligibilem, ut faciebat alia immaterialia, intelligibilia.

Vel pati quidem eſt ſecundum aliquid commune.

Hic ſoluit duas dubitationes. & primũ qdẽ ſcdam, q̃ collegit, intellectũ eẽ eiuſdẽ materiæ cũ ſenſibus: & dicit, eſſe nomen cõmune paſſiõis ſeu affectiõis. Hic eſt enim perfectiua: illa uero corruptiua. Affectio ergo, quam patitur intellectus, eſt perfectiua. Quod autem eſt perfectiuum, nõ dicitur proprie affectio, uel paſſio.

Quare prius dictum eſt, ꝙ potentia quodãmodo eſt intelligibilia intellectus, ſed nullũ actu, priuſquam intelligat. Sic autẽ oportet, ut in tabula, in qua nihil actu depictũ eſt: quod euenit in intellectu. Ac ipſe quidẽ eſt intelligibilis, ut intelligibilia. In iis eni, quæ ſunt ſine materia, idem eſt quod intelligit, & quod intelligitur. Scientia enim contemplatiua, & ſcibile idem eſt.

Cum paulo ſuperius dixiſſet eẽ duplex itelligibile, & qđ ꝑprie, & qđ nõ ꝑprie, nũc dicit, qđ intellectus potẽtia ꝑprie eſt itelligibilia, quãdo aũt ea itelligit, actu. Neq;.n. habet, inqt, intelligibilia intellus, niſi ea intelligat. Nõ pictæ.n. tabulæ ſilis eſt. Et uide, inqt, Iamblicus, ꝙ γραμματείῳ græce dixit, & nõ chartæ. γραμματεῖον autẽ nõ diceret, niſi γράμματα hoc eſt lr̃as hr̃et. Hoc autẽ dixit, uolens aĩam puerorũ, qđ eſt intellectus potẽtia, hr̃e rerũ rõnes. Quare ſi eam γραμματείῳ aſſimilauit, habet rerũ uidelicet rõnes, ſicut γραμματεῖον habet γράμματα, hoc eſt lr̃as. Si aũt ἀγράφῳ dixit, id eſt nõ ſcriptæ, intelligit male ſcriptæ: eo ꝙ habeat exiles, & obſcuras lr̃as. Nã & ἄφωνον dicimus tragœdũ, id eſt mutum, cum qui eſt κακόφωνος, id eſt, qui malam habet uocem. Quare & Ariſto. iquit, exiſtimat eſſe in anima intelligibilia, ut Plato, & omnium rationes, & eſſe reminiſcentiam, non diſciplinam. Hæc autem dixit, ut oſtenderet Ariſtotelem quoq; eſſe in eadem opinione.

Ac ipſe quidem eſt intelligibilis, ſicut intelligibilia.

Hic eſt tertii dubii ſolõ: ꝙ quidqd eſt ꝑprie intelligibile, eſt intellus. Scientia.n. contemplatiua: Quod eſt aũt ſic ſcibile, idem eſt. Quid dicit? Quòd nihil abſurdũ idem eſſe itellectũ, & quod itelligitur. Quod eſt enim ꝑprie intelligibile, quod dicit ſcibile, & qui eſt proprie intellus, quod dixit ſciam, idem eſt. Illud aũt, Proprie, additũ eſt, ꝙ diſciplinæ nõ ſunt ꝑprie intelligibiles: à nobis autẽ oĩno intelligibiles dicũtur, ꝙ à nobis efficiã ſint, & in noſtrę mentis agitatione uerſentur.

Cur autẽ non ſemper intelligat, cauſa eſt cõſideranda. in iis aũt, quæ habẽt materiã, potentia ſolum eſt vnũquodq; intelligibile. Quare illis quidem non erit intellectus: Sine materia enim potentia eſt intellectus talium: Illi autem erit intelligibile.

Hic eſt quartũ dubiũ, cur nõ ſemp intelligit intellectus & dubitat quidẽ, ipſm autẽ non ſoluit: nos autẽ iam ſoluimus. Sed poſt hoc rurſus euenit ad ſolõnem dubii dictis, ꝙ erunt intelligibilia intellectus, Cum enim dixiſſet, ꝙ in ꝑprie intelligibilibus uerum eſt, nunc dicit, ꝙ in materialibus quæ ſunt intelligibilia potentia, & nõ ꝑprie, nõ eſt idem intelligibile, qđ intellus. Intellectus.n. res eſt materialia. Et in his Praxis, deo eſt gratia, cõpletur.

Quoniam autẽ, ſicut in omni natura eſt aliquid, hoc quidẽ materia vniuſcuiuſq; generis: id vero eſt,

quod est, quod oia illa potētia: alterum aūt quod est causa, & effectiuū, ꝙ omnia faciat, quo ars ad materiā affecta est: necesse est & in anima has esse differentias. & est hic quidē intellectus talis, ꝙ omnia fiat: ille vero, ꝙ omnia faciat, vt quidam habitus: vt lux. quodammodo enim etiam lux facit eos, qui sunt potentia, colores actu.

Postquā quatuor q̄siuit in itellectu, qui est potētia: uenit deinceps & ad itellectū, qui est actu: & in eo decem q̄rit. Primū quidem, ꝙ oia facit itellectus. Secundū aūt, ꝙ substātia operatᷣ. Neq; enim ut aliæ subæ operationes ꝓponūt, sic est & in itellectu, qui actu est. Neq; enim suba intellectus, qui actu est, ꝓponit operationē: sed ex seipsa, ipsa suba ipsius est opatio: & non est substātia intellectus, qui actu est, aliud ab eius operatione. Tertium, iquit, inest itellectui, qui actu est, ꝙ semp intelligat & operetᷣ, & ab operando nūquā desistat. Quartum, ꝙ est aialis. Quintū, ꝙ imortalis, & ꝙ separabilis. Sextum, ꝙ cum habitu, & luce habet ꝓportionē. Sicut enim lux nō ipsa facit colores, sed, quę sunt, formas apertas reddit: sic & intellectus, qui actu est, res nō facit, sed formas imprimit & insculpit in eo, quod pōt. Octauū, ꝙ qui est potētia itellꝰs, ab eo, qui actu est, differt tēpore, & ipso subio. Nonum, obliuiscitᷣ intellectus. Decimū, ꝙ semp cum imaginatione operatᷣ. Hæc sunt capita dictiōis ɔtextus, q̄ dicit inesse itellectui, qui actu est. Et cum nihil aliud dixisset, interp̄tes ad multas, & uarias uias uersi sunt, aliis aliter accipientibus itellectū, qui actu est. Alexander qdem actu intellm̄ appellauit unum oium principiū, siue intellectū, qui est foris. Marinus aūt intellectū actu dixit, nō unum oium principiū, sed quēdam dæmonis intellectū, uel Angelicū. Vt semel itaq; dicam, nec nostrum dicit intellectū, qui actu est, nec eum, qui est unius oium pricipii. Plotinus aūt actu intellm̄ intellexit humanū intellectū: hunc qdem semp opetātem: illū uero aliquādo. Errauit aūt Plotinus ex Platone. Cum. n. ex illo audiuisset, esse semp mobilē aīam: existimauit eum illā semp mobilem dicere, ꝙ semp intelligat: & ꝓpterea esse existimat intellm̄ semper intelligentē. Plutarchus autē, qd̄ & uos ponimus, nō existimat esse apud nos duplicē intellectū, sed simplicē. & hūc simplicem dicit non semp intelligētem, sed aliquādo intelligentē. Existimat ergo Plutarchus intellm̄, qui actu est, eum dicere humanū, quē putat etiam q̄nq; intelligere. Tot fuerunt opiones de itellectu, qui actu est, quatuor numero: Alexādri; Marini; Plotini; Plutarchi. Et unaquæq; earum ꝓbabilibus ad sui defensionē rōnibus utitur. æquū est ergo exponere, quid unaquæq; ꝓ se afferat. Alexander qdem dicebat esse actu intellm̄, primā cām. Errabat aūt ex eo, ꝙ audiret, eum oia facere. Quis est enim, q oia facit, nisi prima cā? Si ergo dicit Aristoteles, ꝙ, qui ſm actū est, intellectus oia facit: uidelicet, intellectum ſm actum, primā cām dicit: & ꝙ rursus dicit cum suba cōcurrentē habere opationē intellectum, qui actu est: qd̄ est soli DEO ꝓprium. Neq; enim noster uidetᷣ intellꝰs per potentiā facere opationē. Et rursus, ꝙ semp opatur. Hinc ergo fallebatᷣ Alexāder, & dicebat hæc nulli, nisi soli DEO, conuenire. Est enim solius DEI ꝓprium cum suba cōcurrentē habere opationem, & semp operari: & agere. Plotinus autē fallebatᷣ, ex eo quod est semp operari: & supponebat esse in nobis intellectū semper opantem, & eum dicebat esse actu intellm̄. Marinus autē utriusq; rōnibus utens, dæmonis intellectū dicebat Aristotelē dicere. Humanus enim nō est, eo, ꝙ dicit eum oia facere, & per subam operatur, & semp intelligit. Sed neq;, qui exterius est, intellectus. Si. n. dicit, Cum luce & habitu habet ꝓportionē, & ꝙ cum imaginatione operatᷣ, & obliuisciᷣ: nō sunt aūt hæc itellectus, qui exterius aduenit. Dicere ergo, ꝙ cum luce, & habitu habet ꝓportionē, ōndit hæc esse ꝓpria alicuius intellꝰs. qui est medius inter exterius accedentē, & humanū, nempe angelici intellectus. Nam & lumen est medium inter id, quod illuminat, &, quod illuminatᷣ. & habitus est medius inter aptitudinē, & ꝓpensionem: his aūt intellectū assimilauit. Quare itellectum. s. dicit mediū quēdam inter eū, qui exterius intercedit, & humanū. Plutarchus aūt se iustis rōnibus defendit, dicēs, ꝙ est hic de aia tractatus, nec fuit, ꝙ Aristoteles de intellꝰu, qui exterius aduenit, differeret: sed actu intellectū appellat humanum. Deinde aduersus ea, q̄ à tribus, Alexādro, inquā, Marino, & Plotino dicūtur, cōis fit incursio. Inuenimus. n. Aristotelē dicentē, ꝙ actu intellꝰs subiecto qdem idem est: tēpore aūt diuersus ab eo, quod est potentia, & qd̄ actu. Nā, cum prius sit potētia, actu postea factus est. Si hæc ergo in cōtextu dicit Aristoteles, uidelicet nec DEUM nunc dicit intellectū, qui est ſm actum, ut Alexādro uideretur. Deus eni non erat prius potentia, sed est actu, ut q sit fons bonitatis. Neq; dæmonius, uel angelicus prius esset potētia Nam & hos uult Aristoteles esse actu intellꝰs. Quare male quoq; dicit Marinus. Sed & Plotino aduersatᷣ: Si enim ſm eum, semp agit: nō erat prius potentia. Aristoteles autem dicit, ꝙ erat prius potētia. Per hæc ergo clarū factū est, ꝙ nec DEUM dicit, nec dæmoniū siue angelicum itellectū, nec intellm̄, qui semp operatᷣ: sed de eo intellectu agit, qui est in nobis. Hæc est

prima oppugnatio. Secunda aũt hæc eſt. Quomõ dicit Ariſtoteles, ꝙ itellectus ſolus eſt imortalis, & æternus? Ait enim. Et hoc ſolũ eſt imortale, & æternũ. Siue.n. primam cám intellexerimus, non eſt ſola imortalis. Sunt enim & alia imortalia. nec ſi angelicum, uel dæmoniũ intellexerimus, is eſt rurſus ſolus imortalis. nam & prima cã eſt, imortalis. Nec rurſus ſi, ſm Plotinũ, itellexerimus, itellectum, qui ſemp intelligit, is eſt ſolus imortalis. Sunt enim & alia imortalia, ut qui aliquádo intelligunt, intellſus. neq̃ enim ſoli itellectus, qui ſemp itelligũt, ſunt imortales: ſed &, qui qñq̃ itelligũt, ſm Plotinum. Quare & hæc eſt cõis aduerſus eos incurſio, ꝙ ipſi nõ inueniát, de quoná intellectu dicit Ariſtoteles, cum dicit eſſe ſolũ imortalem. Qui aũt dicunt intellm humanũ aliqũ intelligere, & hoc ſolum eẽ, & nos non hẽre alium intellm, poſſunt reſpondere, & ſic dicere, ꝙ, cum multa ſint, quæ hoiem pfectum, & abſolutũ conſtituát, ſolus itellſus eſt imortalis & æternus. Illud ergo, ſolus, ad ea, quæ hoiem pficiunt, & cõplent, referẽdũ eſt. Plotinus aũt hanc reſpõſioné pro ſe afferre non poteſt. Duos enim ſupponit intellſ. eum, qui ſemp intelligit: & eum, qui quádoq̃. Quem ergo põt ſolum dicere imortalem? Siue enim eum, qui ſemp intelligit, fallit: Nam & is qui aliqñ intelligit, eſt imortalis. Siue eum, qui quádoq̃ intelligit, dicat imortalem: ſed & qui ſemp intelligit, ſm eum. Quare nec Plotinus dicere põt, quomõ nos dicimus, ſolúmodo imortalem itellm. Pulchre autem adiectum eſt, imortalẽ, & æternum eſſe itellectũ. Nam & irrõnalis, & uegetatiua ſunt quidẽ imortales, nõ aũt æternę. Si enim uitá ſuppeditát: nihil aũt ſuſcipit cõtrariũ eius, quod ſuppeditat: Si ergo uitam hñt: & ſunt imortales, nõ aũt æternæ. Æternũ enim dicit, ſm id, qđ ſemper eſt. Immortale aũt, ſm id, quod eſt ſemp uiuere. Quare itellectus ſolũ ex iis, q̃ ſunt in nobis, & ſemp eſt, & ſemp uiuit. Irrationalis aũt, & uegetatiua ſemp quidẽ uiuere dicit, non aũt ſemper eẽ. Quare & hoc humano itellectui ineſt. Hæ ſunt cões incurſiones aduerſus tres. Aduerſus Alexádrũ autem, & Marinum hoc poſſumus dicere, ꝙ eum, qui eſt ſm actum, intellm ſeparabilẽ dicit, nõ ſeparatũ. Prima autem cauſa, quá dicit Alexáder eſſe actu intellm, uel dæmonius, ſeu angelicus, quẽ dicit Marinus, ſunt ſeparati, non aũt ſepabile. Separabile quidẽ ſignificat, qđ nõdum qdem eſt ſeparatũ, ſed poteſt ſeparari: Illi autẽ ſunt iam ſeparati, & prima cã, & dęmonius, ſeu angelicus intellſus, nõ ſolum rõne, ſed & ſuba, quod eſt, ſubiecto. Quare & ex ipſis uerbis textus icurſio eſt, ꝙ dixerit eum, qui eſt ſm actum, intellm eſſe ſeparabilẽ, & nõ ſeparatũ. Sed & alia eſt icurſio, ꝙ hunc, qui eſt ſm actum, intellectum aíalem appellat. Nõ aũt prima cã eſt animalis ò Alexáder, nec dęmon, ſiue angelicus, ò Marine. Quare nec eum, qui eſt ſm actum, intellm, nec angelũ poſſumus itelligere, nec primam cám: ſed eum ſolũ, qui in nobis quádoq̃ operat, humanũ: Et, ꝙ in cõtextu dicit intellectũ, qui eſt ſcđm actum, cum imaginatione operari. Non aũt prima cã cum imaginatione operat, nec dęmon, nec angelus: ſed ſolus, qui eſt in nobis, intellſus. Et hæc ergo cõis eſt aduerſus Alexádrũ, & Marinũ incurſio. Aduerſus Alexádrum aũt ſeorſum hæc poſſumus dicere: Quomõ poſſumus mẽte comphendere, ꝙ itellectũ, qui eſt ſm actum, primam cám dicat? ſi qdem luci & habitui eum cõparat. Prima enim cauſa ſuba eſt, & nõ habitus: & ſubſtátias pducit: & nullá cum luce habet pportionẽ, ſed cũ ipſo ſole. Quare & hoc ei, qui in nobis ineſt, intellectui cõuenit. Et rurſus dicit Ariſtoteles, ꝙ, ſicut lux non facit colores, ſed eos eſſe manifeſtat, ſic & intellſus oĩa facere uidet, ꝙ oĩa manifeſtet. Eſt aũt abſurdũ hoc de prima cã dicere. Prima.n. cauſa ipſam ſubam producit eorũ, quæ ſunt: & nihil eſt, quod ipſa nõ fecerit. Et rurſus, ò Alexáder, ipm habitũ appellauit. habitus aũt eſt, qđ eſt ſm potentiá. Prima aũt cã nullo mõ eſt potẽtia. Et rurſus de eo dicit Ariſtoteles, ꝙ ſubiecto qdem idem eſt, tempore autẽ diuerſus ab eo, quod eſt potẽtia, & actu. Prima aũt cauſa nullu mõ ſe prius quid habet uel potẽtia, uel actu. Et alioqui obliuiſci quoq̃ dicit intellm: hoc aũt qui ínerit ei, qui eſt exterius? Qui enim ineſt in nobis itellectus, is eſt qui obliuiſcit, per eam, q̃ eſt corpus, habitudiné impeditus. Quæcũq̃ ergo dicit Ariſtoteles cõuenire ei itellectui, qui eſt ſm actum: ea dicit de humano intellectu, qui à potẽtia fert in actum. Hoc aũt demõſtrat, ſi ea, q̃ illi nõ ineſſe uident, dico autẽ oĩa facere, & ſuba operari, & ſemp intelligere, oñdemus ei ineſſe. Scire ergo oportet, ꝙ oĩa facere dicit intellectus, qui actu eſt, ꝙ oĩum typos deſcribat í intellſu, qui eſt potẽtia. Quare & eum Plato ſtylo quo ſcribit, aſſimilat: Ariſtoteles aũt ex ſeipſo ipm ſcriptorẽ ſupponit. Si enim qui potẽtia eſt intellectus, fit oĩa: qui ergo actu eſt oĩa facit. Quare hoc in itellectu humano ineſſe põt. Qui enim exterius aduenit, nõ deſcribit oĩa, quæ ſunt in intellſu potẽtia: ſed is q in nobis actu eſt. Ei autẽ cõuenit & aliud, qđ dicit, ꝙ per ſubam operat. Et ut hoc intelligamus, paulo altius pſumamus. Sciens neq̃ aĩa eſt ſolum: neq̃ ſcĩa ſolum: ſed eſt quid ex utriſq̃ cõmixtũ. Cõponitur.n. ſciens ex aĩa, & ſciẽtia: & pportionẽ quidẽ habet aĩa cum materia. ſcĩa cum forma. Et qm̃ cuiuſuis rei, ut in Phyſica nouimus, magis ſuba eſt forma, q̃ materia: ſuba ergo ſcientis eſt ſcientia: & ſciens ſm ſciam operatur.

Ostensum est aũt ipsam esse scientis subam. Neq; enim ẽm altam illã,& sublimẽ cõtemplationẽ,ꝗ, sicut in deo,ipsa est actu suba. Nam i animis,& aliis substãtiis,seorsum à prima causa,& suba est,& potentia,& actus. Suba ergo operari dicit,ꝗ scia dicat ueluti suba aiæ. Ex meliori ergo itellectum noiauit. Qm̃.n.actu agit,& operat intellus:& actu existẽs operat:in oibus aũt actu melior est sub stãtia: pptrerea ergo uolẽs dicere eũ actu operari,dixit,suba:ut ab uno ptiosiore totũ sæpe significamus. O mihi dilectũ Teucer caput. Et hoc ergo cõuenit intellui hois,qui actu est. Actu.n.existẽs intelligit. Qui aũt est exterius,ex seipso actus est. Quòd aũt,q̃tenus ptiosum quid est,subam accepit,declarat dicẽs: Quod.n.hoc sic est,clarũ. Agens.n.est patiẽte ptiosius,& principiũ materię. Qua de causa subam ut ptiosiorẽ accepit. Porro & tertiũ ei cõuenit,ꝗ intellus semp intelligit:nõ ut Plotinus putat,ꝗ semper ipse per totũ itelligit:nõ.n.unũ numero itellectum semp itelligere dicimus: sed ꝗ in toto mũdo humanus itellus semper itelligit. Quòd si ego nõ itelligo,alius qdẽ certe itelligit. Et successiõe illud semp fit,ne apud nos deficiat dei illuminatio. Si.n.nõ semp itelligimus:qñ nõ intelligimus,deficiat. Si autem sic dicimus illud,semper intelligere:hoc inest in humano intellectu. Semper enim intelligere dicimus non in uno ẽm numerum,sed in omnibus: sicut & hominem semper uiuere dicimus,nõ propter Socratem,sed ꝗ homo quispiam semper uiuit. Vel quòd semper dicitur intelligere,quoniam potest semper intelligere. Qui enim habet intellectum,in qua cũq; hora uult,intelligit. Quare hoc humano intellectui inest. Qui enim exterius accedit intellectus,qui unus est numero,omnia intelligit. Et hæc quidem dicta sunt ad exprimẽdã contemplationem. Plurimum autẽ à nobis laboris suscipit,ut hæc decem capita in dictionis cõtextu ostendamus,eaq; dilatemus.& in his finitur contẽplatio. Qm̃ sicut in omni natura est aliqd,hoc qdem materia unicuiq; generi:illud uero,qd omnia illa potẽtia. Ex his quidẽ uult ostendere, ꝗ oia facit intellectus,& est aialis. Orationẽ aũt sic ꝑducit,ꝗ sicut in naturalibus,& artificialibus,est,qd est potẽtia,&,quod effectricem cãm dixit:sic & in aĩa,inquit,est intellũs potẽtia,& intellũs actu. Et ꝑ hoc qdẽ quod dixit,In aĩa,ostẽdit esse animalẽ.actu ergo oĩa facit:ex quo habes,ꝗ oĩa facit. Ecce ergo duo capita. Quare aũt,postquã dixit in unaquaq; natura,dixit & in unoquoq; genere? Dic, ꝗ illud,In natura,uniuersalius dixit:Hoc uero,Vnicuiq; generi, ꝑticularius,ut sit eiusmodi: ꝗ,sicut in uno quoq; animali,quod;naturã,dixit,est,qd est potentia,&,quod actu:sic & in unoquoq; genere sunt hæc,ut humano,uel equino,uel hoc,uel illo. Vt habitus quidã sicut lux. Lux enĩ quodãmodo facit colores,qui sunt potentia,esse actu colores. Ecce aliud ꝓpriũ intellectus, ꝗ cum habitu,& luce ꝓportionẽ habeat:& merito. Queãdmodũ enĩ lux facit colores uisibiles:nõ enĩ facit ipsos colores, sed ipsorum operationẽ ꝓfert:& sicut habitus operationẽ ꝑducit,nõ substãtiã: sic &,qui est in nobis,intellectus operationẽ profert,non substantiã.& ideo cum his habet ꝓportionẽ. Si autẽ hęc ita sunt:non de diuino intellectu agitur. ille enĩ etiã substãtias ꝑducit. Porrò & ẽm aliud habet noster intellectus ꝓportionẽ cum habitu:non,ꝗ sit q̃litas, sed queãdmodũ se habet habitus ad id,qd est primum potentia,ip̃m enĩ perficit:sic &,qui est ẽm actum,intellectus,ea,q̃ sunt potẽtia intellectus, perficit. Eo autẽ,ꝗ illum luci assimilauit,falsus est Alexãder, ꝑpterea ꝗ dixit Aristoteles ip̃m omnia facere sicut lux. Sed falli non debuit. adiecit enim Aristoteles, Quodãmodo, deus aũt nõ quodãmodo omnia facit: sed per omnem modum omnia facit.

Et sic intellectus separabilis,& immixtus,& affectione vacuus,cum substantia sit actu. Semper enim pretiosius est,quod agit,eo quod patitur:& principium materia.

Ecce aliud propriũ dicit,ꝗ est separabilis:& cur non diximus in cõtemplatiõe id,qd imixtũ est, & impassibile,eum intellectũ dicere? Qm̃ hæc cõprehendunt inseparabili. Quod enĩ est separabile,est imixtum,& impassibile. Per hoc aũt quod dicit, Cum substãtia sit actu, aliud dicit ꝓpriũ,ꝗ substãtia operat. Et ꝗ hoc ẽm id,quod est ptiosum,accepit, significat,dum dicit,Semper enĩ quod agit melius est eo,quod patit:id est,quod actu est,eo,qd est potẽtia. Quod enĩ agit,actu est:Quod patitur autẽ,potentia. Et principiũ materia est ptiosius. Principiũ dico formã. Et substantia ergo ut pretiosior nunc dicta est: non ꝗ intellũs habeat substãtiã sine potentia: hoc enĩ est in intellectu, qui est extra:non in eo,qui in nobis est. Hic enim habet potentia.

Idem est autem scientia secundum actum,quod res.

Hoc in medio interiecit,ꝗ,qui secundum actum est,intellectus sit res ipsæ,sicut intellectus,qui est potentia,potentia res ipsæ est.

Quæ

Quæ autem secundum potentiam; tempore prior est: in vno omnino autem nec tempore: sed non quandoq; quidem intelligit, quandoq; vero non intelligit.

Aliud dicit ꝓprium intellectus, ꝙ, qui est potẽtia, intellectus, tẽpore prior est eo, qui est actu. Et ne quis dicat ꝙ hoc falsum est in uniuerso mũdo, hoc. s. alio actu, alio potẽtia, prius est, inquit. Nõ enim quãdoq; operatur intellꝰ, quãdoq; uero non, in uniuerso mũdo: sed semp. Alio, actu, nõ potẽtia, prius est. Et ex hoc habes aliud propriũ, ꝙ semp itelligit. Propterea ergo dixit, ꝙ in eodẽ hoie, quod potentia est, prius est eo, quod actu est, non in uniuerso mundo. In uniuerso eni mundo, dicunt nõnulli, nihil alio prius est: nec, qđ potẽtia est, eo, quod actu est: neq;, qđ actu est, eo, qđ est potentia. Si enĩ æternus est mũdus ſm Aristotelẽ: neutrũ altero prius est: sed sunt cõtemporanea. Et hoc simile est ei, quod uulgo apud idiotas quęrit, utrũ sit prius ouum, an gallina. Hoc aũt innuit cum dicit, Omnino aũt nec tẽpore, pro eo quod est, in toto mundo: & oino, pro eo quod est, in uniuersum seu in totũ, & mũdane: tẽpore aũt præcedit id, quod actu est, id, quod est potentia.

Separatus autem, est tantum id, quod est.

Et hoc rursus interiectum est, ꝙ, quando intellectus fuerit separatus, & sit ſm actum, tũc sit id quod est, id est, proprie intellectus. Qui enim est potentia, non est proprie intellectus.

Et hoc solum immortale, & æternum.

Ecce rursus aliud dicit propriũ, ꝙ ĩmortalis, & æternus est intellꝰ. Hoc aũt solum dixit eorũ, q̃ hominem cõstituunt. Solus eni hic est æternus, & ĩmortalis. Irrationalis eni, & uegetatiua aĩa, ut dictum est, ĩmortalis quidẽ est, non aũt ęterna. Immortalis aũt dicitur, etiãsi corruptibilis putetur: quoniã non quatenus est aĩa, corrũpitur, sed quatenus est in corpore. Quamobrẽ Plato quoq; dicit omnem aĩam ĩmortalem, hoc dicens de uegetatiua, & irrationali. Materia aũt uiceuersa ęterna qdem est, sed non ĩmortalis. Quamobrẽ intellectus exitii expers dicitur, ut qui sit & æternus, & immortalis. Vide autẽ, ꝙ hoc non dicit de intellectu, qui est exterius. Illud eni, Solũ, in neutro positũ, ad id, qud superius dictum est, cõstruitur, ꝙ μέρος ἐστὶ ψυχῆς, id est, pars est animæ, ut sit sensus. Hęc autem pars animæ est & immortalis, & æterna. Qui autem est exterius, non est pars.

Non meminimus aũt, ꝙ hoc qdem est affectiõe vacuũ: passiuus aũt intellectus, corruptibilis.

Vide, ꝙ aliud propriũ dicit, ꝙ intellectus obliuiscit. Plutarchus qdem dicit, ꝙ hoc tãquã aduersus dubitationẽ dictum est, quæ dicit: Cur intellectus non semp intelligit, siqdem intus habet cognitiuam facultatẽ? & soluens dicit, ꝙ hæc cã est, ꝙ ipse cũ imaginatiõe operatur: illa aũt corrupta, non amplius per illã operat, & non per seipm. Dubitant aũt hoc modo. Certe obliuiscit intellꝰ particularium, quę in alia uita egit, in qbus imaginatio cooperata est, qđ ea corrupta sit: cur ergo eorũ non meminit intellꝰ, quorũ typos ab imaginatiõe retinuit, & q̃ ipse per seipm operatus est? Scimus enim, ꝙ ipsi etiã Aristoteli uidetur, esse quædã, quæ intellꝰ agit sine imaginatiõe: ut ad seipm conuersionem: incorporeorũ cogitationẽ: ad diuina cõuersionẽ: uniuersaliũ cognitionem: &, ut semel dicã, quæcũq; sine sensu intelligit, ea etiã sine imaginatione intelligit. Ad qđ dici põt, ꝙ si in morbo particulari diuertunt, & eorum, q̃ nuper acta sunt, obliuiscunt, ut ẽt Thucydides scribit, dicẽs, eos suiipsorum esse oblitos: quãto magis in totius uitæ mutatiõe obliuiscunt eorum, q̃ paulo ante facta sunt? Ex hoc aũt tria habe placita: ꝙ imaginationẽ corruptibilẽ existimat: ecce eni dicit, intellectum passiuũ esse corruptibilem: & aliud placitũ, quod quẽ dicit intellectũ non recordari, cum impassibilem & affectibus non obnoxium dixit. Qui eni est exterius, non dicitur obliuisci.

Et sine hoc nihil intelligit.

Aliud propriũ dicit, ꝙ, sine imaginatiõe intellectus non agit. Vide autẽ, ꝙ hoc dictũ opus habet aliquo, quod ipm parũper recreet & leniat. Non eni semp agit cum imaginatione: nisi fortè dixeris, ꝙ, quando circa pticularia uersatur. Vel dic etiã aliud, ꝙ sine imaginatiõe paucæ sunt operatiões. Nam & quando circa diuina operat, ꝑtercurrit imaginatio, iis, q̃ figuris, & typis carent, typos & figuras imponens. Et ꝓpterea eam Plato dicit extremũ malũ. Si ergo ferè in uniuersum cum imaginatiõe opat: qđ sit ut plurimũ, ꝓ eo, qđ semp, accepit. Vel dic etiã aliud, ꝙ intellꝰ semp cũ imagõne operatur. Si eni ois scię principiũ est, sensus: & si defecerit sensus, & imaginatio deficit. Si aũt imagi

natio deficit,& intelligentia. Quā ob cām & ii,qui sunt à natiuitate cæci,nec de coloribus imaginātur,nec intelligunt. Clarum est ergo ꝙ sine imaginatione intellectus non agit.& in his finitur,deo est gratia,praxis,praxis deo annuente,quartadecima.

Indiuisibilium itaq; intelligentia in iis est,circa quæ non est falsum:In quibus autē falsum est,& verum,iam quædam est compositio mentis conceptuum.

Post intellectum potentia,qui habuit q̄tuor capita,& intellectū actu,qui decē, quæ dicta sunt, habuit capita,uenit deinceps ad intelligibilia.Sciendū aūt,ꝙ in rōnali quidē anima ab intellectu incipere oportet,ut qui sit intelligibilibus manifestior:in irrationali aūt à sensilibus, ut manifestioribus.Vbiq;.n.à manifestioribus doctrinæ initiū capiēdum est.Postq̄ ergo de itellectu docuit,uenit ad intelligibile.Dicit ergo,itelligibile eē indiuisibile.Ex hoc aūt ne existimaueris,ꝙ intellectū dicat sola indiuisibilia nosse.Nouit.n.& idiuisibilia,& ea,q̄ diuidunť:sed idiuisibiliter,& cētrice nouit,q̄ diuidunť.Nā & centrū circulū,seminis instar,cōtinet.Oīa ergo intellꝰs idiuisibiliter itelligit. Hoc est.n.ꝓpriū intellꝰs,ꝙ diuisibilia colligat,& uniat,& ea indiuisibilr̄ intelligat.Quòd aūt etiā diuisibilia idiuisibiliter nouit,apte ostēdit,ꝙ ipse dixit,ubi agiť de demōstratiuo syllogismo,nō solum eē sciam,sed & sciæ principiū,quo terminos nouit,principiū sciæ,intellectū appellās.sciam autē cogitationē:& ecce intellectū determinate,& idiuisibiliter dicit res cognoscere.Qm̄ ergo de idiuisibili agiť:scire oportet,ꝙ qnque modis accipit idiuisibile.Diciť.n.idiuisibile,terminus.Scimus.n.propositionē duos hr̄e terminos,subiectū,& p̄dicatū.Quēadmodū,Propositio est,Plato ambulat. Et Plato,est terminus:& ambulat,terminus:&,ut semel dicā,terminus est,ut in libro Peri hermenias didicimus,uox simplex.Hoc est ergo primū significatū indiuisibilis,terminus. Scdm est significatum,cōtinua magnitudo.Hæc.n.est potētia qdē diuisibile,actu aūt idiuisibile.Tertiū aūt est significatū,qđ est in quātitate indiuisibile,ut pūctus,unitas,nūc.Hæc.n.sunt,q̄ in quātitate sunt indiuisibilia.Quartū significatū indiuisibilis,est materialis forma.Ipsa.n.non diuidiť,sed,qđ ei subtū est. Quintū significatū est forma imaterialis.Hæc sunt indiuisibilis qnque significata.Vnde & dubitatiōes duas mouere possumus:unā quidē,qūo à termino alia q̄tuor idiuisibilia distinxit:siqdem & alia q̄tuor sunt termini?Vnūquodq;.n.eorū est uox simplex,& ꝓpterea terminus:Neq;.n.ꝓpositio est,si dicas,cōtinua magnitudo:nec rursus ꝓpositio est,si dicas,forma imaterialis. Vnus.n.terminus est solū unūquodq; eorū.Ex uno aūt termino solū nō fit ꝓpositio.Si hæc ergo ita hn̄t,qūo ea à termino distinxit,siqdē ipsa quoq; sunt termini?Hæc est prima dubitatio. Ad quā dicemus,ꝙ aliud est dicere terminū simplr̄:& aliud est dicere,talē terminū.Primū ergo indiuisibilis significatū terminū simplr̄ significat:alia uero q̄tuor talē terminū.Non ergo p̄ter rōnē,sed cū magna rōne id, qđ est simplr̄ terminus,à tali termino distinxit.& hæc est solō.Scdm hoc dubiū mouēt,cur formā materialē à magnitudine secreuit?Atqui ipsa magnitudo est forma materialis. Informi.n.materiæ prima forma,ante oēs alias formas,hæc accedit magnitudo.primū.n.quātitatē,deinde sic q̄litatem suscipit.Si ergo maguitudo imaterialis forma est:cur ipsam à forma materiali seiūxit:siqdē magnitudo sub formā materialē reduciť?Hæc est dubitatio,ad quā dicemus,ꝙ nō quis materialē formā à magnitudie distinxit:sed illā,q̄ accedit,postq̄ magnitudinē materia suscepit.Materia.n.formę magnitudine suscepta,manet in mētis conceptu:reliquis aūt formis susceptis,fit sensilis.Seiunxit ergo formā,q̄ est actu,à forma,q̄ est in intellectu,id est,à forma magnitudinis.Ea.n.etiā si materiæ accesserit,ipsam itellectui relinqt:neq;.n.uideri pōt materia magnitudie p̄dita per se sine alia forma,nisi intellꝰu tantū.Quare etsi materialis forma est magnitudo:ipsam tn̄ à forma materiali secreuit,non quauis,ut iā dixi,sed ab ea,q̄ actu est,& q̄ sensilē ostēdit materiā.Quare sub diuisionē aliquam cadūt hæc qnque indiuisibilis significata.Est aūt hæc diuisio.Terminus uel simplr̄ est terminus, uel talis.Si itaq; est simplr̄ terminus,facit unū significatū idiuisibilis,terminum.Si uero est talis terminus:uel est potētia qdē diuisibilis:actu aūt idiuisibilis.Si ergo potētia qdē est diuisibilis:actu autē indiuisibilis:uel per se est diuisibilis:uel per accn̄s.Si ergo fuerit per se diuisibilis:facit cōtinuā magnitudinē.Si aūt per accn̄s fuerit diuisibilis:facit formā materialē:& sic qdē est,si potētia qdem fuerit diuisibilis,actu aūt idiuisibilis.Si aūt,& potētia,& actu est idiuisibilis:uel cū materia qdē est, & facit indiuisibile,qđ est in quātitate:ut unitatē:pūctū:nunc.Vel est imateriale,& facit formā imaterialē.Qm̄ ergo ex diuisiōe didicimus,ꝙ qnque sunt significata idiuisibilis,uideamus deinceps,qūo intellꝰs unūquodq; eorū intelligit.Sciēdū ergo,ꝙ intelligit terminū,q est indiuisibilis,cū sit ipse indiuisibilis,ut uocē simplicē.Quare neq; ut uera,neq; ut falsa.Circa.n.simplices uoces nō cōsiderantur,nec uerū,nec falsum,sed circa cōpositas.Et quānā ob cām in cōtextu falsi tātū meminit,& non

tidẽ ueritatis? Dicit.n. In indiuisibilibus qdẽ itelligẽtia, circa q̃ nõ est falsum, & nõ subiūxit, & circa q̃ nõ est ueritas. Nouit.n. in libro Peri hermenias, nõ solũ falsum, sed & uerũ nõ eẽ in simplicibus uocibus. Qũo ergo ipse in ɔtextu solius falsi meminit? Et dicimus, ꝙ in libro, qui est post naturalia, quẽ Metaphysica uocãt, in cõtraria est opiniõe ei, ꝙ in libro Peri hermenias dixerat. In libro enĩ Peri hermenias, nec uerũ, nec falsum dixit cõsiderari circa simplices uoces, seu in terminis: sed in ꝓpositionibus uerũ, & falsum apparere dixit. In Metaphysicis aũt ait, in simplicibus uocibus, seu in terminis, falsum quidẽ nõ cõsiderari, sed ɔsiderari ueritatẽ. Intellus.n. qñ simplici aggressione se applicans ad unamquãq; simplicem uocem, idem est aũt dicere, terminũ, seorsum, & per se intellexerit: uere intellexit nullo alio adiecto: ut dũ dicitur, Ambulat, intellectus quidem protinus icessum intellexit, nullo alio addito: sed p hoc tãtũ. Rursus in comedẽdo, mãducationẽ, & cibi cõminutionẽ protinus intelligit, hoc est dentẽ cõuersione circũagentem, sine alia additione. Hoc itaq; dicit in Metaphysicis: nunc aũt eum tractatũ sequit̃: & ꝓpterea à simplicibus uocibus ueritatem nõ arcet, sed solum falsum: eo ꝙ intellus nũquã fallit̃, sed est semper uerus, sm Plotinum dicentẽ: Intellus uel attigit, uel nõ attigit. Quare errare non põt. Sciendũ autem ꝙ duplex est ueritas, uel substãtiua, uel falso opposita. Substãtiua quidẽ, ut si ita dicã, Hic hõ est ꝓprie: Hoc aũt dico, ut ad eum, qui est in pictura. Ille enim nõ est homo proprie: illud ergo, eum esse, uel subsistere, de solo hoĩe uere dicit̃. Hæc cum de intellu dixisset, ꝙ terminũ uere cognoscit, cõuertit̃ ad cogitationẽ, & dicit ipsam non solum esse uerã, sed etiã falsã. Iam uero & aliud est, ꝙ intellus qdem oĩa uniformiter nouit: cogitatio aũt, ut in cõpositione: & nõ idem est. Intellus enim, ut cõtinuũ, & unum, nouit, qđ nouit. cogitatio aũt, ut cõpositum ex multis, ipm̃ nouit: quẽadmodũ in porta: ipsa enim ex multis lignis est cõposita. Et similis est cogitatio Empedoclis amicitiæ, q̃ ea cõposuit, q̃ sunt ex ɔtentione diuisa. Certe & ab Empedocle dictũ est, ꝙ nisi esset amicitia, multorũ uertices collo carentes germinassent: hoc est, fuissent capita sine collo, nisi eẽt, quæ ea cõnectit, amicitia. Tertiũ ad hæc dicit esse cogitationis propriũ, ꝙ ipsa fallatur, uel ꝓpter p̃dicatum, uel ꝓpter tẽpus. Si enĩ dixero, Homo alatus uel est, uel erit, uel fuit, falsa est ꝓpositio, ꝓpter p̃dicatum terminũ, dico autem alatum. Si aũt dixero, Heri Troiana fuerũt, hic ꝓpter tẽpus fuit falsa ꝓpositio. in æternis aũt circa id tantũ, quod p̃dicatur, fit falsum: nõ ita aũt & circa tẽpus. Si enim dixero, erat, uel est, uel fuit deus, semper uerũ dico. Quod enim semp est, dico. In nõ æternis aũt, & sm tempus, falsa fit ꝓpositio, & scđm p̃dicatum. Secũdum p̃dicatum qdem, ut si dixero, Hircoceruus est nũc, falsum.n. extitit, nõ scđm tempus nũc, sed sm p̃dicatum, est: & rursus si dixero, Vmbra nũc est corpus, falsum extitit, nõ sm illud, nunc: nõ solum enim nũc non est corpus, sed neq; erat, neq; erit, sed sm id, quod dixit, corpus est. Quare in generabilibus falsum fit dupl'r in cogitatione, uel sm p̃dicatum, uel sm tẽpus. in æternis aũt scđm p̃dicatũ tantum, Intellus autẽ nihil habet horũ. Semper enim oĩa intelligit: & nõ habet falsum, nec sm prædicatum, neq; sm tẽpus. Quartum aũt in his dicit cogitationis ꝓprium, ꝙ ipsa quidẽ circa ꝓpositiones uersat̃: intellus aũt circa terminos. Quãdo aũt dico circa ꝓpositiones, ne existima me hoc dicere iuxta modũ dictũ in logica, ꝙ circa affirmationẽ uersatur, tãquã cõpositionẽ, qm̃ ipsa cõponit prædicatum cum subto: circa negationẽ aũt, ut diuisionẽ, quoniã ipsa negat, & diuidit p̃dicatum à subiecto: nõ albus.n. inquit, hõ: nunc enim dicimus ꝙ cogitatio & circa affirmationẽ uersat̃, ut diuisio, & cõpositio. Si enim affirmatio, q̃tenus qdem coniungit, cõpositio dicit̃: quatenus aũt est in duobus, q̃ possunt diuidi, diuisio est. Negatio aũt, etiamsi dicit, nõ albus Socrates, ei nigrũ ɔiungit, & rursus est cõpositio: est & diuisio, q̃tenus album ab eo seiungit: & sic nũc cogitatio dicitur circa ꝓpositiones uersari. Hæc cum dixisset tanquã per digressionẽ, qm̃ dixit, quomõ intellus intelligit terminum: q̃rit deinceps, qũo intelligit indiuisibilẽ magnitudinẽ, quod erat sm indiuisibilis significatum. hoc autẽ est & tertiũ. Magnitudo enim est tertiũ: & totum.n. est, & partes habet, & est cõpositum. Et, ut totũ quidẽ, ipsam intellus sine tẽpore intelligit, & in istanti. Neq; enim põt intellus ipsam in tempore intelligere. Omne.n. tẽpus est diuisibile. Si enim in diuisibili itelligeret: &, quod intelligit̃, quod est magnitudo, esset diuisibile. Sicut.n. habet tẽpus, ita & magnitudo. Atqui est indiuisibile actu: ut totum enĩ ipm̃ intelligit: totum aũt est indiuisibile. nõ ergo ipm̃ in tpe intelligit, sed in instãti, siue nunc. Quòd nisi sine tẽpore, & in instãti ea intellus sciret, non amplius totũ intelligeret in ipso tẽpore: & inueniretur aliqñ nõ cognoscens. Cogitatio aũt in tẽpore ipsam cognoscit. Atqui & ut partes hñtem, ipsam intelligit magnitudinẽ intellus diuersas partes in diuersis instãtibus intelligens, unãquãq; ptẽ actu nũc itelligẽs: ut cõpositũ aũt, ipsas nõ amplius intelligit intellus, sed cogitatio. Cum ergo magnitudo tribus modis intelligat̃: ut totũ: ut partes hñs: ut cõpositum: duo qdem intellus intelligit: ut totũ, & ut ptes habentẽ: Vt cõpositũ aũt, cogitatio. Materialẽ uero

formã nouit intellus,nõ utiq; p se,sed per mediã imaginationẽ.Sensilia enim nõ põt per se itelligere intells:opus enim habet imaginatiõe.Hęc ergo nouit p intermediã imaginationẽ.Non aũt,quia per intermediã imaginationẽ intellus intelligit,iam ppea diuisibiliter intelligit.Inest eni & in imaginatione aliqd indiuisibile.&,q; hoc uerũ sit,manifestũ est:eo,q; primi typi à secũdis nõ delenturt nempe,q; in ea,uidelicet,sit quid indiuisibile.Et sm hoc indiuisibile eam itelligit intellus,ut ipsam rursus indiuisibilẽ intelligat.Rursus,quod in quãtitate est indiuisibile,intelligit intellus sm negationem.Sicut enim lucis negatione tenebras intelligimus:sic numeri negatiõe itelligimus unitatẽ: & tẽporis negatione,istans, & qd nunc est:& magnitudinis negatione,punctũ. Quare scdm negationem itelligimus,quod est in quãtitate indiuisibile.Si quis aũt dicat,& nigrũ scdm albi negationem cognosci,fallit.Ambo enim formã sortita sunt:& ambo agunt:hoc quidẽ ɔgregans:illud uero disgregãs:& ambo per se affirmatiue cognoscũtur. Nisi forte nigrũ p tenebris accepis:ut illud, Nigræ mortis.& hæc qdem noster intellus negatiue cognouit.Diuinus aũt intellectus oĩa affirmatiue,& applicatiue cognouit,pter malũ.Hoc enim nõ nouit,ut id nõ faciat.Quod.n.nouit, id & facit.Est eius enim substãtialis cognitio.& ideo dictũ est,Dixit & facta sunt.Hoc aũt sacræ scripturæ uerbum põt duobus modis exponi.Quoniã,qd cognoscit,& dicit,hoc etiam fit: uel qm est repentina,& q̃ momẽto tẽporis pficit,eius opatio,ppea dictum est, Dixit & facta sunt. Ex hoc aũt habes quoddã corollariũ,quod sequit.Si enim negatiue dicit intellm operari:nõ utiq; de intellu diuino uerba facit.& sic qui in nobis est intellus,cognoscit id quod in quãtitate est indiuisibile.Immaterialem autem formã cognoscit sm hęc qnque.Vel enim ut cãm,idq; uel effectiuã, uel perfectiuã.Neq; enim ut finalẽ tãtum,ut quidã putãt,ipsam cognoscit:&, ut nõ hñtem ɔtrarium, ipsam cognoscit. Nostro enim lumini,& bono est aliqd cõtrarium.Apud ipm aũt non est: cognoscit autẽ ipsum,ut &,quod intelligit,&,qd intelligit.Intus.n.habẽs deus cognoscẽdi facultatẽ, etiam seipm intelligit. Quoniã ergo hæc dicta sunt,in his finitur cõtemplatio,pro est gratia.

Vt qui vnum sint,vt ait Empedocles,certe multorũ quidẽ vertices colli expertes germinarunt: deinde,amicitia componit: sic & hæc separata componuntur:

Vide,quid dicit,q; intellus quidẽ uera solũ nouit:in iis aũt,in quibus est falsum,& uerũ,hoc est cogitationis:& in iis,in quibus est cõpositio, rursus est hoc cogitationis. Et ecce duo interea dixit cogitationis ppria. Hanc aũt,inquit,cõpositionẽ,tanquã unũ,diuidit cogitatio.& recte dixit illud, tanquã.Neq; enim,ut unũ,pprie nouit ipsa.ut unũ enim nosse,pprie est intellus,sed, ut in appositione unum, ipsam nouit intellus.Quare & cum Empedoclis amicitia societatem habet,quatenus illa quoq; in appositione unit,& non proprie.

Vt incommensurabile,siue discrepans,& diameter.

Quid uult dicere?Quòd etiã iuxta pdicatũ uel uera ẽ uel falsa cogitatio. Si.n.dixerit diametrũ cõmensurabile,fallit pp pdicatũ,cõmensurabile. Est.n.semp incõmensurabilis, & discrepãs latere. Si aũt dicat,Incõmẽsurabilis,& discrepãs est diameter,uera est ppter pdicatum.

Si autẽ eorũ,quæ fiunt,vel futura sunt,tẽpus,ad vnũ mente agitans,& cõponens.Falsum enim semp in cõpositione.Nam & albũ non albũ,qđ non albũ,cõposuit.Cõtingit aũt & diuisionẽ oĩa dicere:Est ergo non solum verum vel falsum,q; Cleon est albus,sed & q; erat,vel erit.

Quid per hęc dicere pponit?Quòd sm tẽpus recte,uel male cõpositũ,fit falsum,uel uerum in rebus.Si enim dicis,Erunt Troiana,falsum dicis ppter futurũ tẽpus.Si aũt dicas,Fuerunt,uerum dicis ppter tẽpus præteritũ.Semper enim,inqt,in cõpositione est uerũ,uel falsum,nõ in rebus simplicibus.Si enim albũ Socratem dixeris nõ album,falsum dicis.Et si nõ album dixeris albũ,falsum dicis ppter cõpõnem nõ congruã. Et quia utiq; dixit affirmationẽ,& negõnem eẽ cõpositionem: dici autẽ,inqt,põt ambo quoq; esse diuisionẽ,quia sunt ex rebus diuersis:& fieri põt,ut diuidanẽ in terminos,ex quibus sunt cõpositi.Recte autẽ dixit illud,Cõtingit:certe dici quidẽ põt affirmatio,diuisio,ut q̃ apte diuidat in subtũ,& pdicatum:negatio autẽ qdã cõpositio,ut q̃ ex subiecto,& pdicato cõponaẽ.Et hic quidẽ sic dicit:in logica autẽ affirmationẽ quidẽ dicit cõpositionẽ:negõnẽ autẽ diuisionẽ.Sed & q; erat,uel erit,qd dicit?Quòd si sit pdicatus falsus,qui in unoquoq; tpe dr, falsa est.Vt si dixeris Cleonẽ album,qui non est albus:& si dixeris,q; est albus,uel erat,uel fuit:falsum dicis ppter prædicatum.Tps.n.in hoc differentiã nõ inducit.& uide,q; alia quoq; duo ppria cogitationis

cogitationis adiecit,quod est circa negationem,& affirmationem uersari,quam cõpositionem appellauit:& eam esse falsam,uel ppter prædicatum,uel ppter tempus dixit.

Quod autem vnum facit,hoc intellectus,vnumquodq;.

Hoc est,qđ & superius dictum est.in hyperbato autẽ orõnẽ sic lege:Quod autẽ facit unũqdq; horum unũ,intellectus.Diximus.n.ꝙ intellectus etiã diuisibilia idiuisibilr intelligit.Et uide,ꝙ p eo,qđ est intelligere,facere dixit ualde admirabiliter.Sicut.n.id,quod est,oĩbus eẽ impertit:& pulchrum pulchris ut pulchra sint:sic & intellectus sm suã ipsius simplicitatẽ,& unitatẽ,q̃ sunt cõposita,facit simplicia.Tãq; enim simplicia,ea itelligit intellectus,& non ut composita.

Indiuisibile autem quoniã duobus modis,vel potẽtia,vel actu,nihil phibet intelligere indiuisibile, quando intelligit longitudinem.Indiuisibile enim actu,& in tempore indiuisibili.

Ad scdm indiuisibilis uenit significatũ,qđ est magnitudo,siue cõtinuũ.Vel,potẽtia quidẽ est diuisibile:actu aũt idiuisibile,ut magnitudo:uel,actu qdẽ diuisibile,potẽtia autẽ idiuisibile,ut aq̃.Intellectus ergo/inqt/&,qđ est potẽtia diuisibile,ut actu idiuisibile,nouit:&,qđ est actu diuisibile,ut potẽtia idiuisibile.Nouit aũt hæc/inqt/& in tẽpore idiuisibili,ne in dimidio sit dimidiũ. Vocat aũt tps indiuisibile,instãs,& qđ nũc est,male dicẽs.Instãs.n.& illud,nunc,nõ est tps,sed principiũ tpis. Nunc aũt dico momẽtũ.Si autẽ acceperis illud,nũc,qđ est in latitudie,hoc & principiũ habet & finem;& tps est.Nũc aũt de momẽto tpis,qđ nũc est,ã nobis sermo habet.Nõ quia aũt duobus modis est idiuisibile,dixit,ꝙ solũ est idiuisibile duobus modis:sed ꝙ sm ipsam magnitudinis sctionẽ in duo tãtũ diuidit.Magnitudo.n.uel potẽtia est indiuisibilis,uel actu.Lõgitudo aũt actu qdẽ est continua,potentia aũt diuisa.Lõgitudinẽ aũt nunc audi,p eo qđ est,cõtinuũ.Dicit ergo,nihil esse, quod phibeat intellectum lõgitudinẽ,non quatenus est diuisa,intelligere,sed quatenus continua. Est enim actu continua.Hoc autem ut confirmatorium accepit eius,quod superius dictum est: quòd composita intellectus,ut simplicia,apprehendit.

Similiter enim tẽpus diuisibile,& indiuisibile,vt longitudo.

Qm̃ dixit,ꝙ in idiuisibili tpe itelligit:ne quis dicat,ꝙ tps est indiuisibile,dicit tps esse & diuisibile,& idiuisibile,male dicens.Ipm.n.Nunc,accipit pro tpe idiuisibili,nesciẽs,ꝙ eius, qđ est quãtum, principia nõ sunt quãtitate pdita.Principiũ ergo temporis nõ est tempus.

Dici ergo põt,quid in vtroq; dimidio cogitet.non põt aũt,nisi fuerit diuisa,pter quã potẽtia.

Hoc rursus est cõfirmatoriũ eius,quod superius dictũ est,ꝙ,q̃tenus tẽpus est diuisibile, id mẽte comphẽdimus,& nõ,q̃tenus est idiuisibile.Decẽ pedũ lignũ in dimidio fortasse temporis dimidiũ ligni mẽte cõcipimus,qđ est qnque pedes:& in alio rursus dimidio temporis,alios qnque pedes Quod quidem non sic uidetur.Magnitudo enim/inqt/non est actu diuisibilis,ut dicas,quòd dimidium in dimidio temporis intellexit:sed est potentia tantum diuisibilis.Intellectus autem ipsam,ut actu indiuisibilem,nouit.

Seorsum autem vtrũq; dimidiorũ intelligens,tempus etiã simul diuidit:tunc autẽ veluti magnitudines.Si autem,vt ex vtrisq;,& in tempore,quod est in utrisq;.

Illud autẽ,Intelligẽs,pro eo qđ est,cogitans/dixit/abusiue loquens.Nunc.n.ab eo de cogitatione agitur.Qm̃ enim dixit,intellm idiuisibilr itelligere/dicit/ꝙ cogitatio diuisim,& seorsum unũqdq; nouit.Porrò & quãdo ipsa unita nouit,& simul:sic ipsa nouit, ut magnitudines ex duobus qbusdam cõpositas,quod dixit,ex ambobus.& in tẽpore ea nouit, qđ est,in utrisq;: id est diuisa:& non amplius,ut magnitudinẽ:sed,ut diuersas magnitudines.Hoc est.n.quod dicit,ueluti magnitudies. & rectè addit illud,Veluti magnitudies.Vna.n.subiicit magnitudo,quã si scdm diuersa tẽpora intelligit intellus,erunt magnitudines,qđ actu una est magnitudo,qđ est absurdum.

Quod autem est, non secundum quantitatem,indiuisibile, sed forma,id in indiuisibili tẽpore intelligit,& indiuisibili intelligentia animæ.

Tertium est significatũ indiuisibilis. Quasi diceret, ꝙ continuũ qdem nihil phibet intelligere,

ut indiuiſibile. Quod aũt eſt forma unũ, & indiuiſibile, citra ɔtrouerſiã in indiuiſibili tẽpore, & in indiuiſibili aiæ facultate cognoſcit. Quæ eſt aũt indiuiſibilis aię facultas, niſi ſcilicet intellẽus?

Per accidens autem, & non, quatenus illa diuiſibilia, id quo intelligit, & in quo tẽpore: ſed quatenus indiuiſibilia. Ineſt enim & in his quid indiuiſibile, ſed fortaſſe non ſeparabile, quod facit vnum, tempus & magnitudinem.

Materialem, inquit, formã intellectus indiuiſibilẽ intelligit per accidẽs. Per ſe enĩ materialis forma eſt indiuiſibilis, q̃tenus etiã cum extenſione aliqua cõſideramus in infinitũ factam cõtinui diuiſionẽ. Per accidẽs aũt dicunt habere ĩdiuiſibile: eo ꝙ eis exterius, & aliunde acceſſerit unio. Hoc eſt ergo, quod dicit, non, q̃tenus, pro eo qđ eſt, non ſicut formæ illæ materiales ſunt diuiſibiles, ſic eas intelligit intellẽus: ſed, etiãſi ſint diuiſibiles, ipſas indiuiſibilr intellẽus intelligit: quia eas indiuiſibili ſui parte anima intelligit. Eſt aũt indiuiſibilis aiæ pars intellẽs, & in tẽpore indiuiſibili. Expone autẽ & ſic, ꝙ formas, & ſpecies intellectus cognoſcit in tẽpore indiuiſibili, & in indiuiſibili aię facultate per accidẽs: eo ꝙ ne illę quidẽ per ſe ſunt indiuiſibiles: ſed habẽt unionẽ per accidens. Quid eſt ergo, quod intellectus intelligit per accidẽs? & dicimus ꝙ ipſe qdem à natura habet, ut indiuiſibiliter intelligat: Per accidẽs aũt iudiuiſibile intelligit: qm̃ ipſis intelligibilibus accidit, ut ſint indiuiſilia per accidẽs. Quidã aũt dicunt ip̃m dicere animã imaginationẽ: & quid uult dicere, ꝙ utens imaginatione intellẽus formã materialẽ intelligit? Vtitur aũt, inquit, indiuiſibili parte imaginatiõis. Habet enim partẽ indiuiſibilẽ, ut oſtendit ex hoc, ꝙ, qui ſunt in ea primi typi, à ſecũdis non delentur. Per accidẽs aũt, inquit, diuiditur & imaginatio, ꝙ ſit in ſubiecto diuiſibili. Nã & forma ea eſt rõne diuiſibilis. Quo ergo, inquit, inſtrumẽto utens intellẽus intelligit, utpote imaginatiõe. Eſt aũt ipſa diuiſibilis per accidẽs, & non, q̃tenus eſt imaginatio. Iam & in tẽpore, in quo intelligit, intellẽus eſt iudiuiſibilis: rurſus aũt tẽpus, inſtans, ſeu, quod nũc, appellauit. Eſt aũt & ip̃m, nunc, diuiſibile per accidens, ꝙ ſit in tẽpore diuiſibili. Quãtum ergo colligi põt, hoc dicit, ꝙ etiãſi per accidẽs imaginatio diuiditur, & qđ nunc tẽpus: ſed tamẽ hęc, ut indiuiſibile, & unũ, accipiẽs intellẽus, formã materialem intelligit. Nũquid aũt dici põt, ꝙ ſocietatẽ quoq; uoluit dicere, quã inter ſe habet imaginatio, & forma materialis, ꝙ ambo ſunt diuiſibilia per accidẽs. Ineſt enĩ & in his aliqd indiuiſibile, ſed fortaſſe, non ſeparabile. Eſt, inquit, & in tẽpore, qđ nunc, indiuiſibile: rurſus aũt abutit: ſed & in imaginatione eſt indiuiſibile, quo utitur intellẽus. Cur aũt dixit fortaſſe, & dubitauit? Nondũ in cõfeſſo eſt imaginationẽ non eſſe ſeparabilẽ, ſed corruptibilẽ. Nunqd ergo dici põt, quoniã eã intellectũ paſſiuũ appellauit, & eã cum intellectu coopari dixit, ꝑpea nõ potuit eã dicere ĩſeparabilẽ, ut ĩtellectũ: & ideo dubitauit. Deĩde qm̃ dixit nõ eẽ ſepabilẽ, ait, ꝙ nõ eſt ſeparabilis. Quo qdem ſeparabili oia ut unũ, intelligunt, & magnitudo, & tẽpus. Hoc enim ſeparabile in omni magnitudine, uel tẽpore uel cõtinuo, ut ĩ uno eſt: & ideo intellẽus, ut qui ſit ſeparabilis, omnia, ut unum, nouit.

Et hoc eſt ſimiliter in omni continuo, & tempore, & magnitudine.

Hoc eſt, pro eo qđ eſt, forma indiuiſibilis, & inſeparabilis in toto eſt tẽpore, & magnitudine.

Punctus autem, & omnis diuiſio.

Hic eſt aliud ſignificatum indiuiſibilis, quod in quãtitate eſt indiuiſibile: idem eſt aũt dicere de omnibus diuiſibilibus. Sed qm̃ eorum, q̃ ſunt oĩno diuiſibilia, hæc qdem per priuationẽ cognoſcũtur: illa uero per ſe: primũ dicit de iis q̃ per priuationẽ, ut q̃ ſunt nobis notiora, ut punctus, inquit. Ipſe enĩ, ut in cõtẽplatiõe dictũ eſt, cõtinui negatiõe cognoſcit, & poſt punctũ inducit, qđ ſic quoq; eſt indiuiſibile, ut uerbi gr̃a, linea, & ſupficies. Hæc enĩ ſunt aliorũ fines: & fortaſſe dixerit aliquis: Quid ergo, linea & ſupficies ſunt indiuiſibilia? & dicimus, ꝙ q̃tenus qdem ſunt aliorũ fines, ſunt indiuiſibilia. Horum aũt omnino meminit, ꝙ non ſolũ punctus eſt diuiſio lineæ: ſed ꝙ & linea eſt diuiſio ſuperficiei: & ſuperficies ſolidi.

Et, quod ſic eſt indiuiſibile, declaratur, vt priuatio, & ſimilis eſt ratio in alijs.

Et, quod ſic eſt, inquit, indiuiſibile. Sicut aũt punctus, ſic & ipſum declaratur ſm̃ priuationem. Hoc aũt dixit ꝓpter incorporea, & diuina, q̃ priuatione non cognoſcunt. Priuatiõe enĩ ꝓfundi ſuperficies cognoſcitur. Linea aũt cognoſcit priuatione ꝓfunditatis, & latitudinis. Pũctus aũt priuatione ꝓfunditatis, latitudinis, lõgitudinis. Hæc aũt diuiſiones merito appellauit. Punctus enĩ lineã

diuidit: & linea superficiem: & superficies corpus: per se autem sunt indiuisibilia.

Quemadmodũ, quomodo cognoscit malũ, vel nigrũ: cõtrario enim quodãmodo cognoscit.

Quòd malum honesti est priuatio in cõfesso est. Quòd aũt nigrum albi priuatio est, falsum est. Est enĩ nigrum forma ꝓditum, ut diximus. Nunquid ergo pro tenebris dixit nigrũ, ut albi priuatio sint tenebræ: album autem, ut intelligas lucem? eius enim priuatio sunt tenebræ.

Oportet autem potentia esse, quod cognoscit, & inesse in ipso. Si autem non est alicui ex causis contrarium, ipsum seipsum cognoscit, & est actu, & separabile.

Inesse dicitur, pro eo quod est, intus esse: nũc aũt quærit, quõo oportet Deum intelligere: & duo quidem præsumit. Primũ qdem, ꝙ oportet id, quod intelligit, esse potẽtia, ut, quod intelligit. Potẽtia autẽ dicit ſm aptitudinẽ: non uult enim Aristoteles esse rerum rõnes in aĩa. Sicut ergo, inquit, potentia est, quod intelligit: sic oportet esse &, quod intelligit. Oportet enĩ, qđ cognoscit, ei sic assimilari, quod cognoscit, & simile ei reddi, & idem eẽ potẽtia: & rursus, quod cognoscit, inesse in ipso, quod cognoscit: qđ est ſcđm. Et qa hæc sic habet, qđ ĩtelligit: Deũ cognoscit ſm quinq̃ q̃ dicta sunt, & ea dicit, præterquã illud, ut cãm. Dicit aũt ipsum nihil hr̃e cõtrariũ, utpote qui nullã cum alio cõiunctionem, uel oĩno oppositionẽ habeat: qm̃ ipse trãscenderit. Quòd aũt actu quoq; est, & ipm seipsum cognoscit. Illud aũt separabile, ut Plutarchus inquit, non solũ intellige à materia corporũ, sed etiã ab aĩalibus facultatibus. Quod quidẽ dicere uolens separatũ, dixit separabile. Diuina enim sunt separata. Quare ſm rõnẽ Aristotelis, Cuicũq; rei causæ existẽti nõ est cõtrariũ, illa res ipsa seipsam cognoscit: & actu est, & est separabilis: & non solũ intellectus, sed & aliud tale fuerit.

Est autem propositio enuntians aliquid de aliquo, vt affirmatio, & vera & falsa omnis. intellectus autem non omnis.

Postquã ostendit Aristoteles, ꝙ est æternus intellectus: & ꝙ à sensu differt & quõo intelligere fit secũdum differentiã intelligibiliũ: non prius ab intellectu recedit, q̃ absolute dicat, quõo discernat, & distinguatur. Et tribus qdem modis discernit intellectũ: eum, qui circa simplicia uersat, ab eo, qui uersatur circa cõposita, quod est cogitatiõis, intellectũ, qui est potẽtia, ab eo, qui est actu: actiuũ intellectum à cõtemplatiuo. Et primũ qdem una differẽtia discernit: ſm alt duabus: & tertiũ tribus. Differt ergo, inquit, qui circa simplicia uersat intellectus, ab eo qui circa cõposita uersat, id est, à cogitatione: ipsa.n. circa cõposita uersat: ꝙ intellectus qdem semp est uerus: cogitatio aũt & uera est, & fallitur: & neq; simile est uerum cogitatiõis uero intellẽs. Est enĩ intellẽs uerum substãtiale: cogitationis aũt est in cõpositione alicuius ſm aliquid: & est intellẽs qdem sensui similis, qui uersat circa ꝓpria sensilia, qui est semp uerus. Cogitatio aũt est similis sensui, qui uersat circa sensilia per accidens. Ipse enim aliqãdo qdem fallitur, aliquãdo uero est uerus, & est in cõpositiõe: aliud enim ex alio cognoscit, ut ex albo, ꝙ homo est. Simplices ergo mẽtis cõceptus, ut qui habeãt ꝓportionẽ, & cõuenientiã, cum sensu, qui ꝓpria gerit negotia, & est semp uerus, ueri semp sunt. Mentis autẽ cõpositi cõceptus, ut qui ꝓportionẽ habeant cum sensu alẽna gerente negotia, & qui aliquãdo quidem est uerus, aliquãdo uero fallitur, ꝓpterea & ipsi aliquãdo qdem sunt ueri: aliquãdo uero falluntur. Sic ergo discernit eum, qui circa simplicia uersat, ĩtellectũ, ab eo, qui circa cõposita uersat. Deinde discernit intellectũ, qui est, potentia, ab eo, qui est actu. Primũ qdem, ꝙ intellectus actu res ipsæ est. Qui est autẽ potentia, non est res ipsæ, nisi ipsas intelexerit. Secũdo autẽ, ꝙ intellẽs qdem potẽtia, in ꝑticulari tẽpore, eo, qui est actu, prior est: in uniuerso autẽ non est prior: est enĩ semp & actu & potentia. Oportet enĩ semp esse, quod actu est, ut id, quod est potẽtia, in id, quod est actu, reducat. Postq̃ ergo hoc sic distinxit, discernit & intellectũ cõtemplatiuũ ab actiuo: & hãc dicit primã differentiã, ꝙ actiuus qdem intellectus semp circa particularia uersatur: cõtemplatiuus aũt etiã circa uniuersalia. Secũdam dicit differentiã. Actiuus quidẽ semp imaginatione utitur: cõtẽplatiuus autẽ non semp. Tertia est differentia, ꝙ sit in cõtemplatiuo qdem uerũ, & falsum: in actiuo aũt bonum, & malũ: atq; adeo hęc est melior differentia. Secũda enĩ non est ualde necessaria: nã & intellẽs semp cõtemplatione utitur. Sciendũ est autẽ, ꝙ non est alius ab actiuo cõtemplatiuus intellẽs, subiecto. Sicut enim non est alius, qui est potẽtia, intellẽs, ab eo, qui est actu, subiecto: idem enĩ est: sed solum tempore differt: sic & habet intellectus actiuus ad contẽplatiuũ. Subiecto enĩ idem est, sed est habitudine diuersus. Contẽplatiuus enim habet ꝓportionem cum uisu, qui colorum species tantum

uidet, & cognoscit, quod hoc quidem hoc est album, illud uero nigrum. Actiuus autem intellectus habet proportionem cum uisu non solum colorum species cognoscente, sed &, quod delectat, sibi asciscente, quod autem molestia afficit, auersante. Sicut enim uisus qui præter nigrum, & album, quod est iucundum, & molestum, cognoscit: sic & actiuus intellectus non solum uerum, & falsum cognoscit, sed & bonũ, & malum, & ꝓportioné qdem habet, quod in uisu est iucũdum, cum bono: quod aũt in uisu est molestũ, cum malo. Sæpe aũt intellũs quod molestũ est, pro iucũdo eligit: eo ꝙ sit, qđ molestum est, bonũ, quod aũt iucũdum est, aliquãdo etiam malũ. Quare hæc est dr̃ia, ꝙ cõtẽplatiuus quidẽ intellũs operaẽ sine appetitu, ueritatẽ solũ & falsum cognoscẽs. Actiuus autem ĩtellũs cum appetitu operaẽ, ꝙ sciat quidnã bonũ quidẽ est, quidnã uero malum. Postquã hucusq; ꝓduxit dr̃iam inter actiuũ, & cõtẽplatiuũ, aliã quoq; tradit differẽtiã intellũs à sensu. Quoniam.n. & in discernẽdo intellũ à cogitatione, & rursus in tradẽda dr̃ia cõtẽplatiui ab actiuo, intellũm sensui assimilauit: ne quis existimaret, ꝙ in oĩbus similis est intellũs sensui; ꝓpterea nunc tradit dr̃iam inter intellectũ, & sensum: & dicit, ꝙ particularis sensus, ut uisus, nouit albũ, & nigrum: & est cõe uehiculum albi, & nigri, uisus: albi autẽ, & dulcis cõis sensus cõe est uehiculum. Differentiã, quã habet albũ ad dulce, nõ nouit uisus, sed cõis sensus: Sicut ergo ꝑticulariũ sensuum terminatio est cõis sensus: sic & cõtẽplatiuorum intelligibiliũ cõmune est uehiculũ, intellectiua cognitio, & actiuorũ: quẽadmodũ boni & mali, intellectiua actio. Vtrorũq; aũt, & cõtẽplatiuorũ, & actiuorũ intellũs est uehiculũ. Et intellectiuã qdem cognitionẽ Plato προσεκτικόν, id est attentiuũ appellat. intellectiuã aũt actionẽ συνειδός, id est conscium. Hæc aũt dicebat esse subto eadem. Nã & cognoscens agit: cũ cognitione enim uita ɔiuncta est: & unũ est quod dicit: ego ĩtellexi, & cõuersus sum. Si hoc enim nõ sic habet, est rationi ɔsentaneum dicere, ꝙ tu qdem hoc, ego uero illud senserim. Hæc aũt ratione differũt, ꝙ hic qdem agat, ille uero cognoscat: & in hac qdem est opĩone Aristoteles. Porrò & secundum ipsa subiecta communionem habent, & societatem. Quod enim bonum, etiam uerum est: Quod autem malum, falsum. Sed differunt, quoniam bonum ad aliquid dicitur. Quod enim ad animam bonũ est in uirtutibus, hoc est malum corpori. Verum autem non dicitur ad aliqd, sed semp idem est uerũ & honestũ. Neq;.n. Plato est admittẽdus dicens, ꝙ furenti ensis depositũ cõfiteri, uerũ qdem, malum aũt. Verum enim sm Aristotelẽ, q̃tenus uerũ, semper honestũ. Sciendũ autẽ, ꝙ, etiãsi diximus similẽ esse cõem sensum ĩtellectui: qm̃, sicut cõis sensus est terminatio oĩum particulariũ sensuũ, sic & oĩum intelligibiliũ terminatio est intellũs, & cogitabilium, & opinabiliũ: ueruntamẽ est quædã differẽtia. In sensibus eni est alius cõmunis sensus præter quinq;: in ĩtelligibilibus aũt non est aliud, quod cognoscit ꝑter tria: sed unũ est ex tribus, quod cognoscit differentiã. Intellectus enĩ, cum sit pars triũ: & opiniõis dico, & cogitatiõis, & intellectus: ipse nouit differentiã intelligibilium ad cogitabilia, & cogitabiliũ ad opinabilia. Hæc est ergo differentia intellũs à cõmuni sensu. Sciẽdũ aũt, ꝙ sicut cõmunis sensus nõ solũ ea nouit, q̃ cognoscũt sensus particulares, sed & alia ꝑter hæc: nouit.n. cõis sensus dr̃iam sensiliũ, q̃ cadũt sub sensum, hoc sensibus, ut iã diximus, nesciẽtibus. Particulares.n. sensus dulce & albũ tãtũ cognoscũt: Cõis autem sensus nõ hæc tãtũ, sed & ipsorũ nouit dr̃iam: sic ergo & ĩtellũs nõ solũ intelligibilia, & cogitabilia, & opinabilia nouit, sed & eorũ dr̃iam. Quæ.n. deteriora cognoscit, & meliora scit. Quæ aũt meliora nouit, deteriora nescit. Dr̃iam ergo cogitabiliũ, & ĩtelligibiliũ, uel cogitabiliũ, & opinabilium nõ nouit, nec cogitatio, nec opinio: eã aũt ĩtellũs cognoscit: utriſq; ergo melior est, & cogitatiõe, & opinione. Est ergo eiusmodi ꝓportio. Sicut nigrũ ad ꝓpriũ mẽtis cõceptũ: sic & albũ ad ꝓpriũ mẽtis cõceptum: & ècõuerso, sicut nigrũ ad albũ, sic mẽtis cõceptus albus ad mẽtis cõceptũ nigrum. Et in his, ꝑ eo est gr̃a, finiẽ cõtẽplatio. Est aũt ꝓpositio enuncians aliqd de aliquo, sicut affirmatio. Quid uult dicere? ꝙ differt qdẽ, qui circa simplicia uersaẽ intellũs, ab eo, qui circa composita uersaẽ: circa mente.n. cõceptã, & internã ꝓpõnẽ (inqt) uersaẽ affirmatio: Ipsa.n. ueluti simplex est, dum in animi adhuc dispõne sita est, & semp uera est. Qui aũt circa cõposita uersaẽ intellũs, in affirmatione, q̃ est sm ꝓbationẽ, uersaẽ, q̃ habet uerum, & falsum. Dicere ergo ipm uera, uel falsa, in oi accepit affirmatione, q̃ est sm ꝓlationẽ, nõ autẽ de interna. Nõ.n. oĩs intellũs, pro eo q đ est, uerus est, uel falliẽ. Simplicium.n. mẽtis cõceptuũ & intelligẽtiarũ intellũs uerus est tãtum, nõ etiã falliẽ. Quare nõ oĩs uerus est intellectus, uel falsus, ꝑpactiuum ait dictum esse. Cõtẽplatiuus.n. simplices, & puros mentis conceptus, & intelligentias apprehendens, non fallitur. Actiuus autem, quoniam & secum, & inter se formas materiales cõponit, in eo (inquit) cogitat, & propterea fallitur. Quare propter cogitationem rursus falsum sequitur.

Sed, qui est eius, quod quid est, & secũdum quod quid est esse, uerus, & nõ aliquid de aliquo.

Quasi diceret, illú solú uerú esse intellectú, qui est fm qd qd est, & fm qd quid est eẽ. Illud ergo, quid est, subam declarat: Quid est aút esse, formá, tãq̃ tale sit, quod dicit: Ille solus uerus est intellectus, qui subam, q̃ est fm formá, apphendit, id est, qui ipsam formá per se apphendit: is est aút cõtéplatiuus, qui & semp uerus est, & nõ est aliqd de aliquo, id est, nõ circa cõposita uersat. Circa cõposita.n. uersari nõ est intellus pprie, sed cogitationis. Ne existima aút q̃ itellectus quidé idé est subiecto, quod cogitatio: est aút rõne diuersus: nã & itellus à cogitatiõe est subiecto diuersus.

Sed sicut videre propriũ, verum: si autem homo, quod est album, vel non, non semp verum.

Quid est illud: uidere ppriũ? pro eo qd est, qd est sibi ppriũ uidere, & ppriũ negociũ gerere, ut uidere, quod est albú, & solũ, non itidé aút & subam, cui quidé hoc albũ inest: hoc.n. non semper uerum. Fallitur enim quandoq; sensus circa sensilia per accidens, sicut superius dictum est.

Sic autem habent, quæcunq; sine materia.

Quid dicit? q̃ sicut se habet sensus ad ppria sensilia & nõ ppria: sic &, q̃ sunt sine materia, ad itelligibilia. Sine materia aút dicit cogitationé, & itellectũ: Immateriales.n. sunt hæ facultates, & cogitabilia, & itelligibilia sunt rursus res imateriales, & itelligibilia quidé, q̃ quidé etiã simplicia dicit, ait cũ uisu habere proportionem, qui proprium uidet: cogitabilia autem, quæ etiam composita appellat, dicuntur cum uisu habere proportionem, qui gerit alienum negotium, & qui non uult solum cognoscere, q̃ album, sed etiam q̃ albus homo, uel equus.

Idem est aút sciẽtia quę est scdm actũ, qd res. Quę est aút scdm potentiá, tẽpore prior in uno.

Rem dicit, scibile. Dicit ergo sciam, quæ actu est, idé eẽ, qd scibile. Nõ cognoscit.n. scia scibile, nisi ei assimilet, & fiat q̃le ipm. Hoc aút nõ temere interiectũ est: sed qm̃ de intelligibilibus agit: intelligibilia aút per mediá sciam fiũt itelligibilia: & itellectu cognoscunt: ppterea scientiæ mentioné fecit, dicens, scientiam, quæ actu est, similem esse scibili. Quæ autem est secundum potentiam sciẽtia, est prior scientia, quæ est secundum actum in uno indiuiduo.

Omnino autem & simpliciter, nec tempore quidem. Sunt enim ex eo, quod perfectione & actu est, omnia, quæ fiunt.

Quidã libri hñt Græce ὅλως, id est, oĩno. Quidã uero ἁπλῶς, idest, simpliciter: hoc est aút, qd dicit, q̃, ut in uniuersum, & semel dicat, in uniuerso mũdo nõ est prius, qd est potẽtia, eo quod actu est: qa oĩa ex aliquo, quod pfectiõe, & actu est, pducunt in actũ, per id qd põt pducere. Illud auté, Ex eo, qd perfectiõe, & actu est, quidã dicũt nõ debere ad opificẽ referri: sed q̃ qcqd est potentia, est in alio, qd est actu aliqd aliud, ut semẽ potẽtia quidẽ est fœtus: actu aũt semẽ: & panis potentia qdẽ est sanguis: actu aũt panis. Existimo aũt eos non recte dicere, nihil.n. solũ semp actu est, ex quo oĩa pducunt, nisi solus opifex. Cũ hic auté esset Alexander, dixit perturbatã esse orõné, siqdẽ superius quoq; discreuit itellectũ, q est potẽtia, ab eo q est actu. Porro & nũc hoc ipm facit. Ad qd dicimus, q̃ duobus qdẽ modis loquitur: nõ est aũt pturbata orõ: hoc.n. nũc fecit, ut totã simul dñiam dicat.

Videtur autem sensile quidẽ, ex eo, quod est potentia, sensitiuo actu faciens. Non enim patitur, neq; alteratur. Quare hæc est alia species motus. Motus enim imperfecti actus est. Actus autem simpliciter alius est, qui est perfecti.

Quid sibi uult hic cõtextus? Vult discernere itellectũ actiuũ à cõtẽplatiuo. Priusq̃ aũt ad tradẽdam dñiam accedat: uult aliqd de sensu dicere ppter duas causas: uel q̃ hoc habet cõe itellus cum sensu, q̃ citra mediũ operat: uel quia in hac distictiõe in afferẽdis sensus exemplis magnopere delectat: ppterea dicit aliquid de sensu iã dictũ, qd potẽtia sensus est fm habitũ, & non fm aptitudiné, ut cogitatio, quãdo nõ operat. Quãdo aũt sensile adfuerit, & sensus opatus sit, tũc à psentia sensilis deducit in actũ: uenit aũt ad id, qd actu est, nõ per motũ, nihil.n. patit, nec alterat sensus, qui deducit ab eo, qd est fm potẽtiã, ad id, qd est actu. Vult.n. Aristoteles id qd à scdo potentia ad id, qd fm actu est, deducit, nõ alterari, nec pati. Vnde uel nõ est motus, uel est alia spẽs motus. Siquis.n. uult hũc motũ dicere, aliã spẽm motus dixerit pter eas, q̃ in Physica dictæ sunt, & naturã inouauerit. Deinde cõfirmat etiã, q̃ nõ est motus, à scũdo potẽtia, ad scdm actu pgressus. Dicit.n. motũ eẽ iper-

fecti actũ:motus.n.ab imperfecto ad perfectũ ferẽ,& patiẽ,& alteraẽ.Quod est aũt ſm potẽtiã,perfectũ est.Perfectorũ aũt actus nõ est motus,sed aliquid aliud pręter motum.Non est ergo motus, à secundo potentia deductio ad secundum actu,sed mutatio.

Sentire ergo simile est ei,quod est dicere solũ intrinsecus,& intelligere.Quãdo aũt iucundũ,vel molestum, veluti affirmans, vel negans persequitur,vel fugit: & est delectari, vel molestia affici, operari sensitiua medietate ad bonum,vel malum,quatenus talia.

Discernit intellectũ cõtẽplatiuũ ab actiuo,& qd dicit? ꝙ,sicut sensus,qui habet tãtũ dicere intrinsecus,idest cognoscere,& ĩtellectu cõphẽdere,diciẽ cõtẽplatiuus.Qui aũt habet ut molestia afficiaẽ & delecteẽ,affirmare ait,& pſequi,qm̃ ipm̃ suscipimus,& ad ipm̃ uenimus.Suscipere ergo ipsum dixit & affirmare.Molestũ aũt negamus:ipm̃.n.nõ suscipimus,sed & fugimus. Tãquã aũt/inquit/iudicatiua facultate actiui ĩtellꝰs iudicaẽ bonũ & malũ.Ne ergo omnia de eodẽ accipe.Deinde qm̃ ostẽsum est superius,idẽ eẽ subiecto sensum,qd appetitũ:cũ oporteret aũt dicere,ꝙ actiuus intellectus cũ appetitu operaẽ,dixit,ꝙ cũ sensu,eo ꝙ subiecto idẽ sit sensus,& appetitus. Ad bonum, uel malũ,q̃tenus talia. Recte aũt adiectũ est illud, Quatenus talia:neq̃.n.ipsa per se sunt bona uel mala,sed ut ad aial:ut,qd seruat quidẽ,dicatur bonũ:quod aũt corrũpit,dicaẽ malum.

Porrò & fuga,& appetitus idem,qui est secundũ actum,& non est aliud appetitiuũ,& fugiendum,nec à se inuicem,nec à sensitiuo:sed quod quid est esse,aliud est.

Quid dixit? Quod actu molestũ est,uoluptate,q̃ est actu cõparans,ait rõne differre:uocauit autem fugiendũ qdem,quod molestũ:appetitũ aũt,iucundũ.Deinde,ne quis existimaret, ꝙ alia quidẽ facultate aliqd iucũdum appetimus,alia aũt,quę molesta sunt,fugimus:nũc dicit,ꝙ nõ differt uoluptas à molestia,nisi rõne,seu definitiõe:nõ.n.subiecto:ambo.n.sunt sub aĩa irrõnali.& qd hoc dico,cum nec sentire quidem ab eo,qd est uoluptate affici,subiecto differat? nã & hęc ambo sunt sub irrationali:in eo autem,quod quid est esse,differunt:id est,in ratione,seu definitione.Hoc autẽ dixit,ut ostendat,contemplatiuum etiã intellectum ab actiuo ratione tantum differre.

Cogitatiuę aũt animę visa,vt sensa,insunt.Quãdo aũt bonum,vel malũ affirmarit,vel negarit, fugit vel persequitur.Quare nunquam sine viso intelligit anima.

Cogitatiuã aĩam dixit,abusiue loquẽs,cõtẽplatiuũ intellectũ;& qd dicit? ꝙ ipse quoq̃ imaginatione utiẽ,ut & actiuus intellꝰs.Sed si utitur,inquit,imaginatione,huic uisa/insunt/ĩquit/ut sensa: hoc est sensus solũ,sine dolore,& uoluptate.Actiuo aũt ĩtellectui,qui habet bonũ, & malum,subra inquit sunt ueluti affirmationes,& negatiões:& sic uoluptate utitur,& tristitia: & iucundũ quidẽ pſequitur,fugit aũt,quod molestũ.Hic autẽ semp quoq̃ imaginatione utitur:eo ꝙ semp delecteẽ, uel molestia afficiaẽ,quod quidẽ nõ est sine imaginatione.Primus aũt non semp:nihil.n.particulare sine imaginatione intelligit.Vniuersalia aũt etiam sine imaginatione ĩtelligit. Ne existimes autẽ idẽ;eẽ bonũ & iucundũ,& malũ & molestũ.Est.n.iucundũ malũ rebus uti uenereis:& est molestiã exhibẽs bonũ,eẽ circa oĩa cõtinentẽ.Ne ergo putaueris actiui iucũdũ idẽ eẽ,qd eius bonum.

Sicut autẽ aer pupillã talem fecit:ipsa aũt aliud: & auditus similiter: extremũ aũt vnũ, & vna medietas:ei autẽ esse plura tribuunt.Quoniã autẽ diiudicat, qua ratione differat dulce & calidũ,est quidem & prius:dicendum autem & sic:est enim vnum quidpiam:sic autem vt & terminus.

De cõi uehiculo nũc agiẽ:& qd dicit? ꝙ sicut aer pupillã alterat:& pupilla spiritũ:& ille facultatẽ crystallinã:& ipsa excitaẽ,& uidet,cũ sit una.In eo aũt,qd est eẽ,hoc est,rõne,ab aliis iudicãtibus diuersa est.Nã & auditus silr habet unũ,qd iudicat:Sicut ergo in his,sic in ĩtellectu est cõe uehiculum,qd quidẽ est extremũ discretiuũ mediũ,& primũ quidem dicit cõtextus de uisu,& auditu:Illud aũt,Sic habet ĩtellꝰs uehiculũ,nõ dicit:sed cũ prima dixisset Phs,reliq̃ subaudiri pmisit, q̃ sunt de intellꝰ,& ad alia cõuertiẽ,dicens,ꝙ sic quidẽ particularis sensus iudicat:albũ,& dulce nõ ipse iudicat:sed q̃nã sit supius diximus,& nũc quoq̃ dicemus,nẽpe cõis sensus:ipse.n.inqt/horũ est cõe uehiculũ,existẽs/inqt/ut terminus.Terminũ aũt nũc uocat cẽtrũ circuli,à quo multę lineę pcedũt.

Et hæc quidẽ in pportione & numero,quem habent ad vtrunq̃:vt illa ad seinuicem.

Quid dicit? Quòd, ſicut terminus, hoc eſt cētrū, ſic habet & cōis ſenſus, & ꝓportione, & nūero. Proportiōe quidē, ꝙ, ſicut cētrū ſe habet ad utrāq; ex his lineis, q̄ à centro ꝓcedūt, ſic habet & cōis ſenſus ad utrūq; ex ſuis ſenſibus: & ſicut rectæ ſe hn̄t inter ſe, ſic & particulares ſenſus (inquit) hn̄t aliquā ꝓportionē. Sic quidē ꝓportiōe: numero aūt quō? ꝙ ſicut centrū, cū ſit unū, ad multas habet lineas habitudinē: ſic & cōis ſenſus, cum ſit unus, habet ad multos ſenſus habitudinem.

Quid enī refert hoc dubitare, quomodo, quæ ſunt eiuſdē generis, iudicat, vel cōtraria, vt album, & nigrum? Sit aūt vt. A. quidē album ad. B. nigrū. G. ad. D. ut illa ad ſeinuicem. Quare & è cōuerſo ſi. G. D. vni inſint, ita habebūt ſicut &. A. B. idem autem & vnū. eſſe aūt non idem. & illud ſimiliter. eadem autem ratio & ſi. A. dulce quidem ſit. B. vero album.

Quoniā dixit, ꝙ ſicut cōis ſenſus ſe habet ad ꝓpria: & ne dubita (inqt) quō, quę ſunt eiuſdē generis, nouit ſenſus particularis, ſiqdē non dubitas, quō, q̄ ſunt diuerſorū generū, nouit cōis ſenſus. idē eſt enim. Eiuſdē aūt generis uocauit albū, & nigrū: ambo. n. ſub colore. Diuerſorū aūt generū, albū, & dulce: hæc. n. ut q̄ ſub diuerſos ſenſus cadūt, ſunt diuerſorū generū. Sit aūt, ut aliqd quartū albū ad ſcdm nigrū, tertiū ad quartū, ut illa ad ſeinuicē. Nūc accepit elīta, primū qdem ſignificās album, ſcdm autē nigrū: aliquādo autē & dulce: tertiū autē & quartū ꝓ ītelligibilibus accipit: ut ſit tertiū qdem rō albi, quartū autē rō nigri: & qd dicit? Quòd ſicut cōis ſenſus nouit primū & ſcdm: ut accipias primum qdē ſilr̄ ſignificās album: ſcdm autē dulce: ſic & itellꝰ nouit tertium & quartū, id eſt eorū rōnes. Nouit autē & ècōuerſo (inqt) intellꝰ primū tertium, & ſcdm quartū, hoc eſt, etiā ſenſilia. Idē aūt & unū: eē aūt nō idē: & illud, Silr̄, ſubiecto qdē (inqt) idem eſt, formā dico albi, uel nigri, uel nigrū, uel album: rōne autē ſunt diuerſa: aliter. n. uidet albū, & nigrum, & aliter itelligit.

Formas ergo intellectiuū in uiſis intelligit: &, ſicut in illis, ipſo definitū eſt, id, quod eſt perſequendum, & fugiendum: & intra ſenſum, quando in ipſis uiſis fuerit, mouetur: ut ſentiens facem, quia eſt ignis, communi cognoſcit, dum uidet moueri, eſſe hoſtem.

Quid dicit? ꝙ actiuus itellꝰ formas rerum itelligit, utēs imaginatiōe: & ſicut in ipſa (inqt) eſt ꝓſequi, & fugere, cum ſit appetitus: ſic & in itellꝰ. Hæc ſunt qm̄ delectaſ, & moleſtia afficiſ. Vel hoc ergo dixit, uel aliud, qd uiſa, q̄ ſupius ſenſilia, appellat: iferius autē imaginationē. & quid dicit? ꝙ intellectus quidē ſimul cū ſenſilibus aliquādo operās, & lætaſ, & dolet. Aliqn̄ autē ſine ſenſu imaginatiōe utiſ, & operaſ. Quādo. n. face uiſa itellexerit, eſſe hoſtē, cum ſenſu cooperatus eſt. Qū autē cōſultās ubi bellum gerere oporteat: tunc imaginatiōe utiſ, ut ſentiēs facem, ꝙ ignis, cōi cognoſcit? Quid eſt, Cōi cognoſcit? nōnulli quidā dicūt? motu ignis. Motus. n. eſt cōe ſenſile. Eſt autē abſurdum in cognoſcēte dicere de cōi ſenſili, cognoſcens. n. dixit. Dic ergo eū hoc dicere, ꝙ ignē cōi ſenſu cognoſcimus: hoc aūt dixit, ut ſciēs, ꝙ, q̄ particulari ſenſui ſubiiciunſ, ſubiiciunſ quoq; cōi,

Quādo autē in iis, quę ſunt in anima, uiſis, uel mentis cōceptibus, ſicut uidens, ratiocinatur, & conſulat, futura ad præſentia cōparans, & quādo dixerit, ꝙ illic iucundū, vel moleſtū hic fugit, uel perſequitur, & omnino in actione, & quod ſine actione eſt verum, & falſum, in eodem eſt genere bono, & malo: ſed differt quidem eo, quod ſimpliciter, & quod alicui.

Quid dicit? ꝙ quando imaginatus cōſultauerit, ubi bellū gerere oporteat, & accōmodatū qdē locum, & iucundum elegerit, moleſtū aūt fugerit, tūc imaginationę utitur. Scire aūt oportet, ꝙ iucundum qdem, & moleſtum ſemp eſt in actiuo intellectu, in quo eſt & bonū. Differt aūt eo, quod eſt ſimpliciter, & alicui: quia uerum qdē ſemp ſimpliciter dicitur, & ſemp eodem modo ſe habet: Bonum aūt ad aliquid quidē malum eſt, & inutile. Quod enim ad aliquid bonū eſt, ut ad animā, hoc ad corpus bonum non eſt. Et in his praxis, deo eſt gratia, completur.

Quæ autē ſunt in ablatione ſeu abſtractione intelligit. Quēadmodū ſi ſimum, quatenus quidē ſimū, non ſeparate. Quatenus aūt eſt cōcauū, ſi quid quidē actu cogitaret, ſine carne cogitaret, quatenus cōcauum, ſic mathematica ſeparata, ut ſeparata, intelligit, quando illa intelligit.

Poſtquā ſimplicem intellectum à cōpoſito diſcreuit: & actiuū à cōtemplatiuo: & eum qui eſt potentia, ab eo, qui actu: rurſus uenit ad intelligibile: & hoc nunc docet. Et quoniam intelligibile

forma est:Forma autem triplex:uel omnino materialis,ut res naturalis:uel formę penitus expers, uel partim quidem materialis,partim autem materiæ expers, ut mathematica: Superius autem examinauit & materialem formam,quando dixit hoc,illud quidpiam esse:Sed & imaterialem,ubi quærebat hoc per hoc qđ quid est esse:nūc uenit ad mathemata,& q̃rit quomō ea nouit intellus? & dixit ꝙ nō ut materialia ipsa nouit,sed ut imaterialia.Non nouit enim ipsa,ut simū, quod oino in materia,nēpe nare,intelligiẗ:sed nouit ea,ut incuruū,hoc eni sine materia intelligiẗ.Mathemata autem itelligit intellus instrumēto utens idiuisibili,imaginatione. Imaginatio eni est indiuisibilis. Quādo.n. currētem Socratem mente agitarit imaginatio,ut unū ipm intelligit,& nō qui sit diuersus,quatenus currit. Si enim imaginatio est à sensu, qui trāsmigrare non pōt.s.& ipsa est diuisibilis,& ab alio in aliud non descendit:sed simul imaginatur.Ex hoc autem colligiẗ imaginationem solum esse uerā,sicut & intellus & sensus,nō aūt etiā falsam esse:eo ꝙ nō imaginaẗ in cōpositione. Ex hoc aūt ostendiẗ etiam aiam esse separabilē:siquidē ea, q̃ separi nō possunt, dico aūt mathemata,intellectu separat eo ꝙ subale habeat separabile.Hæc postquā dixit,q̃rit,si intellectus ſm actum res ipse est,& si est in generatione,an res imateriales pōt cognoscere,an nō.Et id dubiū qdē mouet, in p̄sentia aūt non soluit.Ad hoc aūt dicit Plato,ꝙ pōt intellectus qdem,qui est in generatione,esse ciuis cœlestis,& circa imaterialia operari,& corpus negligere.Si eni,q̃ extra sunt aiæ,quę corporis sunt amātes,cum corpore sunt semp,& in sepulchris:quid absurdū etiā eas,q̃ sunt in generatione, animas circa imaterialia operari? Et sic quidē Plato.Aristoteles autē inferius dicit triplicia esse itelligibilia.Sunt.n.imaterialia intelligibilia prima.Secunda itelligibilia media:& tertia materialia.Et in imaterialibus qdē dicit nō esse opus imaginatione:imaginatiōis enim expertes sunt itelligentię. Quādo aūt,inquit,mathemata itelligit,subiecto imaginatione utitur. Etsi aūt,ea ut subto, utiẗ ad cognoscenda mathematica:nō ob id eadē sunt uisa,& mathemata.Visa enim soli subiiciunẗ imaginationi:Mathemata aūt aiæ,quæ subiecto utitur,imaginatione. Materialia autem cognoscit aia instrumento utens,sensu,& imaginatione. Si ergo actus est imaginationis expers, fieri nō pōt,ut intellectus,qui est in generatione,hūc actū intelligat.Nullo enim indiget ad eum cognoscendū.Hoc autem facit ꝓ opinione q̃ dicit,intellectū nō cognoscere formas,q̃ sunt oino imateriales.Hę autem sunt à materia separabiles.Deberet ergo & ipse eē à materia separabilis, ut ipsas itelligeret.Siquidē assimilari oportet in oibus id quod cognoscit,ei,quod cognosciẗ. Atqui in aiali non separatus est: ipsas ergo nō cognoscit.Hæc est aūt prima illius opionis defensio.Falsa est aūt ò Aristoteles. Si enī intellus qui est in aiali, nō intelligit ea q̃ sunt oino imaterialia: quomō in tuo tractatu qui est post naturalia,& formas oino imateriales q̃siuisti,& inuenisti,& nobis renūciasti? Quare clarum est,eū etiam,qui est in aiali,intellm cognoscere formas oino materiæ expertes.Hæc est prima defensio,& ad eam oppositio.Secunda defensio.Intellectus nō intelligit formas imateriales:qm̄ nec oino quidem sunt formæ materiæ expertes:& qm̄ nō sunt,ꝓpterea nec intelligit.Hæc est scda defensio,ad quā dicimus:Quomō hæc dicis Aristoteles,qui i aliis tractatibus aperte clamas eē diuinas formas, quæ sunt materiæ expertes? Tertia defensio. Intellectus semper cum imaginatione operatur. Si autem nunquam per seipsum operatur,sed semper cum imaginatione, etiam quando circa diuina operatur:nam tunc quoq; cum imaginatione operatur.Si autem imaginatio semp materialia cognoscit:ex eo enim,ꝙ intellectus cognoscit pulchrū mūdi ordinē,& rerum uirtutē,erigiẗ ad cognoscendā,q̃ illa exornauit,& administrauit,ꝓuidētiam: Quare neq; quādo diuina intelligit,sine imaginatione agit.Imaginatio aūt,ut dictū est, semp materialia cognoscit.Sola enim illa nouit imaginatio,quæ sensus nouit. Si ergo intellectus, quæ nouit tantum imaginatio,nouit,quòd sine ea non agat:imaginatio autem illa nouit, quæ nouit sensus: Sensus autem sola materialia nouit: Intellectus ergo sola nouit materialia: nequaquam autem,& immaterialia. Et hæc est tertia defensio,& aduersus eam contradicimus,& dicimus,ꝙ intellus,quādo circa particularia sensilia operaẗ, tunc cum imaginatione operaẗ,& ab ea nō recedit à principio ad finē usq;,sed cum ea est in sensilibus. Quādo aūt diuina intelligit,tunc p imaginationē qdem operaẗ: dicimus eni,nos ex pulchro ordine,& ornatu,qui à nobis cōsideraẗ,ad diuina traduci.Quare per imaginationē quidē, sed non utiq; cum illa:neq; enim ea amplius indiget.Incorporea.n.etiam sine imaginatione intelligūtur.& hęc est defensionis solo.Quarta defensio.Non pōt itellectus materialia itelligere,eo quod intellus idem est cum imaginatione.Sicut enim imaginatio,nec est uerus,nec falsus. Si ergo intellus idem est cum imaginatione: imaginatio aūt nō intelligit formas imateriales, nec ergo intelliget intellus formas materiæ expertes.Hæc est quarta defensio, ad quā dicimus nō idem esse intellm, quod est imaginatio.Imaginatio.n.qualitates solū cognoscit,quas etiā sensus cognoscunt. Nihil enim nouit

imaginatio,

imaginatio, quod nõ ſenſus nouit. Intellectus aũt nouit ſubas. Si ergo imaginatio nõ nouit ſubas: Intellſus autem nouit ſub as: nõ eſt ergo intellſus imaginatio. Vnde & Plato ĩquit in Theæteto. Imaginatio autem ſubam nõ aſſequiť, pro eo quod eſt, nõ eſt illi cognitio ſubæ: nõ eſt ergo idem intellectus, & imaginatio. Hęc poſtquá dixit Ariſtoteles, & de cognitiuis opationibus hucuſq; diſſeruit, uult de cõibus operationibus cõem oratione concluſioné colligere. Dicit ergo, ꝙ ꝓpter ſui cognitiuas facultates, & operationes, oía eſt aía quæ ſunt. Quæcũq; enim ſunt, uel ſunt ſenſilia, uel itelligibilia, q̃ etiam ſcibilia uocat. Et eorũ unũquodq; eſt duplex. Quicqd enim eſt, uel potétia, uel actu eſt. Quicquid.n. potentia eſt, fit actu. Quatuot itaq; ſunt oía: potentia ſenſilia: actu ſenſilia: potentia ſcibilia: actu ſcibilia: & ĩ iis, q̃ ſunt, nõ ſunt ꝑter hęc q̃tuor. Atqui ſunt & hæc quatuot in aía: habet enim aía ſenſus potentia, & potétia ſciam: & actu ſenſus: & actu ſciam. Non auté, quia diximus oía eſſe aíam, iam ẜm id dicimus lapidé ineſſe in aía, uel lignum: ſed ꝙ rebus aſſimilať, & ad earum imaginem reduciť: ſiqdem ſimile ſimili cognoſciť. Et rurſus ne quis exiſtimet iuxta ea, q̃ à Platone ſupponũtur, eſſe rõnes in aía: neq;.n. hoc dicit Ariſtoteles: ſed quádo ſunt potétia qdem ſenſus, potétia uero ſciæ, tũc hñt ſolũ rerũ aptitudiné: Quádo uero actu fuerint ſenſus, & ſciæ, tũc ſenſiliũ, & ſcibiliũ rõnes cognoſcit, &, ut ſemel dicá, tũc fit actu cognitio. Hęc ubi dixiſſet, eo ꝙ ueluti ſũmatim totá orõné dixit, poſt intellm̃ ad id ↄuertiť, qđ ẜm locũ moueť. Ac oportebat qdé poſt ſenſum ad ipm̃ uenire: ab iis.n. q̃ plibus inſunt: oportebat ↄuerti ét ad ea, q̃ paucis iſunt: ſed de eo tractatũ collocauit poſt ea, q̃ de oí aía rõnali, & irrõnali dixit: qm̃ his opus habemus, & in docendo, qđ eſt, quod ẜm locum eſt, & quid nõ eſt. Dicimus enim ꝙ nõ eſt imaginatio, nec ſenſus, nec nutritiua facultas, nec quid aliud eiuſmodi. Si ergo hæc nõ ꝑnoſceremus, qũo id hæc nõ eſſe cognoſceremus? Hoc aũt ẽ id, qđ ſcđm locũ mouet, appetitus cõmixtus ab irrõnali, & rõnali. Appetitus.n. irrõnalis aíæ nos mouet, qñ affectus ſeqmur. appetitus át rõnalis nos mouet, qñ rõné ſeqmur. Si ergo nõ cognoſceremus, qđ ẽ irrõnalis, & qđ ẽ rõnalis: qũo cognoſceremus, qđ ex eis cõmixtũ ẽ? & ideo poſterius uenit ad id qđ ſcđm locũ mouet: & qđ de eo dicturus ẽ. Platoné aũt ĩ tribus qbuſdá rephẽdit, primũ qdé, ꝙ aíam diuidit, ut totũ ĩ ptes, cũ deberet eam diuidere, ut ſubam in facultates. Pro Platone aũt reſpondemus, ꝙ uniuerſalé quidé aíam diuidit, ut totũ in partes: in uegetatiuá: irrationalem: rõnalem. Particulares aũt aías, ut ſubam in facultates diuidit: Nouit ergo & hanc dĩam. Si aũt dubitas, qũo, quod eſt aíoſum ſeu iraſcibile, & deſideratiuũ, quod ↄcupiſcibile dicũt, ptes eſſe diximus, cum ſint ſub una irrationali aía? dic & tu ò Ariſtoteles, cur ptem aíæ eſſe dicis intellm̃? Secũdo Platonem reprehendit, ꝙ multa ꝑtermiſerit. In tria enim aíam diuidit: in aíum ſeu iram: in cupiditatem: & rõnem. & rõnem quidé in cerebro collocat: iram in corde: cupiditaté uero in iecore. Prætermiſit ergo & uim imaginatiuá: & ſenſitiuá: & ẜm locum mouenté: & appetitiuá. Dicimus aũt, ꝙ & hæc nouit, & horũ in Timæo meminit, de natura differens. In republica auté harum triũ meminit, qm̃ his opus eſt ad oés reſpublicas. Ratio.n. dominatũ obtinens facit Ariſtocratiá, & regnum. Ira aũt Dæmocratiá, ſeu populi imperium. Cupiditas uero, q̃ eſt belua uariis formis ꝑdita, ẜm pecuniæ quidé cupiditaté, facit Oligarchiá, id eſt, paucorũ dominatũ: Secũdum aũt uoluptatis amorem, & libidiné: Si iure quidé, & legibus cõſtitutá, facit Ariſtodemocratiá, q̃ ex optimatũ, & populi dñatu cõpoſita eſt: Si auté nullis legũ uinculis cõſtrictá, facit Tyránidem. Eorũ ergo tantum, q̃ ſibi cõducebát, meminit. Quia tota nouit tria. Rephendit Platoné, ꝙ cum dicat (inqt) in cerebro eẽ rõnem, in corde irá, in iecore cõcupiſcentiá, appetitũ à ſeipo diuellit. Appetitus.n. inqt eſt cõmixtio rõnalis ad irrõnalem: hæc aũt in diuerſis locis. Appetitus ergo diuulſus, & diſtractus eſt. Ad quod dic, ꝙ in unaquaq; parte dicit oém ineſſe animam, ẜm aptá aũt & accõmodatá partem, magis apparere rationem, uel irá: & non diuellit appetitum. & in his contemplatio.

Quæ autem in ablatione ſeu abſtractione dicuntur intelligit, ſicut quod eſt ſemper ſimũ.

Illud, Quæ aũt in ablatiõe ſeu abſtractiõe, eſt ueluti inſcriptio, ſeu titulus eius, qđ eſt dicturus: quẽadmodũ & in libris Hippocratis inuenimus, ſicut in mulieribus ꝓlogũ, Quæ auté de mulieribus: ſic ergo & hic dicit. Quæ aũt in ablatiõe, ſeu abſtractione, uolens oſtendere, qũo intelliguntť, q̃ in ablatiõe, infert, itelligit (inquit) ut ſimũ. Quod.n. eſt ſimum, cũ materia itelligiť. Quod aũt eſt incuruum, ſine materia. Mathemata ergo, q̃ dicit in ablatiõe, cũ incuruo hñt ꝓportioné. Incuruũ enim ut imateriale eſt, cum ſit in abſtractiõe: ſic mathematica, q̃ ſunt nõ ſeparata, ut ſepata itelligit. Vult per hæc naturá mathematũ dicere, ꝙ hæc ſeparata intelliguntť, ſed non ut ſeparata actu, ſed tãtum intellectu. Hinc autem corollarium collegimus animam eſſe ſeparabilem, quòd inſeparabilia ſepararet: nam ſi non eſſet ſeparabilis, nequaquá ea ſepararet.

Omnino autem intellectus est, qui secundum actum res intelligit.

Quoniam dixit intellectum separare formas mathematicas, & sic eas intelligere, propterea addidit eundem esse intellectum cum rebus, ut & eius substãtia sit separata, quando separabilia cognoscit: & sit ipse separabilis, eo, quòd simile simili cognoscimus.

Nunquid autem contingit separatorum aliquid intelligere, cum sit ipse non separatus à magnitudine, an non, considerandum postea.

Hic dubitationẽ, quã diximus, in cõtemplatione ꝓponit, ꝙ si intellectus, qui est ſm actũ, res ipſę est: res autem, utpote intelligibiles, materiæ expertes: materiæ ergo expers est itellectus. Et qũo est materiæ expers, siquidem in generatione cõtinetur? Quomodo autem imaterialia cognoscet, cum in generatione cõtineatur? solutionem autem in iis quæ sequuntur dicere pollicitus est. Ostẽsum est autem etiam superius, ꝙ potest etiam, quę sunt omnino imaterialia, cogitare, siquidem nõ utiť instrumento, corpore, sed ab omnibus est immixtus.

Nunc autẽ quę de anima dicta sunt, summatim colligentes rursus dicamus, aĩam quidẽ esse quodammodo omnia, quæ sunt. Vel enĩ sunt sensilia, quæ sunt, vel intelligibilia. Est aũt scientia quidem scibilia quodãmodo: sensus vero sensilia. Quomodo aũt hoc, quærere oportet. Diuiditur aũt scientia, & sensus in res: Quæ potentia quidẽ, in ea, quæ sunt potẽtia: Quæ vero actu, in ea, quæ sunt actu. Animæ aũt sensitiuũ, & sciẽtię perceptiuũ potẽtia sunt: hoc quidẽ scibile: illud vero sensile. necesse est autẽ vel ipsa, vel formas esse. Ipsa quidẽ certe non. non enĩ lapis in anima, sed forma.

Hic cõmunem infert cõclusionẽ cognitiuarũ operationũ. Est aũt cõclusio, ꝙ omnia, quæ sunt, uel sunt sensilia, uel intelligibilia. Vocat aũt, ut diximus, intelligibilia scibilia. & hęc diuidit in id, qđ est potentia, &, quod actu. & ostendit hæc oĩa inesse in aĩa: &, quod est potentia qdem, scire ea, quæ potentia: &, qđ actu, ea, quæ actu sunt. Dubitant aũt nõnulli, si quæcũꝗ sunt, uel sunt sensilia, uel intelligibilia: Sensile aũt, & intelligibile sunt ad aliquid: ergo & quæcũꝗ sunt, erunt ad aliquid: & ipse quoꝗ Deus, qđ est absurdũ. Dicimus aũt, ꝙ quæcũꝗ sunt, q̃tenus qdem sunt uel intelligibilia, uel sensilia, sunt ad aliquid: Quatenus aũt subsistunt, & substantiã habent, per se sunt. Nam & ipm quoꝗ nigrum, q̃tenus qdem habet per se substantiã, non est ad aliquid: q̃tenus autẽ est sensile, est ad aliquid. Quod anima quidẽ est quodãmodo omnia quæ sunt. Recte addit illud, Quodãmodo: quoniã formæ sunt materiales, & eas nouit aĩa imaterialiter, nõ materialiter. nõ enĩ lapis est in anima, sed eius forma sine materia: Similr̃ & in aliis. ꝓpterea ergo dixit illud, Quodãmodo. Quomodo aũt hoc quęrere oportet: ꝙ ſm id, quod est potentia, &, qđ actu est, sensus, & sensilia, & scientia, & scibilia. Necesse est autẽ ipsa, uel formas esse. ipsa qdem certe nõ. Quoniã superius dixit, ꝙ q̃re oportet, qũo sensus sensilia apꝑhendit, nunc dicit, ꝙ necesse est uel ipsas cõpositas formas esse in anima, id est, cum materia & forma, uel ipsam per se formam. Atqui, inquit, ipsę cõpositæ non sunt in anima: neꝗ enim ipsa est lapis. necesse est ergo formas solas esse in anima.

Quare anima est sicut manus. manus enim est instrumentum instrumentorum. est autem & intellectus forma formarum: & sensus forma sensilium.

Quod dicit est eiusmodi. Sicut manus, quæ est instrumentũ corporis, instrumẽtis utitur, ut securi, uerbi gr̃a, faber, uel arundine: Sic & anima, q̃ est ipsa forma, aliarũ est formarũ susceptrix: quia formarum rõnes apud se habet. Similr̃ & itellectus, & sensus sunt formæ, & formarũ susceptrices, eo ꝙ formarũ rõnes habeãt. Sed intellus qdem omniũ formarũ forma est. oẽs enĩ formę insunt in ipso, dum actu est. Sensus aũt est forma sensiliũ tantũ: eo ꝙ in sensu, q est ſm actũ, sint sensilia.

Quoniam autẽ nulla res est præter magnitudines, vt videtur, sensiles separata: in sensilibus formis sunt intelligibilia, & quæ in ablatione, seu abstractione dicuntur, & quæcunꝗ sensilium habitus, & affectus.

Hic sunt primæ defensiones, quarũ primã dicit esse, q̃ dicit, ꝙ nec in uniuersum q̃dem sunt penitus formę imateriales. Est ergo hoc quod dicit, lectũ in hyperbato. Nulla res est præter sensiles magnitudines, ut uidetur oĩbus, sed oĩa, quæ sunt, sunt magnitudines sensiles. Vult autẽ dicere, ꝙ

mentis cõceptus seu intelligentiæ, uel sunt primæ, uel secũdæ, uel tertiæ. & primas quidem citra imaginationem nouit: secũdas autẽ & tertias cum imaginatiõe: etiãsi partim quidem ut instrumento, partim autẽ, ut subiecto, ea utitur. Quid ergo dicit? Quoniã nulla res est præter magnitudines separabilis, id est, sine materia, ut uidenť nõnulla sensilia, ut mathematica. hæc eni uidenť eẽ separabilia, sed non sunt. Propterea, inquit, in formis sensiliũ sunt intelligibilia, ut, mathemata: etiãsi uidenť esse separabilia, quod est secũda. Porrò & tertia sunt inseparabilia, ut sensile. Et secũda quidem dixit per hoc, quod dixit: Quæ autẽ dicunť in ablatione. Tertia autẽ per hoc quod dixit: Et quæcũque sensilium habitus, uel affectus. hæc enim sunt formæ materiales, & affectus, ut qualitates materiales uiuæ: quarum magnitudo solum ratione separatur.

Et propterea, qui nihil sentit, nec didicerit, nec comprehenderit.

Quoniã hæc tria sunt sensilia: & hic obscure dixit, quod in libro de demõstratiõe dilucide dictum est. Illic eni dixit, omnis scientiæ principiũ esse sensum: quoniam ut nunc dicit, intelligibilia oĩno sunt in formis materialibus. In quibus ergo deficit sensus, in iis etiã eiusmodi scientia deficit. Deinde postquam dixit, Nihil didicerit, subiungit, Nec comprehenderit, id est nec inuenerit. Duæ enim sunt uiæ cognitionis, disciplina, & inuentio.

Et quando cõtemplatur, necesse est simul cum uiso cõsiderare. Visa enim sicut sensa sunt.

Quoniã dixit, formas intelligibiliũ esse in sensilibus: propterea dixit, Necesse esse intellectũ simul cum uiso cõtemplari, hoc est, cum instrumẽto, imaginatione: siquidẽ eius est effector sensus. Quare siue dicamus, quod imaginatiõe, siue, quod sensu utitur, idẽ est. Per hæc autẽ secundã dicit defensionẽ; quod intellectus simul cum imaginatione operatur. Imaginatio autem non nouit immateriales formas: nec ergo intellectus.

Sed sine materia.

Quoniã dixit uisa esse ueluti sensa, dicit, quod sine materia. Sensus enim operatur circa materialia. Imaginatio autem circa formas tantum. Quidã autem dicunt, quod illud, Sine materia. intellectui coniungit. Postquam enim dixit, quòd, etiamsi imaginatione, & sensu dicas uti intellectum, idem est, dicit, Sed intellectus, quod est sine materia, cognoscit.

Est aũt imaginatio aliud ab affirmatiõe, & negatione. est eni cõnexio mentis cõceptuũ, seu intelligentiarum, uerum, & falsum. Primę aũt intelligentię in quonã differẽt, ut uisa non sint?

Nam circa simplicia uersatur. unde & est indiuisibilis, ut quæ circa terminos uersetur. Quare substantialis est in ea ueritas, & non in cõpositione. Si ergo neque uera est, neque falsa, ut quæ nec affirmet, nec neget: Similiter aũt & intellectus nec uerus est, nec falsus secundum defensionẽ: quid ergo differẽt primæ intelligentiæ, id est simplices, ut uisa non sint, quẽadmodũ & intellus, ne sit imaginatio? Sciendum aũt, quod intellus, & imaginatio substãtialẽ habẽt ueritatẽ: & determiate seu finite cognoscũt.

An ne hæ quidem uisa sunt, sed non sine uisis?

Hæc quidẽ uerba sunt tertiæ defensiõis euersio. Cum eni tres defensiones dixisset, tertiã solam euertit, dicens: Nunquid ne alia quidem uisa sunt intelligentiæ? Qualsnã dicit intelligẽtias? eas quas non simplices dicimus, & propterea esse imaginatiõi similes. Sed nõ sine uisis, inquit, id est, sed sunt nõ sine imaginatione. Quare per imaginationẽ fiunt mentis cõceptus, & intelligentiæ: non tñ idẽ est imaginatio, & intellectus. Sed tamẽ, inquit, quãdo primas intelligentias intelligit, non utitur instrumento imaginatiõe: in secũdis aũt, & tertiis utitur. nõ est ergo idẽ uisum, & intelligẽtia. Visum eni quodãmodo materiale est. intelligentia aũt materię penitus expers. Sciẽdum autẽ, quod in contẽplatione etiam alia quędã mouimus. & quoniam ea in superficie tantũ speculati sumus, uisum est ab alto orationem repetere. Recurrere eni melius est quam aliquid præterire. & in his, pro eo est gratia. finitur praxis.

Quoniã autem anima, quæ est animaliũ, secundum duas facultates definita est, & iudicatiuo, quod est opus cogitationis, & sensus: & prętterea, quod moueat, motu, qui est secundum locũ. De sensu ergo, & intellectu hæc definita sint. De eo autem, quod mouet, quidnam est animæ cõsiderandum est.

In huius tractatus principio dictũ est, quod oẽs Philosophi naturales his duobus animã definiunt:

